COMMISSIONVM, AC RESCRIPTORVM VTRIVSQVE SIGNATVRÆ SANCTISS. D. N. PAPAE PRAXIS SIVE TRACTATVS,

Pars Secunda.


A R. P. D. IO. BAPTISTA MARCHESANO
Tifernate, ac Romano Iur. vtr. Doct. In eiſdem
Referendario olim editus,

Et nunc ab eodem, in ampliorem, ac locupletiorem formam auctus.

Opus in Romana Curia, & quocunque foro verſantibus, apprime vtile, & neceſſarium.

Cum Summarijs, & pleniſſimo rerum notabilium Indice.

CVM PRIVILEGIIS.



Venetijs, Apud Seſſas. M DCIIII.

COSMO MEDICES
MAGNO HETRVRIAE
PRINCIPI SERENISSIMO.

Ioan. Baptiſta Marcheſanus S.

EDITVRVS alteram hanc lucubrationum mearum partem, eam in tuo potiſſimum nomine apparere volui (PRINCEPS SERENISSIME,) vt tu qui immortalis Dei beneficio, in auitam, Patriamque gloriam, Imperium Clientelas, & iura venturus es, iam nunc in iſta ætate recognoſceres, quos Illuſtris maiorum tuorum beneficentia ſibi primum, tum etiam tibi, atque adeo Medicæo nomini vniuerſo, æternis nominibus obligauit. Officij enim mei eſſe, exiſtimaui immortalem illam erga te, tuoſque obligationem, quæ mihi a parentibus meis, ſimul cum vita, cum nomine, cum hæreditate, tradita eſt, apud te, cui me parentes tui, tam arcte deuinctũ eſſe voluerunt, aliqua Illuſtriori teſtificatione, ita profiteri, vt intelligeres, me vnum eſſe, ex quamplurimis, qui vt tuis, tibique plurimum ſemper debuerim, ita gaudeam, ac cupiam ſemper plurimum debere; Et quanquam ea cum maiorum tuorum omnium, tum præcipuè FERDINANDI parentis tui propria ſit, eique vni potiſſimum debita laus; quippe qui omnium priorum erga me meoſque beneficentiam longè ſuperarit, tamen hoc totum, quod eſt benefacere, quia Medicæis Principibus hæreditarium, & quodammodo gentilitium eſt; quicquid ille magnifice, quicquid regie fecerit, ad te, qui paternæ amplitudinis, & gloriæ ſplendorem hæres ingrederis, exiſtimo magna ex parte pertinere. Quamuis enim illum ſua benefica natura, ſuus ille regius animus, ſatis ad bene merendum incitaret: prouidebat tamen animo, & qua ſapientia eſt, proſpiciebat longius, & te, poſteritatemque omnem intuebatur. Neque enim tibi a ſe honorificentiorem relinqui poſſe hære-

se hæreditatem putauit, quam si multorum tibi animos, (quæ viua, & digna Principis hæreditas est) omni liberalitate deuinctos, atque addictos, simul cum nomine, cum potentia, cum gloria, & virtute relinqueret: vt non solum, in rebus gerendis, in constituenda, atque administranda Republica, domesticis exemplis vterere: Sed etiam, vt cum te Deus immortalis Principem Hetruriæ dederit, cum in paternæ amplitudinis, & magnificentiæ luce versabere, intelligeres, nihil esse, vel tuorum iudicio, tam eximium, aut tam regium, quam de omnibus quantum liberalitas sinet, optimè mereri: Ingredere igitur Princeps Serenissime, quam tibi virtus, quam natura commonstrant, apertam iam, & maiorum tuorum vestigijs impressam, ac signatam viam. Magnæ sunt hominum de te expectationes, magna spes omniū: Iam tibi in te omnes, non magnum solum illum COSMVM, aut LAVRENTIVM, aut innumerabiles alios: Sed quod amplius est, FERDINANDVM, etiam parentem tuum pollicentur. fac igitur, vt cum Illustris illius, & omnium gentium, fama celebrata virtus, orbem terrarum impleuerit; quæ commissa litteris exteræ nationes, vel legent, vel audient; quæ fama commemorabuntur, ea in te collecta, & expressa, ij, quibus imperabis videant; & quem immortalem cupiunt, parentem in filio recognoscant. Quod si generosa soboles, stirpis vnde exorta est indolem retinet, si parentum virtus in filios. sanguinis propagatione transmittitur, quod est tam eximium, in quo non sperando mihi indulgeam, cum iam hoc gemmante, & pubescente flore intuentis adolescentiæ, omnium maiorum tuorum animos, virtutemque promittas? Multa, & maxima in te sunt partim iam perfecta, partim informata, vel animi, vel corporis ornamenta, quæ nobis in hac ætate, velut in herba indicia sunt, qui fructus, & quæ segetes virtutis, cum adoleueris sint futuræ. Quæ omnia dum maturescunt, dum animos nostros certa, & explorata spe lætificant, hos tibi laborum meorum fructus, quos parentum tuorum beneficia pepererunt, offero. Hos, qualescunque tandem ij sint, in hac ætate colliges, vberiores aliquando, & suauiores, cum seueris ipse, percepturus. Exiguum id quidem, nec

satis

ſatis tua amplitudine dignum munuſculum, ſed tibi tamen, & debitum, & ſi audeo dicere honorificum; quippe teſtimonium futurum poſteris, & Mediceæ Munificentiæ, & meæ erga te, tuoſque obſeruantiæ, vt quocumque deferentur hi labores mei, in quorumcumque manus deuenient, intelligant omnes, vt nihil maioribus tuis antiquius fuit, quam cum de omnibus, tum de me, meiſque benemereri: Sic mihi nihil prius, aut potius fuiſſe, quam ſingularem eorum erga me beneficentiam, quantum quidem in me fuit, prædicare.

AD COSMVM MEDICAEVM MAGNVM HETRVRIAE PRINCIPEM.

MARCI ANTONII ZERLE I. V. D. CARMINA.

O Cui blandita est nascenti Thuscia, nati.
Gestijt, & teneras edidicisse manus:
Cosme, patris ductu patrias moderatus habenas.
Transilies famam Laudibus altus aui.
Si pater, Ah gnatum auscultante deficit, vltro.
Hoc tibi pro tanto patre volumen erit.
Consilijs scatet hic iuris liber, licet inde.
Accipies muti dogmata viua patris.

AD SERENISS. COSMVM MEDICEM MAGNVM PRINCIPEM HETRVRIÆ.

Iosephi Castalionis Carmen.

COSME nouum Iubar Hesperiæ, qui nomine Cosmum
Reddis auum, mox & reddes ingentibus ausis.
Inscriptos vultu libros tibi sume sereno
Cultoremque tuæ veterem complectere gentis
Officiumque pium fidi ne temne clientis
Ille per ora virum fert Inclyta facta tuorum
Ille tuæ in cœlum virtutis & indoles altæ
Spem vocat. & te ipsum primo veneratur in æuo,
Tu FERDINANDI Proles generosa, Parentem
Consilio incanum, præstantique exprimis ore.
Ante annos iam iam prudens, dignusque videris,
Cui Pater Hetruscæ permittat gentis habenas.
Pectore iam tenero conceptus. Martius Ardor
Erumpit, bellique petis simulacra per arma
Ludicra, militiæque affectas pręmia claræ,
Qualis Alexander, nec pubes, qualis Achilles
Arsisse armorum ingenti narratur amore.
Quæsitos atauis bello terraque marique,
Iam factis optas proprijs augere triumphos.
Inclyta Tyrrhenæ te Principe gloria terræ,
Sydera contingit sublimibus aurea pennis.

COMMISSIONVM.
QVÆ IN HAC SECVNDA PARTE CONTINENTVR INDEX.

In cuiusuis Tituli fini breues Commiss. formulas magis vsu receptas in Rom. Cur. reperies.

COMMISSIONVM SEV RESCRIPTORVM VTRIVSQVE SIGNATVRAE,

R. P. D. Io. Baptistæ Marchesani in eisdem Referend. Praxis, siue Tractatus Partis Secundæ Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *NVllitates quædam sunt iudiciales, quædam extraiudiciales.*
2 *Nullitates, Princeps solus superiorem non recognoscens, sanat.*
3 *Commissio sanatoria nullitatum, interdum ante, interdum post sententiam porrigitur.*
4 *Appellare prohibitus, de nullitate dicere non prohibetur.*
5 *Nullitas intẽtatur principaliter, incidenter, vel excipiendo.*
6 *Nullitas principaliter quando intentetur.*
7 *Clausula nullitatis, & nullitatum, quare in commissione appellationis, apponatur.*
8 *Nullitas sub appellatione intenetur.*
9 *Nullitas incidenter, quando intentata, & nu. 19.*
10 *Nullitas incidenter intentata, quantum duret.*
11 *Clausula nullitatis, & nullitatũ, &c. operatur in commissione appellationis posita, quod seorsum nullitas cognoscatur.*
12 *Appellatio reseruato iure dicendi de nullitate, est condictionalis.*
13 *Clausula nullitatis, & nullitatum deserta appellatione facit, ne causa nullitatis deseratur.*
14 *Appellatio a sñia nulla, effectũ deuolutiuũ operat.*
15 *Nullitas quinque modis deduci potest, vt hic.*
16 *Sententia nulla, quibus modis dicatur.*
17 *Nullitas quibus modis in iudicio opponatur.*
18 *Nullitate intentata, agitur contra factum iudicis, vel alias, &c.*
20 *Lis non dicitur extincta, quando super nullitate agitur.*
21 *Nullitatis causa, quando pendere incipiat.*
22 *Nullitatis causa, quando deserta cum causa principali sit.*
23 *Nullitas, quando excipiendo intentetur, vel replicando, quod fit sæpius.*
24 *Nullitas, an principaliter, vel accessoriè intentetur cognoscere, est vtilissimum.*
25 *Deserta, quando dicatur causa nullitatis, & num. 28. & 32.*
26 *Appellatione deserta, remanet causa nullitatis, viua.*
27 *Iudex ad quem absque rescripto super nullitate pronunciat.*
Declara, vt num. 27.
29 *Nullam sententiam dicẽs, & si qua est appello, nõ approbat eam.*
30 *Exequutio, an retardetur in negotio principali pendente causa nullitatis, & attentatorum.*
31 *Appellatione noua opus est, si iudex male appellatum dicat.*
32 *Appellans quando de nullitate agere possit, & num. 39.*
33 *Nullam sententiam pronunciari petens, nihilominus causam appellationis prosequitur.*
34 *Appellatione non est opus, a sententia nulla.*
35 *Sententia nulla non meretur sententiæ nomen.*
36 *Statutum sententiæ dans exequutionem, non intrat stante sententia nulla.*
Idem si notoriè iniusta.
Declara, vt num. seq.
37 *Iniustitia ex actis apparẽs, nullitati similis est.*
38 *Signatura summarie de nullitate, antequam rescribat gustare solet, aliquando.*
40 *Iudex ad quem, super aliquo grauamine datus, de appellatione non potest cognoscere.*
Limita, vt num. 41.
42 *Clausula, quam, & quas, facit, vt causa ad iudicem a quo amplius non reuertatur.*
43 *Clausula, quã & quas, quare addatur ĩ cõmissione.*
44 *Notoria nullitas, quando dicatur.*
45 *Notoria nullitas ex actis resultans, dicitur probatio probata, & liquida.*
46 *Nulla sententia existente, an ex eisdem actis postea pronunciari possit.*
47 *Iudex si iuris ordine non seruato pronunciat, an ex eisdem actis oriatur nullitas.*

De Commissione Sanatoria Nullit.

QVando ad portum post tot labores, tantaq; discrimina litiū, maximis expensis, laboribus, & animi lāguorib. Obtinens collitigās ad sui fauorē, peruenisse, aut cito peruēturū credit, Gestorū nullitates indicantia, siue minantia periculosam procellā, in tam vasto litigātiū gurgite apparēt, aut vitio, seu defectu rei gestæ, ob legis trāsgressionē, forma non seruata, aut malitia, incuria, vel imperitia eorū matre. Quare periculosam Scillam euitare, ne in Caribdin incidant, cupiētes, denuo lites incipiendo, fabricata cōmissione, vulgo nullitatū sanatoria dicta, proponendā in Signatura S. D. N. vbi solū nullitates sanantur, tradunt supplicādo, aut illam, seu illas sanari, vel iudici, vt illa, vel illis reie-
1 ctis, ad causæ expeditionē deueniat, demandari. Quarū nullitatū quædā iudiciales, quędā extraiudiciales sunt, iudiciales, qñ solēnitates, vt puta in contractib. minorū desunt, seu si omittantur disposita in statuto, legē, aut quauis alia cōstitutione, vel similib. varijs accidentibus, de quib. infra subnectam Vant. in tract. de nullit. nu. 6. Nā & isto maximo tribulorum, ac spinarum agro, quotidie frequētatissimo, ea decerpere cura erit, quæ ad rē magis facere iudicabitur, & ideo dicto in prima parte de appellationib. cum tractando causas istæ currere soleant, & ad
2 iurgia tollenda sanari, vel tolli per Papā, vel aliū Principē absolutum petantur porrectis precib. de illis subnectendum censui. Solius itaq; supremi Principis, superiorē non recognoscentis, ad quē oppressi recurrunt, ne lites, ex litib. fiāt, sanare, vel tollere hasce nullitates munus erit, vt de facto tollat, vel suspēdat, quicquid de facto cōtra emanatā legem, gestum fuit, capitulo qua fronte, vbi Doct. de appellat. capitulo si religiosus, de
3 elect. in sexto. Interdum ante sententiam, interdum vero ea lata cōmissio nostra porrigitur,

rigitur, quo fit, quando post sententiam
4 porrigitur, Eo casu, si appellationis vocem emittere prohibitum sit, non tamen de nullitate dicere vetitum erit, Aret. consilio septuagesimo quinto, numero 11. vt dicta Clem. calumniis, Dec. consil. quadragesimonono, numero secundo, Ruin. consilio quadragesimosexto, numero decimoseptimo, volumine primo, Alex. consilio 106. numero vigesimoseptimo, volumine tertio, Rol. a Val. consilio vigesimonono, numero tertio, volumine primo, Veral. decisione trigesimatertia, parte secunda, glo. penult. in capitu. ex conquæstione. vbi Bal. numero primo, de restitut. spoliat. ibique Abb. in quinto not. Ruin. consilio vigesimo septimo, numero quinto, volumine tertio, Vant. de nullit. in titulo quis poss. dic. de nullit numero trigesimotertio, Plot. in repetit. l. si quando, numero ducentesimo quinquagesimoquarto, C. vnde ui. Vnde si appellationi quis renunciauerit, vel quia sublata fuit, vel de iure communi, vt puta in materia momentaneę possessionis Cameralis obligationis, pensionum, & similium, aut ex illo statuto, seu priuilegio sublata sit appellatio, tamen, vt de nullitate dicere valeat, prohibitum non reperitur, quia cum sint inter se diuersa, tam in nomine, quam in effectu, prohibitum in vno sub alio non continetur, vt per Vant. in titulo, quil. poss. dic. de nullit. numero trige-
5 simo sexto, & sequent. cum add. Intentatur autem nullitas interdum principaliter,
6 interdũ incidenter, seu excipiendo. Tunc autem intentatur principaliter, quando super nullitate solum cõmissio petitur, quod fieri potest in commissione, tantum de nullitate mentionem faciente, vt per Couar. pract. quæstio. capitulo vigesimo secundo,
7 numero septimo, versic. nec ambigi. Vt pariter in eadem met commissione causa appellationis, ob id praxis Roman. Cur. vt clarius procedatur, adinuenit, quod in commissione appellationis clausula ponatur, nec non nullitatis, & nullitatum, &c. Quã-
8 uis sub nomine appello, ea comprehendatur, sicut cætera omnia grauamina, vt per Innoc. in capitulo dilecti, el secondo, numero tertio, de appell. Tamen multum talis Clausulæ appositio operatur, quia si nullitatem intentare quis vult, quando sub nomine appello comprehensa est, appellationi inhærendo, intentata incidenter dici-
9 tur. Et tantum obijcerere de nullitate, tunc durat, quantum durat, quo ad appellationẽ
10 agere, Quæ est principalis, quia accessoria nullitas in hoc, cum ipsa appellatione expirat, & isto casu, multoties excipiendo consequitur, quod agendo denegatur, Innoc. in capitulo quemadmodum, numero secundo, de iur. iur. nam secund. eund. Innocenc. in capitulo constitutus, numero, quinto, de appellat. Nil aliud est exceptio quam actoris, vel intentionis exclusio: At quando additur Clausula præfata in commissione, habet eam efficaciam, perinde ac, si principaliter nullitas intentata fuisset, Vestr. in sua praxi, libro octauo, capitulo primo, numero secundo, per doctr. Bart. in l. si expressim, numero tertio, versic. videndum ff. de appellat. Alex. in consilio sexagesimo nono, numero nono, & decimo, volumine quarto, Dec. in capitulo dilecto, numero quarto, vbi Abb. de appellat. Grat. consilio vltimo, numero quadragesimo primo, & quadragesimo secundo, volumine
11 secundo. Præterea, pariter habet locum, si in eadem commissione super attẽtatis agatur, vt per Achil. decisione decimaquinta, numero primo, de rescript. Imo quod plus est, vt Alex. in dicto consilio sexagesimono no, numero nono ait, talis expressio in commissione appellationis facta operatur, quod si agens velit seorsum a causa appellationis hanc nullitatis causam intentare, id facere valeat, Vestr. loco citato. Nam vterque principaliter deductum, & expressum in commissione dici poterit, vt latè Vant. eodem loco quot. & quib. mod. numero nono, duodecimo, decimoquarto, & sequent. cum addut. Subdens, numero seq.
12 Quod si quis appellet, reseruato sibi iure dicendi de nullitate, vt quotidie praxis obseruat, talis appellatio condictionalis censenda erit, idest, quatenus sententia sit aliqua, vt ibi, num. 11. Sed declara, vt ibidẽ, nu. 14. vers. Quod intellige, qñ ex ijs repugnantia non resultat, seu contrarietas, puta si intentetur (vt ipse dixit) remediũ vnde vi, cum remedio, l. 2. C. de rescin. vend. Et sunt tantæ efficaciæ præfata verba, in cõmissione appo-
13 sita. Qđ si postea deseratur causa appellationis, non remanebit deserta causa nullitatis, vt per Rot. diuers. lib. 3. decis. 284. nu. 3. de quo infra nu. 24. & seq. dicam. Ac etiam si quis dicat Sñiam nullã, vt si qua est appello, vt Bart. loco citato, & Imol. col. 8. Ancher. in Cle. 5. col. 4. de appel. Alex. cons. 52. numero decimoquarto, volumine tertio, Lanfranc. in cap. quoniam contra numero
14 quinquagesimonono, de accus. Et quam-

uis appellatio a sententia nulla non suspen
dat pronunciatum, cum non subsistat, ni-
hilominus operatur effectum deuolutiuũ,
quia ad superiorem causam deuoluit, & ob
id appellare permittitur a tali sententia, cap.
dilecto vbi Abb. & in rubr. numero quin-
to de appellat. Bald. in l. si expressum, nu-
15 mero septimo, ff. eodem titulo. Quamuis
e conuerso, præsumptio sententiæ, ac re-
ctitudinis processus facti in causa principa-
li, pendente appellatione cesset: vnde, vt &
appellatus probet necesse erit, Felin. in ca-
pitulo quoniam contra, num. vigesimoprι
mo, de probat. licet numero vigesimosecũ
do, appellatione pendente pro sententia
præsumendum subdat, sed nõ quo ad recti
tudinem processus, quia cum consistat in
scriptura, rectus apparere debet: dummo-
do in iudicatum non transierit sententia,
quia pro ambobus eo casu intrabit præsum
ptio, vt pariter de laudo arbitri, & arbitra-
toris, vt ibi Felin. numero vigesimotertio,
& sequent. Quamuis secund. Abb. in capi-
tulo significasti, numero septimo, de appel
lat. nullitatem appellando non ratificet.
Quinque vero modis de nullitate dici po-
test. Primò appellando a sententia nulla.
Secundo incidenter, & accessoriè, ad ipsam
appellationem, cum (vt dixi) tacite nullitas
semper in omni appellatione includatur.
Tertio, quando cum appellatione expres-
sè in eodem libello intentatur, dicẽdo sen
tentiam nullam, & si qua est appello. Quar
to principaliter sine mixtura appellationis
per viam querelæ, quando fabricatur com
missio tantum super nullitate. Quinto
per viã exceptionis, qñ petitur exequutio,
vt bene per Franc. in capitulo dilecto, nu-
mero 159. quęstione quinquagesimasexta,
de appellat. Borgn. Caualcan. decisione de
cimaquinta, numero vigesimo octauo.
16 Sed quot modis sententia redargui de nul
litate valeat, si videre libet, adeas Marant.
de ordin. iud. parte quarta, distinctione vi-
gesimasexta, numero secundo, & sequen
17 tibus, qui multa congerit, Et quibus mo-
dis in iudicio proponi possit, tradit Vant. in
tract. de nullit. titulo, quot & quib. mod.
numero duodecimo, & sequentibus quo-
rum dicta, vt breuitati consulam, non re-
censeo. Nullitate intentata, agitur contra
factum iudicis, Bart. in repet. l. ædite, nu-
mero octuagesimoquinto, versic. Quia om
ni, C. de eden. Eo quia inuocatur ad actũ
infringendum commune auxilium, & com
petens, vt contra illud pronuncietur, Vant.
vbi supra in titulo, quid sit nullit. numero
primo, Aut contra factum, in quo actum
fuit non legitimatis personis, l. licet, C. de
procur. vt latius dicam, aut non seruatis de-
bitis iuris sollẽnitatib. l. probatam, C. de sen
tent. Roman. consilio ducentesimouigesi-
mo, numero primo, Incidenter, vel exci-
19 piendo nullitas intentatur, Quando quis
petit exequutionem sententię, vel aliquid
alterius contra se facientis, & tunc excipit,
seu obijcit de nullitate, Innoc. in c. dilecto fi
lio, numero primo, de appellat. Vant. in ti-
tulo, quot. & quib. mod. nullit. in iudic. nu
mero decimoseptimo. Ratio est, quia ap-
pellatus non innititur iuribus appellatio-
nis, seu actui illius, immo, si ille, qui obti-
nuit, instat pro vlteriori exequutione, è cõ
uerso succumbens instat toto ope, opere,
ac viribus admitti ad excipiendum, siue sen
tentia fuerit nulla, siue iniusta: tunc pariter
incidenter tractabitur nullitas, quando
appellatur simpliciter, non facta de nullita
te mentione, sed ipsam cum appellatione
intentando, vt Vant. loco citato, numero
decimoseptimo, vel quando vna pars di-
cens primo latam sententiam nullam, de-
nuo pronunciari instat, vt ibi Vant. Bart. in
l. si expressum, numero vndecimo, ff. de
20 appellat. l. prima, C. de sent. Et quando su
per nullitate agitur, nõ dicitur lis extincta,
decisione trigesimatertia, libro tertio, di-
uers. Incipit autem causa nullitatis pende-
21 re, a tempore commissionis, & non cita-
tionis, quia licet causam commissio non in
cipiat, tamen est præparatoria, sicut prin-
cipium ad causam impedimenti, Achil.
22 decisione secunda, de restit. in integr. Sed
quando committitur causa nullitatis, & at-
tentatorum, & principaliter in eadem com
missione causa nullitatis, eo casu etiam cau
sa nullitatis erit censenda deserta, si notoriũ
erit non adesse nullitatem, Achil. decisione
decimaquinta, de rescript. cum addit. &
decisione decimaseptima, eodem titulo.
23 Excipiendo autem, tunc de nullitate dici-
tur, quando per viam exceptionis, vel repli-
cationis in iudicio deducitur, qui modus, est
magis frequens, vt in similibus erit etiã in-
cidenter deducta in iudicio, quando patens
est, & resultat ex eodem processu, Oldr.
consilio ducentesimoquinto, cum add. &
Bart. in dicta l. si expressim, num. 11. & deci
24 sione Neap. 283. Maxima quippe versatur
vtilitas in cognoscendo, quando causa nul-
litatis principaliter, & de per se, seu acces-
soriè, incidenter, vel excipiendo tractetur.

Nam

Nam quando simpliciter tractatur, sub nomine appello (vt dixi) Nullitas deseritur, deserta causa appellationis, Bart. in d. l. si expressim, numero decimo. Nec aliqua tela iudiciaria in hoc requiritur, vel ordo, sed de illa tanquam clara, & aperta sicuti de incidenti, & notorio, absque iudiciorum sollemnitate cognoscitur, Bellam. decisione quadragesimaprima, Cassad. decisione 8. de rescriptio. numero quarto. At quando causa appellationis sit principalis, vel causa nullitatis: Vide omnino Put. decisione centesima septuagesimasecunda, parte secunda. Secus autem est, quando nullitas in iudicium deducitur, Abb. in capitulo dilecto, numero quarto, de appellat. Imol. in d. l. si expressim, numero octauo, Soc. consilio decimo, colum. fi. Alexand. consilio quinquagesimonono, numero septimo,
35 volumine quarto. Hinc infertur, quod si detur in partibus sententia super possessorio, & appellans obtineat causam, vno cũ toto negocio principali committi, si causa appellationis deseratur, videtur quoque, si nullitas non adsit, deserta causa nullitatis, quia cõmunis etiam isto casu est desertio, Franc. in capitulo ex ratione, quæstione sexta, & quæstione quinquagesimaquarta, de appellat. tamen contrarium verius est, stante su pradicta ratione diuersitatis, nam tunc deserta appellatione, nullitatis causa deseritur, quando proueniunt ex eodem fonte, & de facto iudicis semper agitur, quæ ratio nõ militat in casu nostro, quia negociũ petitorij est principale, & maius, ob id ad ipsum extendere commissionem nimis esset
26 vt per Achil. decisione decima octaua, numero secundo, de appellat. Corn. consilio sexagesimo secundo, numero tertio, volumine quarto: igitur in consequens, si commissa causa appellationis, & nullitatis reperiatur, & in tempore appellatum non fuerit, quamuis nulla ob id esset causa appellationis: nihilominus remaneret principalis causa nullitatis, quæ vti noua, non venit a causa appellationis regulanda, cum æque principaliter ambæ simul censentur commissæ, Put. decisio. 434. libro secundo, & decisione septuagesimasecunda, vidẽda, & decisione octuagesimasecunda, libro ter-
27 tio. Quamuis sine alia commissione, etiã iudex, ad quem deuoluitur appellatio, super nullitate pronunciare valeat, Innocen. in capitulo dilecto, el secondo, numero
28 primo, de appellat. Quod declara procedere in appellatione interposita a diffinitiua, secus verò si versaremur in appellatione interposita, ante diffinitiuam, vel ab interloquutoria, quia tunc non licet appellare, nisi in certis causis expressis nominatis, specifice a iure, vt latè per Bellam. deci-
29 sione nonagesimaseptima. Caueant autem procuratores, vel appellationis vocem emittentes, quando appellant a sententia, dicere sub his verbis. Ego dico sententiam nullam, & si qua est appello, qa licet hoc casu causa nullitatis principaliter videatur intentata, ac de per se, tamen si appellationem deseri sinant, pariter secum causa nullitatis deserta remanebit: secus autem si incidenter de ea, quando de appellatione cognoscitur, discussum fuerit, quia non tollitur talis discussio, quin de causa nullitatis deinde principaliter cognosci tũc queat, & dum summariè, & incidenter de ea cognitum fuerit, talis sententia in negotio principali lata, non obest causæ nullitatis, neque etiam incidenter, quia de illa plenè discussum non extitit, vnde denuo, de ipsa cognosci valet, l. a dicto pio, ff. si super rebus, ff. de re iudic. capitulo veniens in l. 2. de test. Bald. Bart. in dicta l. si expressim numero tertio, Alexand. consilio septuagesimonono, numero quarto, volumine primo, Dec. consilio sexagesimono, numero primo, Felin. in capitulo ea quæ, numero secundo, vbi, quando lata vna sententia, vel pluribus possit de nullitate dici, late, discutit, de re iudic. Abb. in dicto capitulo cum dilecto, numero nono, vbi Franc. quęstione quadragesimaoctaua. Nam quando quis a sententia appellat, eam nullam asserẽs, de necessitate illam aliquam esse pręsupponit, quia qualitas iniustitiæ, non potest esse sine subiecto, l. eius, qui in prouincia, ff. si cer. per. cap. ad dissoluen. de dispen. impub. & sic per consequens etiam valere, Alexan. cons. quinquagesimonono, nu-
30 mero duodecimo, volumine quarto. An autem pendente causa nullitatis, & attentatorum retardetur exequutio in negocio principali, vide Vant. in titulo, quo. Et quando, & quib. mod. nullit. propr. num. 30. & sequent. decisione vigesimatertia de appel. in nou. Bart. in l. prima, numero sexto, & octauo, C. quand. prou. non est necess. Sed quod nullitatis, aut attentatorum in negotio principali causa pendente procedi non possit, tenent Afflict. decis. 98. numero tertio, quarto, & quinto, Guid. Pap. decis. 213. Rota diuers. decisione quadragesima octaua, par. 3. Et si iudex pronunciat male appellatum, & bene iudicatum, aut denuo appelletur opus est, alias si vellet de nullita-

te agere incidenter intentata, denegabitur audientia, dummodo in primo iudicio de illa discussum fuerit, Abb. in dicto capitulo dilecto, numero decimo, vbi Franc. numero centesimodecimosexto, Imol. in dicta l. si expressim, numero nono. Et licet male appellatum, & bene sententiatum iudex pronunciauerit, & sic incidenter super nullitate, non tollitur, ob id ipsius nullitatis principaliter posterior cognitio, Bal. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, quæst. 13. ff. de pact. Imol. in dicta l. si expressim, numero decimosexto, Spec. in tit. de sent. §. iuxta, versic. Quid ergo si appelletur a sententia nulla, columna penultima. Et hanc magis esse Doctorum communem, ac receptam sententiam, testatur Couar. pract. quæst. capitulo vigesimoquinto, numero septimo, versic. Quod si deserta, & versic.
32 Verum ibi nullitas, asserens. Quod licet causa nullitatis fuerit cum causa appellationis principaliter intentata, & appellatio deserta, tamen nondum remanet causa nullitatis finita, quamuis in iudicio deducta, quam opinionem, ante Couar. amplexus fuit Alexand. in l. prima, numero vigesimo quinto, ff. de fer. Ratio est, quia cum causa nullitatis sit prolixior, durat adhuc. Ruin. in consilio centesimo decimoquarto, numero sexto, volumine quarto. Et quod non sit præclusa via, vt denuo de ipsa agi possit, tenuere Bart. in dicta l. si expressim, numero decimo, vbi Imol. numero decimo octauo, Abb. in dicto capitulo dilecto, numero nono, & Franc. numero quinquagesimo octauo, Socin. consilio decimo, columna fin. volumine quarto, dato etiam, quod non sit appellatum, quia non præiudicat nullitati, de qua dicere non est via præclusa: Et an causa deserta pronunciata, si postea iudex super nullitate pronunciet, obstet desertio, vide decisionē vigesimamnonam, de sent. & de re iud. in antiq. & Innocent. in cap. sollicitudinem, circa fi. de appellat. Constat ex relatis igitur, quando a sententia appellatum extitit, quod tunc appellans, & agendo, & excipiendo, super nullitate coram Iudice ad quem agere valet, sententiam nullam, & iniustam dicendo in defensione suæ appellationis, quouismodo, l. sciο in fin. ff. de appellat. Quanquā
33 prima facie petens nullam latam sententiā pronunciari, causam appellationis prosequi non videatur, quia nulla de ipsa fuit facta in actis mentio, neque appellationi, aut eius iuribus innitatur. Nihilominus contrariū verius apparet, ex vi, & efficacia appellationis, ad superiorem causam deuoluentis, ac eius cognitionem, capit. sollicitudinem, de appell. adeo nullitati connexa est, quod potest petere (vt dixi) pronunciari super nullitate, at quia fuit de facto grauatus, ita de facto etiam sententiam nullam, absque eo, quod appellationis mentio fiat, poterit petere, ac instare pronunciari, Innocent. dicto capitulo dilecto, el secondo,
34 numero secundo. de appell. nam si sententia detegitur nulla, opus non est, vt ab ea appelletur, Alexand. consilio 59. num. 17. versic. Et per consequens, volum. 4. decis. 29.
35 num. 5. de re iud. in antiq. Quia eo nullitatis statu, sententiæ nomen non meretur, Franc. in capitulo dilecto, num. 110. de appellat. Bald. in consilio 336. num. 3. lib. 3. Natt. cons. 217. num. 6. libro primo, neque
36 venit attendenda. Idque in tantum verum est, quod si statutum exequutionem det sententiæ, non comprehendit sententiam nullā, Bald. & post eum Iac. de Sancto Georgio, in l. 2. §. prætor ait, ff. qui, satisd. cog. Afflict. decis. 283. numero primo: Et simile dicendum erit de notoriè iniusta, Dec. consilio 49. numero secundo, Ruin. consil. 46. numero 17. volum. 1. Alexand. cons. 106. numero 27. volumine tertio, Rol. a Val. consilio 29 num. 32. volumine primo, Veral. decis. 33. parte prima, glo. in capitulo ex conquestione vbi Bald. numero quinto, Abb. in 5. not. de restit. spoliat. Ruin. consil. 27. numero quinto, versic. & præfatam, volu-
37 mine tertio. Quia iniustitia, quæ ex actis colligitur, nullitati æquiparatur, Paris. consilio 107. numero nono, volumine quarto, Rolan. a Val. cons 76. num. 27. volum. primo, Menoch. in quarto remed. adipisc. possess. num. 852. Gabr. in lib. com. opin. tit. de exeq. rei iud. conclusione prima, numero decimo, libro primo, Guid. Pap. decis 368. Put. decis. 402. libro primo, Chassaneu. decis. 178. Nam non debet tale statutum interpretari, ex quo iustitia speratur, vt oriatur ex eo iniustitia, & quod sit vinculum iniquitatis, sed sano modo supradicta intelligas, quia nō dēt ita de facili rescribi, ne aperiatur omni succumbenti via, in statuti vilipendium, ac inobseruantia, committendi tales causas iam finitas, nam lex esset ludibrio. Et an, & quando probationes factæ in iudicio nullo, vel confessiones teneant, tradit Zabarell. in clem. constitutionem, §. illius, numero primo, & secundo de electio. Gustare autem Signaturæ munus erit de nullitate, seu manifesta iniustitia ex eisdem actis, dummodo non sint de ijs, quæ requi-

requirunt altiorem indaginem, Iurisve disceptationem, quia eo casu nō erunt apta impedire talem executionem vt infra dicam, quibus gustatis, vel rescribere, vel lacerare
39 preces, suum erit. Redeundo igitur ad propositum thema, dico, quod si appellatio processit, de nullitate Iudex ad quem cognoscere poterit, quia iam pronunciando, Iudex a quo, suo fuit munere functus. Innoc. in d. capitulo dilectis, num. 3. Guid. Pap. in tract.
40 de app. quęst. 46. At si ab aliquo grauamine tantum appellare contingat, de nullitate, iudex ad quem, cognoscere nō valet. Quia, finita grauaminis causa, nulla apud eum remanet Iurisdictio, Sed causa ad primum reuertitur iudicem, quod non procedit, si in commissione appellationis a grauamine in
41 feratur Clausula, quam, & quas, siue alia, cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negocio principali, vt latè dixi in Commissione auocationis causarum. Nam tunc earum Clausularum virtute, etiam in negocio principali Iudex remaneret, ob id, cum quasi in omnibus Commissionibus, dicta clausula, vel aliqua ipsarum apponatur, antiquusve stilus Commissiones cōpilandi simpliciter a grauamine recesserit ab Aula, nec attendatur, ideo de hoc stilo omisso, vti inutili, & superfluo, plura verba non faciam, decis. 55. de appell. in nou. Guid. Pap. in tract. de appell. q. 66. c. vt debitus, & capitulo Romana, de appell.
42 Ideo, & quando committitur iudici ad quē tota causa vigore supradictarum clausularū, vel vnius ipsarum, non reuertitur ad Iudi-
43 cem a quo causa amplius. Fundatur autem stilus apponendi tales Clausulas in æquitate quadam, quia non caret Iudex a quo pręsumptione iræ, seu indignationis sufficientis mouere in dubio animum suum contra ita appellantem. Qui suæ indemnati consulendo, si remissus ad ipsum Iudicem fuerit, aliam, vt ex eius manibus se eximat, attendere causam poterit, & ab illa appellare, sicque auocationem præfatæ causæ curare, & ideo stante narrata æquitate, subtilitas nostrorum procerum, tales adinuenit Clausulas, ad hoc, vt vna vice auocetur causa, & alteri committatur, licet in hoc cauti Iudices, si apparebit occasio, omisso dicto articulo, tacitè procedendo in negocio principali, repellant articulos incidentes, vt dicā.
44 Notoria tunc dicitur nullitas, quando resultat ex ipsis Actis, super quibus fundatum fuit iudicium, Alex. cons. 59. num. 7. vol. 4. l. si vero, §. pro rei, & ibi DD. ff. qui satisd. cog. Bar. in l. si constante in prima, quæsti principali, ff. solut. matr. cap. 2 de verb. sign. in sexto, ca. si forte, vbi canon. de elect. in 6. Bar. in l. ea quidem, C. de accusat. Et iudicis actus notoriam inducunt nullitatem. dec. 29
45 de sent. & re iud. in antiq. num. 4. Diciturque talis nullitas resultans ex actis; probatio probata, & liquida, ex lege proueniēs, Vant. de nullit. quis pos. dic. de nullit. nu. 11. & seq. Et eo casu regula intrat, quod nullum est, nullum operatur effectum, capitulo non pręstat, de reg. iur. in sexto, & nulliter factum, pro non facto habeatur, l. quoties ff. qui satisd. cog. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Idque in tantum verum erit, quod nec tractu temporis postea conualidari poterit, l. quæ ab initio vbi late, Dec. ff. de reg. iur. cap. non firmat, eodem titulo in sexto, Rom. in
46 cons. 509. num. 19. Sed quid. Reperitur sententia nulla, an ex eisdem actis poterit postea pronunciari? In hoc articulo distingue, quod aut nullitas resultat solum ratione sententię, & tunc poterit ex eisdem actis pronūciari, & ita procedit, & intelligitur Glos. in verbo ab initio, in l. si expressim, ff. de appell. vt si nullitas resultat, non solum ex sententia, sed etiam ex alijs allegatis in processu eo casu denuo cognoscetur, & ita secundum Bar. in d. l. si expressim numero 1. intelligitur Glo. in l. cum quærebatur, in verbo non posse, ff. de re iud. decis. Cap. Tho-
47 los. 179. ac vbi resultat nullitas ex eisdē actis, potest iudex super illa pronunciare, iuris ordine non seruato: Secus autem si esset nullitas aliorum processuum, super qua principaliter agitur, Bellam. decis. 319. Et idem si fuerit (vt dixi) notoria iniustitia ex actis resultans, quæ nullitati æquiparatur, multaque operatur, de quibus per Paris. cons. 107. numero nono, vol. 4. Rol. a Vall. cons. 76. numero 27. vol. primo, Menoch. in 4. remed. adipisc. poss. num. 852. Gabr. cons. 43. num. 46. libro primo, Guid. Pap. decis. 368. Put.
48 decis. 402. lib. primo, Chassneu. decis. 178. Tres principalissimas nullitates insanabiles, tā a iure, quā Principis gratia illa ceu semper exclusa (vt ita dicam) lippis, & tōsoribus notas esse, nemo est qui ambigat, nempe Citationis, iurisdictionis, & mandati, ob id quando porrigitur Commissio appellationis, (vt latius infra dicam) & in ea adest clausula nullitatis, & nullitatum, si fuerit omissa ad-
49 dere munus R. P. D. mei Referendarij erit, infrascripta verba, dummodo, vel quatenus non ex tribus, quæ clausula ad supra narrata refertur, ea nempe ratione, quia cęteræ nullitates, altiorem requirentes indaginem, non

non ita de facili demandantur sub dictis generalibus verbis. Nam si non remanet deserta causa appellationis, prius nullitas euidens ex eisdem actis erit cognoscenda, nam in promptu est, ac simpliciter nullitate reiecta, oriens ex actis non censetur sublata, qua
50 stante, non potest oriri aliqua res iudicata. Cęs. de Graff. decisione tertia, de reb. Eccles. non alien. deci. 311. nu. 28. & decis. 427. nu. 2. diuersorum lib. 3. Et ita etiã nullitas ex defectu citationis, Achil. decis. 15. de constit. numero secundo. Ab illis vero, de quibus facilior est probatio, cognitio causæ exordium accipit, capitulo si forte de elect. dec. 29. de sent. & re iud. per tot. in antiq. Sed quia esse potest, quod pręposita siue propositæ nullitates non sint ex tribus, seu euidentes, sed quod opponatur ad retardandam expeditionem causæ appellationis principalis: ad lites tollendas, vt Clausulç ex præfatis tribus
51 sint saltem apponitur, si non ambæ, quç conditionẽ faciunt, videlicet quod si nullitas, non sit ex præfata sed tribus, vel euidens, seu quæ incontinenti ex eisdem actis probari queat, iudex inhibere non debeat: sin vero ex dictis tribus nullitas fuerit, tunc eam allegans nulla rei iudicatæ habita ratio-
52 ne, audiri iuridice poterit, Veral. decisi. 264. lib. 2. per regulam, quod ante omnia nullitatis causa veniat terminanda, decis. 1300. Diuers. par. 2. Et in hoc inter ordinarium, & delegatum est differentia, nulla existente sententia, quia ordinarius causam, a capite incipere denuo potest, sed non delegatus, qui non est amplius iudex, cum suo iam sit munere functus, Innoc. in cap. in literis, num. 1. & secundo, de offi. deleg. De nullitate autem defectu iurisdictionis (quæ secundum Legistas incipit post litem contestatam, & secundum Canonistas post citationem perpetuatur, Innoc. in cap. ex relato, numero 1. & in capitulo super quęstionum, nume. secũdo, de offic. deleg.) seu incompetentię iudicis titulũ expressum habemus, C. si a non comp. iud. per totum, in l. 1. & in l. si de proprietate
53 & in l. fin. Vbi Bart. Castr. & Salic. Immo quod plus est, sententia dicta nullitatem pariens, non potest conualidari, neque de partium consensu, DD. in l. si extraneum, ff. de appel. & in l. priuatorũ, ff. de iur. om. iud. quia illa erit sententia lata per priuatam personam, de quo vide omnino Borgn. Caualc. decis. 25. numero quinto, 17. 20. 21. 27. & seq.
54 Quamuis Bar. & Glos. in l. vnica C. qui pro sua iurisd. contrarium asserant. Et licet per statutum tollatur, quod de nullitate dici possit, tamen illa, quæ ex defectu iurisdictionis prouenit, non tollitur, de quo late Put. decis. 174. parte secunda, Dec. cons. 8. num. 7. Glos. fin. in capitulo primo, de seq. pos. & fruc. vbi DD. Bal. cons. 248. lib. 4. Alex. cons. 77. vol. 2. Imol. in coll. com. opin. libro, 4. concl. 24. cum multis ampliationibus, & limitationibus latè allegans pariter si statutũ, sicut Romæ est, prohibet, quod post annũ agi de nullitate nequeat, non tollit (vt præmissum est) quin de prouenient ex defectu iurisdictionis non valeat excipi. Achil. dec. 5. & sexta, de constit. cum add. Ideo, si incoauerit dicere de nullitate, ac interim Annus labatur, de illa opponere postea nõ valebit, neque per viam exceptionis, vt per Achil. decis. 51. eod. titulo Franc. in cap. significauerunt num. 12. de excep. & in cap. ex parte nu. 7. de const. Castr. cons. 288. vol. 1. Calcan.
55 cons. 16. Quamuis statutum prohibens directe de nullitate dici, prohibeat, pariter, ne de illa replicatio obiici valeat, vt idẽ Achil. decis. 7. eod. titulo, & quando principaliter super replicatione excipiendo, nullitas intẽtetur, & vide Put. decis. 301. libro 2. Neque etiã principaliter, si adesset defectus iurisdictionis, vt ibidem decis. 8. quod ampliatur procedere tam in nullitate sententię interlocutorię, quam diffinitiuæ, & in omni foro, vt ibi Achil. decis. 9. 10. & sequen. & quę supra dixi, declara, vt per eundem decis. 16.
56 eod. tit. Limita tamen dictum statutum ita de nullitate dici prohibens, eam non excludere, quæ spolium admixtum habet, de quo statuto, libro primo cap. 157. Soci. cons. 121. num. 3. & cons. 150. num. 21. vol. 1. late Cę-
57 sar de Gras. videndus, decis. 1. de constit. loquuntur, Vnde si auditor Camerę non extensa obligatione camerali, executiue illius vigore procedat, oĩa nullitatis vitio ex defectu iurisdictionis subiacebunt, Galles. ad oblig. in for. cam. part. 3. q. 5. sub rub. de proces. & ita alias Rota censuit primo coram, S.D.N. Clemente Octauo tunc Rotæ auditore in illa Rom. Vallis inferni 8. Octobris 1588. ac in illa Rom. Palatii Campi Florę, & non solum per statutum, verum neque per quamuis aliam constitutionem de nullitate dici prohibentia, pręsens (vt dixi) non tollitur, Rom. cons. 115. nu. 4. in fi. Sarn. in comp. vtr. Sign. & super reg. Cancell. numero 24.
58 Tantáq; hanc ex defectu iurisdictionis nullitatem ius abhorret, & priuilegiata reperitur, quod non obstante re iudicata, quæ liti finem imponit, de illa obiici poterit, dec. 97. numero tertio, parte tertia. At si processus validus alias fuerit, licet sententia nulla, ex eisdem actis, Iudex alterius instantiæ, dummodo

modo iurisdictionem habeat, illam confirmare valebit, Bart. in d.l. si expressim, num. 17. ff. de appellat. Bellame. decis. 340. Sed iudex ille, maxime si delegatus fuerit, laudandus erit, qui ad hoc, vt eius gesta teneant, suam vult iurisdictionem rimare, Innoc. in capitulo venerabilis, numero quinto de cēsib. ne nullitatibus, & expensis colliiigantes, ac eorum conscientiam grauando inuo
59 luant. Sed si contingat, quod commissione porrecta pro sanatione præfatę nullitatis ex defectu iurisdictionis prouenientis supplicetur, dummodo ante latā sententiam, poterit denuo rescribi, iurisdictionem iudici tribuendo, vt per Glos. in l. prima, in verbo si a iurisdictione, vbi Bar. numero quarto, C. qui pro sua iuris. Corset. in repert. ad lect. Abba. in verbo iudex incompetens, nona limitat. At quando præfata nullitas ex iurisdi
60 ctionis defectu oriens, altiorem requirit indaginem, non attenditur. Veral. decis. 156. numero tertio, parte tertia, Card. in Clem. vnica §. fin. de seq. poss. & prop: secundum distinctionem Bar. in l. prima, numero 4. C.
61 vbi de cri. agi opp. Si aderit defectus iurisdictionis iudicis, & lite pendente Iurisdictio superueniat, ex causa de nouo emergente, nullo modo gesta confirmantur, quia non fuit legitimum initium iudicij, l. momenta
62 nea, C. qui legit. perso. stan. in iudic. Sed superueniente iurisdictione ex causa de præterito, ex nunc, non ex tunc confirmatur iurisdictio, l. obseruare §. fin. ff. qui pro sua iurisd. Bar. in l. prima, numero quarto, C. eo
63 dem titu. Interdum vero datur commissio sanatoria Iurisdictionis deficientis, quando in aliqua parte habuit iudex iurisdictionem, sed non plenè, dummodo aliqua rationabilis causa allegetur, quæ aliquam afferat æquitatem, & ita multoties practicari vidi, Sed non quando in totū defuit Iurisdictio, quia tunc talis nullitas omnino redditur insanabilis. Nam si iurisdictio est iudicij lapis angularis, vt per Sarnen. in comp. vtriusque Sig. nume. 76. Staphyl. super lit. iust. §. postremo numero vndecimo, & seq. ea deficiente, totum corruit: Vtque res clarius innotescat, subdam exemplum, directa fuit Commissio auditori Rotæ, vt puta per A. oratorem, contra B, & C. Auditor Rotæ pronunciauit contra A. qui rescriptum obtinuit, non potest postea procedere vigore eiusdem Commissionis inter B. & C. quia nullus ipsorum rescriptum impetrauit, cum iam personæ sint mutatæ, quia, qui prius reus erat, nunc est actor, vnde noua necessario opus erit inter ipsos Commissione, dec. 12. de rescrip. in nou. & decisione secunda, eod. tit. in antiq. ac in consequens, quando datio iudicis funditus non tenet, etiam si non opponatur, processus coram ipso factus erit nullus, Secus quando non esset funditus nulla, sed veniret per exceptionem annullanda, vt per
64 Butr. in capitulo primo, num. 2. de rescri. in 6. Sed si (vt præmittitur) iudex in causa ad vlteriora processisset, quia ex tacito partium consensu prorogari iurisdictio valet, Abb. in capitulo ex suscepto, num. 18. de for. comp. non tamen in delegato, & Commissio sanatoria per vnam ex partibus, porrigatur, pe
65 tēdo talem sanari nullitatem: ex supradictis bene concedi poterit, quia non adest totalis defectus iurisdictionis, præcipue, si pars aduersa in iurisdictionem consenserit, absque talis defectus obiectione: nam quodammodo gesta comprobasse videtur in sui præiudicium, & tunc intrat contra ipsum regula.
66 Qui nullitati dat causam, contra ipsam amplius, nec allegare, nec audiri valet, l. prima, §. si omnes in princ ff. de ventr. inspic. Rol. à Vall. cons. 52. num. 12 vol. 4. Præterea, si feriarum tempore ferri sententia contingat, vt dixi in Commissione derogationis feriarum, non existente Commissione earum derogatoria, erit sententia nulla: eo autem casu suspenditur iurisdictio, & illius exercitiū, quia siue feriæ indictę sint in honorem Dei, vel sanctorum, siue repentinæ, quę pari passu incedunt, Illis partes renunciare non va
67 lent, licet secus in ferijs indictis a lege, vel statuto, prout sunt feriæ messium, vel ad hominum vtilitatem. Suspenso itaque tempore præfato Iudicis officio, quicquid fit, nullum erit ex defectu iurisdictionis l. siue pars C. de dilat. vt late per Vant. de nullit. ex de
68 fectu iurisd. num. 129. & 130. Nihilominus, quia iudex alias habebat Iurisdictionem, sanatoria talis nullitatis Commissio dari poterit, & ita pariter in alijs similibus causis, S. D. N. benę visis, quę sigillatim recensere, cum diuersissimè dentur negociorum euentus, impossibile esset: Sed modo notes velim. Ad hoc vt vltima Commissio tollat
69 alias commissiones super nullitatibus pręsentatas, est necesse, quod de omnibus nullitatibus mētionem faciat, quia eis omissis, & commissio erit subreptitia, & alię sublatæ non erunt, Veral. decis. 159. parte prima,
70 Et licet in rescripto Papę adsit Clausula supplendo omnes iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint, virtus illius, & efficacia erit, solum defectus iuris positiui comprehendere, quo ad solēnitates requisitas a iure, siue alias naturales, Neque hos tres defectus

fectus iurisdictionis, citationis, & mandati nisi specialis mentio fiat, & indiuidua comprehendetur, Abb. in capitulo 1. numero 5. de transact. clausula præfata illos defectus tollens, vt ibi Abb. ait, solum per Papam, vel alium Principem superiorem non recognoscentem in rescriptis concedi potest, vt pariter dixit Specu. in titulo de lega. §. nunc ostē dendum, vers. decimo octauo, & sicut Staphyl. subdit de lit. iust. capitulo postremo, numero tertio, & melius numero quarto, prędictus iurisdictionis defectus videtur, esse iuris positiui, ideo si non inducitur per dictam clausulam aliquod extrinsecum, sicut neque dispensatio, nec habilitatio personarum tollitur, multominus, & defectus naturalis, vti est citatio, quę non solum
73 est de iure naturali, sed de iure diuino, vt per Innoc. in cap. quę in Ecclesiarum, & ibi DD. de constit. & in capitulo primo, de caus. poss.
74 & prop. Sed quando versamur in mandato suspicionis fugæ, non potest de iudicis, neque fori incompetentia dici, Ancher. cons. 192. numero tertio, Alex. in l. prima num. 6. vbi Ias. num. 15. Dec. num. 2. Curt. Iun. nu. 3. ff. de iur. omn. iud. Rom. cons. 242. vbi Man-
75 dos. in addit. Si lata sententia, talis nullitas sanari petatur, distinguendum venit, quod, aut sciebat eum incompetentem Iudicem esse, & poterat eius iurisdictionem prorogare, Et tunc, quia tacite, & iudicem, & iurisdictionem approbasse videtur, non potest gestis ipso volente, & petente contrauenire, Aut poterat prorogare, sed illum incompetentē ignorabat, & eo casu, & sentētia erit nulla, & illi contrauenire poterit, quia tunc, error impedit prorogationē iurisdictionis, l. si quis per errorem, ff. de iurisd. omn. iud.
76 Aut non poterant prorogare sententiam, vti sententiam, sed vti pactum tacitum, quia pacti quodammodo fuerunt stare dicto talis iudicis, de quo vide Gabr. in lib. com. opin. tit. de sent. concl. secunda, Quod intellige, quando post latā sententiam denuo approbarunt partes, quia tunc videntur super eo, quod in sententia deductum est, contrahere l. 2. vbi Bartol. C. cum. vtri. iud. & poterit isto casu dari commissio sanatoria: sin vero non approbauerunt, non erit Commissio concedenda ex supradictis rationibus, vt late Abbas in d. cap. significasti nu. 22. de for. comp. Calder. cons. 8. per tot. de re iud. Vnde si sententiam partes emologarint, confirmatione non indigebit, quia in re sua vnusquisq; est moderator, & Arbiter, & ideo superflua, quamuis aliquando ad maius robur, pro cōfirmatione, etiam, si adsit consensus, reciprocus, supplicetur Principi, vt tali vinculo gesta munita firmiora, & inuiolabiliora reddantur. Sin autem sententiam recusarunt, contra voluntatem ipsorum, de quorum interesse agitur, concedi nostra Commissio
77 minime debet, Aliæ autem nullitates solent sanari per Signaturam gratiæ, maxime si in principio partium iura inualida fuerint, ac noua iura lite pendente superuenerint, Tamē si petatur aliqua nullitas preter supra narratas sanari, datur Commissio, vt Auditor, seu iudex causę ad vlteriora procedat,
78 cum clausula, constito de bono oratoris iure, Gomes in compend vtrius. Sign. vers. eodem modo reparantur. Bellam. decis. 62. & dec. 102. De quo bono iure commissionem obtinentis, sufficit in aliqua parte, licet non plene gustare in negocio pincipali, Vestr. in sua prax. lib. 8. ca. 3. nu. 9. in fin. Talis vero clausula dat formā, adeo, quod parte citata, causæ cognitio venit adhibenda, Lancel. de attent. post inhib. limit 11. num. 23. Vant. de nul in tit. quot. & infra quod temp. num. 4. ver. iccirco. Et quāuis ex dispositione Clem. vt calumnijs, de re iud. de nullitate contra tres conformes dici non possit, vel contra duas ex statuti dispositione trium vim habentes, tamen d. Clem. rigor, si adsit nullitas ex iurisdictionis defectu, retardatur.
79 Quod limita non procedere, quando constat de iurisdictionis fundamento, puta de Commissione iudici directi, qui tertiam sententiam protulit, licet de pręsentatione ipsius commissionis non appareret, quia executio, tali exceptione non obstante, fit, Et si peteretur Commissio sanatoria, non veniret deneganda. Crescen. dec. 22. de sent. & re iud. ea nempe (vt dixi) ratione, quia tres cōformes faciunt Calumniam cessare, & boni iuris eas obtinentis dant præsump-
80 tionem. Procurator per protestationem contra factum principalis venire nō potest,
81 decis. 21. de App. in antiquis. Si feratur sentētia post lapsum termini assignati, etiā per statutum, est nulla, defectu iurisdictionis, Bal. in l. properandum numero 8 vers. alij dicunt C. de Iudic. Alex. cons. 82. nu. 1. vol. 3. Vant. de nullit. ex defe. iurisd. nu. 119. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas ex defectu mandati est insanabilis.*
2 *Mandati forma ad vnguem seruanda venit.*
3 *Iudex vt procurator sit prius quęrere debet.*
4 *Nullitas ex defectu mandati trium conformium exequutionem retardat.*
5 *Nullitas mādati nisi expresse dicatur, sanata nō erit.*

7 Pro-

7 *Procurator reuocatus, quando nulliter procedat.*
8 *Nullitas ex defectu mandati non tollitur refectis expensis.*
9 *Nullitas ex defectu mandati quando sanetur per superueniens mandatum procure.*
10 *Commissio a non habente mandatum impetrata, nisi ratificetur a principali, inualida erit.*
11 *Exceptio nullitatis mandati semper in iudicio deduci potest.*
12 *Nullitas ex defectu mandati, continet in se defectum citationis etiam.*
13 *Ius procuratores absque mãdato agentes abhorret, ac illos ad expensas teneri statuit.*
14 *Citandus venit procurator, qui in actis se citari velle dixit.*
15 *Sententia, quæ ex actis non iustificatur, est nulla.*
16 *Metus illatus per viam iustitiæ non dicitur iustus metus vt actus reuocetur.*
17 *Iudex, cui datus est adiunctus, si solus procedit, nulliter facit.*
Nec isto casu datur commissio sanatoria nullitatis num. 18.
19 *Tutor non potest ex sua confessione Pupillum obligare.*
Neque sub camerali obligatione ibi.
Commissio datur si pupillus isto casu appellet, cũ clausula si quid exequen. numero. 20.
21 *Exceptio oriens ex ventre instrumenti est priuilegiata, sicut actio ex illo.*
Et retardat exequutionem.
Limita num. 22.
23 *Mandatum pocuræ Maxime in beneficialibus morte expirat.*
24 *Lis per motem rei non extinguitur.*
25 *Nulla in beneficialibus sunt mortuo principali, gesta cum procuratore.*
26 *Gesta in prophanis cum procuratore mortuo principali non sunt nulla.*
27 *Iudex inhibitus nulliter procedit.*
Neque possunt partes suam prorogare iurisdictionem.
28 *Sententia nulla in vno capite, sustinetur in alijs.*
29 *Scripturæ priuatæ vt adhibeatur fides, conuenire partes possunt.*
30 *Iudices laicos adeuntes, ad impedien. exequutionem litterarum apostolicarum sunt excommunicati.*
31 *Sententiæ tres, quando conformes dicantur.*
32 *Sententia condemnans in minori summa, quando sit nulla.*
33 *Sententia pro parte nulla, non potest confirmari, neque reformari.*
34 *Intimatio omissa, actum nullum reddit.*
35 *Mandati procuræ defectus, vsque ad mille annos obijci potest.*
36 *Commissio reiteratoria, terminorum seruatorum dilatione pendente, quomodo detur.*
37 *Commissio reiteratoria terminorũ, quomodo detur.*
38 *Commissio, quod termini tenti in possessorio reiterentur, in petitorio quare denegetur.*

CAP. II.

1 ALia, & secunda insanabilis prouenit nullitas ex defectu mandati, aut quando cum falso procuratore iudicium tractatur, vel cum non habente mandatum, siue quatenus habeat limitatum, & restrictum, seu inualidum, & insufficiens Barto. & Doct. in l. licet C. de procur. Abb. in cap. primo, a num. 1. vsque ad num. 5. & in capit. in nostra num. 2. eod. tit. forma autem mandati est ad vnguem seruanda, Et omnis re-
2 cessus ab eo siue in rem, siue in personam, siue in tempus vitiat gesta, l. diligenter, ff. mandat, Abb. in capitulo Pisanis, num. 5. de rest. spol. Paris. cons. 46. num. 41. & seq. vol. 1. nam consensus, citra limites ipsius nil operari potest, Rom cons. 291. Dec. in capit. venerabilis sub num. 26. vers. voluntas de except. & in l. prima num. 11. C. de eden. & in
3 cons. 460 num. 2. Rom. cons. 29. numero 4. Vnde bonus iudex, prius de personę habilitate quærere debet, antequam in causa procedere incipiat, & pariter in iudicio summariisimo; ob id, quando vident processus, aduertant, an fuerit actum cum principali, vel idoneo procuratore vt per Vant. de nul. tit. de inhab. ex defect. mand. num. 3. Et ex officio etiam id facere debet, vt ibid. Vant.
4 nu. 66. quæ nullitas pariter adeo potens est, quod trium sententiarum conformium executionem retardare sufficit, Alex. cons. 77. num. 8. vol. 2. Hippolyt. de Marsil. singul. 10. Ancher. in Clem. de re iudic. Gemin. consil. 24. col. 5. Bal. in l. generaliter, col. 1. C. de epis. & cler. Rom. consi. 42 num. 2. & consi. 115. num. 4 Glos. in 1. Clem. vnic. in verbo, non
5 obstan. de sequest. poss. & fruct. Vnde si tollãtur aliæ nullitates, ista minimè sublata erit censenda, nisi specifice dicatur, vt latè Couar. pract. quęst. c. 25. num. 4. Limitans ibidẽ,
6 tunc trium conformium executionem omnimode impediri ex hac nullitate, quando mandato omnino procurator caruit, sicut supradixi, cap. proximo de Iudice omnimoda iurisdictione carente. Et pariter, si procu-
7 rator reuocatus fuerit, dummodo ad eius notitiam reuocatio, & aduersarii deuenerit, Quæ notificatio necessaria est, & formiter facienda, siue ante, siue post contestatam litem, vt per Vant. de nullit. tit. de Null. ex def. inhab.

inhab. seu mand. nume. 61. ob id, si deinde agat, insanabiliter nullum iudicium reddit, vt dixit tex. in capitulo in nostra, de procur. & in dicta l. licet C. eod. tit. ac etiam nullam sententiam, capitulo ex insinuatione, de procur. & plus est mandatum reuocatum fuisse, quam ab initio non habuisse mandatum, Ratio vrget, quia isto secundo capite, egit contra voluntatem Domini sui principalis, capitulo ex parte Decani, vbi Glos. in verb. mandatum, de rescrip. neque dicta nullitas
8 refectis expensis tollitur, Staphyl. de lit. iust. in capitulo postremo, nu. 8. Sed quando sententia lata fuit cum procuratore afferto, nō
9 constito de mandato, si tamen post sententiam de illo constabit, sustinebitur sententia, Cresc. in deci. prima, num. 4. de sent. & re iud. Quod non credo verum, quando processerit protestatio, neminem audiri, nisi constito de legitimo mandato, adeo quod per ratificationē gesta conualidari nequeāt, & quod parte opponente de mandato, lata, sit. Immo, quod postea mandato exhibito, & probato, omnia gesta fuerint nulla, tenuit Rota Veneris 30. Maii 1597. corā D. Lita, in illa prætensarum mercium iuxta dicta, per Bal. in l. prima, in 2. sect. num. 3. ff. de procur. & cons. 122. num. 1. lib. 3. Alex. cons. 146. circa fi. vol. 5. Aym. cons. 118. etiam si post sententiam producatur, Guid. Pap. dec. 208. & Rota idem tenuit in illa Romana Secretariatus. 20. Nouembris 1592. coram D. Mellino, & in illa de Ardonibus coram eodem D. Mellino 10. Decembris 1594. Immo, si
10 tales afferti procuratores rescriptum impetrent, etiam in causa delegata principalis nomine, non sortitur suum effectum, nisi tacite vel expresse principalis, illud ratum habeat, vt bene per Bellam. dec. 583. licet vsus & decis. 584. & 556. circa med. Vant. de nullit. ex defect. iur. deleg. numero. 89. Ista au-
11 tem exceptio nullitatis mādati tam ex actoris, quam rei parte proueniens, retro gesta nulla reddens, quandocunque in iudicium deduci poterit, l. licet, C. de procur. cap. in nostra eod. tit. Alex. consilio 191. col. 1. vol. sexto, nam continet in se etiam citationis defectum, quia dum dicitur instante. Dicto Titio principali, vel eius procuratore, si ille non erit procurator, non potest ea nullitas euitari, vt bene per Staphyl. de lit. grat. col. 145. & Sarnen. in compend. vtri. Sig. fol. 185.
13 Ac tantum ius abhorret istos, vti procuratores iudicia gerentes, quod si tales se nō ostendant, ad expensarum refectionem teneri voluit, vt habetur in l. eum quem temere, ff. de iud. vbi Bar. & Doct. Milit. in suo reper. in verb procurator si nō docet, Alex. cons. 136. columna prima, vol. 6. Idemque de insufficienti mandato cēsendum erit, vt per Vant. de nullit. ex def. mand. nu. 74. allegantē Bal. & Doct. in d. l. licet. C. de proc. & Abb. in tex.
14 in capit. constitutus eod. titu. Procurator in actis apparens, vel constitutus, protestans, se citari debere, est omnino citandus, etiam quod alij habentes interesse, causam defendant, l. si suspecta, vbi Glos. & Doct. ff. de inof. testam. Bar. in l. sæpe num. 10. vbi Alex. num. 16. & alii, ff. de re iud Felin. in capitulo penult. num. 6. vers. limita, sexta de re iud.
15 Sententia, quæ ex actis non iustificatur, a nullitate defendi non potest, Felin. in capit. inter cęteras, num. 10. de re iud. Rot. decis. 5. vers. Immo Innoc. dicit, de lit. contest. in nou. Paris. cons. 45. numero 12. vol. quarto, Gemin. cons. 48. nume. 9. Metus illatus per viam Iustitiæ, non dicitur iustus metus, ad hoc, vt actus eius causa factus possit reuocari, Glos. fin. in l. qui in aliena in verb. non fieri, ff. de acq. hęred. & ita Rota tenuit coram Illustrissimo D. Cardinali Plato 20. Martij, 1589. in illa Rom. pecuniaria de Rufpolis,
17 Iudex, cui datus est adiunctus, solus procedendo, nulliter facit, nec procedere valet, quia isto modo nō est ei iurisdictio tributa, capitulo prudentiam, de offic. deleg. capit. cum plures, eodem tit. in 6. Bar. & Doct. in l. duo Iudices, ff. de re iud. maximè, si in initio causæ simul procedere cęperint, quo casu, etiam, quod ambo essent ordinarij, si vnus absque alio procederet, non valeret processus, essetque nullus, cum omnibus inde secutis, Glos. quam sequuntur Doct. in l. si vni in verb. proferre. ff. de re iud. Capic. decis. 27. numero tertio, Gram. cons. 182. num. 2. Rebuf. in com. tit. de reprod. test. art. 1. Glos. 1. nu. 22. & ob id, cum talis defectus sit in substantialib. non datur hoc casu Commissio, sanatoria, quia prænarratos defectus supple-
18 re Princeps, maximè cum tertii præiudicio, non intendit, nec debet, Clem. Pastoralis §. cęterum, de re iud. l. licet, C. de procur. Non
19 potest ex sua confessione tutor obligare pupillum, neque illi præiudicare, maxime camerali obligatione accedente, l. certum §. sed an ipsas, ff. de confes. l. non abstulit, C. de noua. Bar. in l. Lutius § tutelę. ff. de admin. tut. Alex. cons. 97. num. 3. vol. 7. vnde, quando postea ex illo actu pronunciatur contra minorem, potest appellatio suspensiua intrare, quia priuilegium obligationis Cameralis locum habet, quando obligans ad id mandatum speciali est suffultus, & ideo in
20 vna Firmana olei i Signatura iustitię, R. P. D.
Lam-

Lambertino nob. Bonon. proponente, vbi pupillus, Camerali astrictus obligatione a tutore, appellauit a mandato relaxato, rescripsere Domini mei causa discussa, cum clausula si quid exequendū appellationem committendo, DD. in l. secunda, ff. si cert. pet. Fede. de Sen. cons. 54. num. 4. Tiraq. de retract. conuent. 554. Glos. 6. numero duodecimo, Clem. prima, vbi DD. de seq. poss. & fruct. Cassad. decis. 10. num. 2. de rescript. Benedic. Barz. de exequ. instr. questione 26. nam talis exceptio, ex ipso met instr̃o oritur. Ratio est, quia quando exceptio oritur ex
21 ventre instrumenti, est eodem modo priuilegiata, quo actio ex eo proueniens, Bald. in l. ex prædiis in princ. ff. de euict. & in l. ex placito col. fi. vers. vltimo, C. de rer. permutat. Barz. loc. cit. nu. 56. vers. vigesimo sexto, quæro Galles. ad oblig. Cam. par. 2. q. prima, ad 4. par. num. 8. tunc retardat executionem, adeo quod appellationi dat locum. Sed limi
22 ta supradicta non procedere, quando est status contentiosus, vt puta lite precedente, vel iudicio, Bal. in l. certum §. sed an & ipsos numero 2. ff. de confess. & in l. non solum in princ. ff. de procur. Rol. cons. 70. nu. 5. & seq. vol. 1. Abb. in cap. fin. nume. 10. de confess. vbi Imol. num. 8. & 9. tuncque bene intrare asserẽtes, quando est voluntaria, quamuis multum præsentia consanguineorum, & coniunctorum, in similibus operetur, vt per Hip. de Mars. sin. 407. & late per Borgn. Ca-
23 ual. in tract. de tutor. nu. 111. & num. 112. & Mandatum morte expirat maxime in beneficialibus, quia collitigantis obligatio, ac ius extinguuntur, vna cum persona, Cassad. decis. sexta, numero 4. vt lit. pend. & decis. 2.
24 nu. 3. de appell. Quamuis lis non extinguatur per mortem rei, sed prosequatur contra interesse putantes, Cassad. d. decis. 6. Tuncq; gesta contra talem procuratorem erunt nul-
25 la, etiã per contradictas, quia post mortem mandatorij in beneficialibus non datur futurus aliquis legitimus hæres, eius personã repręsentantis, quod extenditur etiam ad resignantem Ecclesiam, vt per Van. in titu. de
26 null. ex def. mand. num. 170. & seq. Secus autem in prophanis, quia datur legitimus hę-
27 res. Iudex inhibitus etiam si partes eius iurisdictionem prorogauerint, nulliter procedit, quia post inhibitionem res non est integra, Rot. decis. 20 de appell. in nou. Franc. in cap. cum non solum 1. not. de app. Bero. cons. 114. numero sexto, volumine tertio,
28 Sententia, si quo ad vnum fuit nulla, quo ad alium sustineri potest, Felin. in cap. cum inter nu. 50. in 4. fall. vers. nec est nouum, de re iud. Caccial. in tract. de debit. suspect. q. 61
29 in fi. Conuenire partes possunt, vt priuatæ scripturæ stetur, quia approbasse tunc videntur scribentis personam, Bar. in l. de vnoquoque, ff. de legib. & consilio ducentesimo septuagesimoquinto, versic. ad primam, Alexandi in lege prima, §. si sub, numero tertio, vbi Seisel. columna secunda, versic. idem est dicendum, & Alciat. numero secundo, ff. de verborum obligatio. Alexandi consilio ducentesimo vigesimotertio, numero quarto, & sequen. volum. quarto, Iasõ in l. admonendi, numero quarto, ff. de iurb iur. Felin. in cap. 2. nu. 10. vbi Dec. nu. 10. de fid. instr. Corn. cons. 274. nu. 4. vol. 3. Ayor. de antiq. tẽp. par. 1. sect. incip. inst. de verb. nu. 27.
30 Mars. in rubr. de probat. nu. 217. Paris. cons. 78. num. 24. vol. 3. Plot. de communi in l. si quando nu. 74. C. vnde vi. Quare postea processus, & alia de nullitate impugnari non valebunt, Ratio est, quia habent partes in hoc & in suis rebus maiorẽ auctoritatẽ Statutis, Ias. in l. 1. §. fi. nu. 9. ff. de verb. obli. Grat. cons. 11. nu. 16. maxime quando conueniũt, quod stetur listæ particulari, quia ex ea datur arbitrium parti contradicenti, Bar. in l. fi. nu. 3. ff. de Prętor. stipul. Afflr. dec. 91. nu. 9. & seq. Dec. in cap. 2. num. 10. de fid. instr. stante pręcipue stipulatione, & iudicio Hip. in d. rubr.
31 nume. 288. Eo ipso, quod quis adit iudices laicos, pro impedienda litterarum apostolicarum executione siue consilium Regium, est excommunicatus, & rescripto Apostolico redditur indignis, capitulo quoniam de imm. Eccles. in sexto, vbi Franc. numero 3. asserens textum pręfatum tam laicos, quam Clericos comprehendere, & ibid. Gemin. Io. And. Archid. & communiter DD. de quo vide Couar. pract. qq. capit. vigesimoquinto, numero tertio, & seq. vbi multa excusando Regios ministros catholicos, qui nõ animo turbandi Ecclesiasticam iurisdictionem id faciunt, sed vt vim auferant, ac quando cognito de iniustitia exequutionis illum Iudicem compellunt, vt grauato appellationis remedium non deneget, neque recursum ad Sanctam sedem Apostolicam, pro tollendo grauamine prohibeat, & interim à grauamine inferendo cesset, Sed vtinam id solum facerent, non procedendo ad vlteriora contra Sacrorum Canonum dispositionem, ac in suarum animarum damnationem, aliquando rationem Deo reddituri, quando se Ecclesiasticę iurisdicti, ac libertati opponũt,

Ff contra

contra quos faciunt, dicta per eund. Couar. libro secundo, var. resol. capitulo vigesimo, per tot. ad omnes laicas, acquasuis alias potestates id extendi concludens, de quo satis sit dictum. Sententiæ tres latæ fuerunt, committitur, vt constito de tribus conformibus, exequatur, vltimam vero sententiam, & sic tertiam, in multis capitibus iudex reformauit, alias antecedentes duas, nullas, vel vnam declarauit, seu iura, in illa reseruauit, forsan in minori quantitate condemnando, & similibus, quæ accidere solent. Vnde stantibus præmissis, videtur dicendum, eas non esse conformes, quia sententię cōdemnantes in minori sum
32 ma, sunt ipso iure nullæ. Put. decis. 323. lib. primo, quam decisionem secuta fuit Rota coram Illustrissimo D. Cardinali Blanchetto in illa Latinensis frumenti, 9. Nouembris
33 1577. & 22. Iunii 1576. in qua domini tenuerunt, sententiam pro parte nullam, non posse confirmari, nec reformari, ex quo in sententijs minor summa non inest in maiori. Et quod tales sententię non dicantur conformes, tenuit, Bisign. decis. 29. num. 2. Grat. cons. 183. num. 2. Hier. Gabr. cons. 56. lib. 1.
34 Bursat. cons. 219. lib. secundo, Et sic cessat executio illarum ex dicto cap. Quando decernuntur vt fit quotidie, mandata executiuè, cum intimatione, & ea nō facta relaxantur, si fiat ipsorum vigore postea executio, intimatione nō facta, omnia ipso iure sunt nulla, Put. decis. 174. lib. 1. At si istius nullitatis postea commissio sanatoria porrigatur, stante nullitate ex defectu omissæ cōdictio-
35 nis per iudicem decretę, Mandati defectus adeo potens est, quod vsque ad mille annos opponi valet, tam ex actoris parte, quam rei, includens, vt dixi defectum citationis, vt per Vant. de nullit. ex def. mand. nu. 59. 60. & 61. cum seq. Subdens nume. 65. Vbi per eū gesta principali non præiudicare asserit.
36 Quando petitur cōmissio reiteratoria terminorum, etiam tentorum dilatione pendente, ad partes, non datur, nisi addita clausula, quod tantum tempus effluxit, in quo obseruari potuissent, quia dilatione pendente, supersederi debet. In commissione
37 reiteratoria terminorum, non committitur iudici, quod illos reiteret, sed quod admittat partem ad reiterandum, quia id concernit officium partis, & non iudicis, & cassantur verba, quando petit in commissione quod reiterentur termini non substantiales,
38 quia nō est necessarium: Commissio, quod termini tenti in possessorio, reiterētur in petitorio, non datur, sed bene è contra, quia petitorium habet possessorium in corpore: & datur reiteratio cum procuratore, qui non acceptauerat onus procurę, cum procurante, qui postea acceptauerat. Omissus fuerat terminus datus ad dicen. contra articulos, data fuit petita reiteratio, addita clausula, seruato prius dicto termino ad dicendum contra articulos, sed aduerte, in reiteratione terminorum, ne extendatur ad causam, in qua non fuerunt seruati.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas ex defectu citationis est insanabili.*
2 *Processus citatione deficiente, est inualidus & sententia.*
3 *Nullitas ex defectu citationis, quare insanabilis.*
4 *Citatio neque per statutum, neque aliam quamuis constitutionem tollitur.*
5 *Principis sententia absque citatione est nulla. Declara vt hic.*
6 *Citationem prol[illegible]ens, defensiones tollit.*
7 *Citatio est de iure diuino.*
8 *Citatio generalis & incerta, nulla est.*
9 *Citationis præposteratio nullum actum reddit.*
10 *Sententiandi prout in cedula praxis, reprobatur.*
11 *Citatio nulla, non inducit litis pendentiam, neque perpetuationem iurisdictionis.*
12 *Sententia lata sub citatione ad audiendum voluntatem, est nulla.*
13 *Citatio ad sententiam debet esse personalis.*
14 *Citatio domi executa, quomodo intelligitur, vt sit valida.*
15 *Verba domi solitę habitationis, quare apponantur in exequutione citationis.*
16 *Citatio domi solitæ habitationis, quando sit valida.*
17 *Commissio sanatoria nullitatis ex defectu citationis, quando detur.*
18 *Nullitas ex defectu citationis claris verbis exprimenda, & sananda est, & quando sanetur numero 19.*
20 *Nullitas ex deffectu citationis, ex clausula quatenus non ex tribus, non sanatur.*
21 *Clausula visa citatione ad sententiam, quæ in sententijs poni solet, facit illam præsumere.*
22 *Citatio ad sententiam, quando illam non annullet si omittatur.*
23 *Commissio sanatoria nullitatis ex defectu citationis ante sententiam libentius conceditur, & quomodo.*
24 *Clausula parte iterum legitima citata, quare apponatur in commissione.*

25 Clau-

CAP. III.

1 Tertius relatus inſanabilis defectus eſt ex citatione proueniens, quæ cum de iure diuino, ac pariter naturali ſit, adeo eſt neceſſaria ad geſtorum ſubſiſtentiam, quod ea ommiſſa, ipſo iure redditur quilibet actus nullus, l. de vnoquoq; ff. de re iud.
2 Clem. paſtoralis eod. tit. neque in conſequēs ea deficiente ſuſtinentur proceſſus, nec ſententia, vt per Innoc. in capi. præſenti, num. quarto, de reſcrip. & in cap. quærelam nu. 2. de procur. l. ſi cum a nullo ff. de re iud. l. cum bonus, ff. Iud. ſol. cap. vt debitus de app. Bal. in marg. ad Innoc. in verb. citatio prima, ea etenim de cauſa de iure naturali eſſe fertur, quia vera eſt ſpecies defenſionis nã, per eam incitatur, vt in ius vocatus iura ſua deducere & tueri valeat, ac animus iudicis ex partium, aſſertione melius inſtruatur, & apertius merita cauſę pandantur, Ideo non erit ommittenda, Bal. in l. cum fratrem num. 8. C. de his qui vt indigni. & in l. prima, col. 2. verſ. ſed hic quæritur, C. quo. & quan. Iud. Et adeo
4 efficax eſt talis nullitas, quod neque per Principem, vel Statutum, aut quamuis aliam cōſtitutionē tolli poteſt, neque decerni, quod abſque illa ſententia feratur, lo. de Ami. in capit. quoniam perniciosum, col. 1. de vſur. Soci. conſ. 266. a nume. 45. vſque ad num. 52. vol. 2. Bal. in l. prima, ff. de offic. deleg. Felin. cum concordantibus in capitu. ex parte, el 2. num. 10 de offic. deleg. Ancher. conſ. 211. a num. 2. ad fin. Franc. in capit. cum dilectus q. 52. limit. tertia, numero 138. de Appell.
5 Quod amplia locum habere, etiam in Principis ſententia, lata abſque citatione, vt eodem modo nulla ſit, late Caſſad. deciſ. 8. nu. 6. de reſcrip. cap. 1. vbi Abb. num. 4. de cauſ. poſ. & prop. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 66. verſ. limita quinto de conſ. Marſil. Sign. 75. citatio. Quod tamen ſecund. Abb. loco citato, intellige de poteſtate ordinaria, & iuridica, non de abſoluta, ſeu illius plenitudine, Viui. in lib. com. opin. in verbo ſententia non proferri, nu. 6. Soc. in Trac. citat. in 7. artic. princip. Ial. in l. nec quicquã, nu. 29. ff. de off. procōnſ. & leg. c. Deus omnipotenſ. 2. q. 1. Marſil. in d. l. de vnoquoq;, nu. 13. late Gabr. com. opp. in tit. de citat. concl. 5. nu. 5.
6 & ſeq. & n. 13. ratio vrget, Quia cū citatio ſit fundamentū iudicij qñ eam negat, in conſequēs defenſionē negare videtur, eo qa ignorans, nec cōparere, nec ſe tueri valet. Specul. in tit. de citat. in princ. Abb. & DD. in c. quoniã contra, in verb. citans de probat. Bar. in l. prolata, ff. de ſent. & interl. omn. Iudi. & in l. vt vim, ff. de Iuſt. & iur. Cle. paſtoralis, §. ceterū, de re iud. Alex. conſ. 5. nu. 2. vol. 2. Pariter ꝙ illa ſit de iure diuino, patet, ex Geneſ. c. 3. Vbi deus omnipotēs, cui oīa ſecreta clara, & manifeſta ſunt, q ſumma eſt Iuſtitia, noluit. Adam condēnare niſi vocatione pręcedēte,
7 quæ ſimilis citationi ꝓhibetur, Adã, Adam, Vbi es? ipſo tunc ad aurē poſt meridiē deãbulante, vt per Soc. in tract. citat. art. 2. Bar. in tract. ad reprim. in verbo & in figura iudicii nu. 20. Curt. Sen. conſ. 94. nu. 9. Noluit quoq; Deus Sodomę, vel Gomorę ſubuerſionē terminare, niſi prius de perſe eas inquireret, vt habet in tex. in c. Deus oīpotens, 2. q. 1, capit. quæro, 6. q. prima, capitulo ſummopere vndecima. q. 3 cap. henricus, de pęnit. diſt. 5. c. cum

cum ex literis de test. in integ. Quamuis talis citatione vel intimatio. Vti admodum generalis, vaga, & incerta, nullius momenti sit. Bar. in l. demonstratio, numero 12. ff. de cond. & dem. Bald. in l. hac cõsultissima, col. 2. vers. item verbi obscuritas, C. qui test. fac.
9 pos. & nisi citatio actum procedat, eius præposteratio illum reddit nullum, Fel. in capi. quoniam frequenter, nu. 4. vt lit. non cont. Bal. in l. non dubiũ §. opus C. de legib. Alex.
10 cons. 36. nu. 10. vol. 2. Ideo male iudices facere asserit, Vant. in tit. de nullit. ex def. proces. sanan. ord. iud. num. 32. quando antequã processus, & merita causæ cognoscant, seu discutiant, pronuntiant prout in cedula, nã ab isto actu se abstinere deberẽt, quia vt nu. 33. subdit præcipitanter procedunt. Vnde si Deus, cuius præcepta, & vestigia sequi tenemur, ita fecit, non ne eius moneri exemplo debemus ad non pronunciandum, seu partibus collitigantibus præiudicium inferendum absque citatione & causæ cognitionę?
11 Data igitur citationis nullitate, vltra quod (vt dixi) nullum iudicium, & processum reddit, litis pendentiam non tollit, neque perpetuationem iurisdictionis inducit, neque pręscriptionem interrumpit. Deci. cons. 461. nu. 28. Archid. in cap. non, ita in princ. 2. q. 6. Castr. in l. 1. § 1. ff. de fer. Glos. 2. in cap. vt debitor de
12 Appel. Vant. de nullit. ex defec. citat. nu. 24. Veral. decis. 182. num. 3. parte tertia, Immo, si pars citetur ad audiendam voluntatem, & sententia feratur sub illa citatione, nulla erit, vt late Vant. loco citato, num. 13. Canon. in capitulo in nomine domini de test. vt dixi in meo trac. de sent. specieb. earũ diff. & quom. cogn. capitu. 51. Pariter quando in iudicio comparitum fuerit protestando, quod comparens citari vult, si citatio, aut omissa, aut legitime executa non fuerit, remanebit sen-
13 tentia nulla, & si aliquis, ad sententiam citandus sit, loquendo de diffinitiua, nisi pręcesserit prima citatio similis, personaliter citandus erit, Abbas in cap. causam, nu. 6. de dol.
14 & cont. Deci. cons. 461. nu. 25. At si agatur de citatione domi facta, debet de illa domo intelligi, vbi executę citationis tempore habitabat citandus, Rom. cons. 454. num. 7. & 8. Card. cons. 113. nu. 3. & 4. Corn. cons. 52. nu. 7. volu. 4. & ideo ponuntur in citationis rela-
15 tione verba, feci domi solitæ habitationis, Veral. late in d. dec. 113. parte prima, subdẽs nume. 3. Quod ea citatio domi fieri nequit,
16 quando scitur citandum esse extra ciuitatẽ, secus si esset vagabundus, nam tunc sat esset citatio modo relato facta, Bar. in l. 4. §. ait prętor, ff. de dam. infe. Veral. deci. 111. per tot. &
17 deci. 117. numero tertio, parte tertia, Itaque si porrigatur commissio sanatoria nullitatis defectu citationis, si alias executa fuerit, sed nulliter, aut illegitime, solet sanatio concedi, addita tamen clausula, dummodo ad citati notitiam deuenerit, tuncque clausulæ conditionali prænarratę satisfactum erit, si de citationis notitia plene probatum fuerit. Vestr. in sua Prax. lib. 3. cap. 1. num. 6. Clem. causam, in fin. de elect. Rom. cons. 300. Rot. dec. 11. de dol. & cont. in nou. Et quãdo per com-
18 missionem ea sanatur nullitas, quod fieri potest clare, & explicitis verbis, de ipsa facienda est mentio, tuncq; explicite omnibus expressis obstaculis cẽsetur sublata, vt latè Cęsar de Gras. decis. 4. num. 1. & seq. de rescrip.
19 Bellam. deci. 333. At si dicatur in commissione præfata, nullitate citationis non obstãte, & ad vlteriora index procedat, nihilominus sanata censenda erit, vt ibi Cæs. de Gras. nu. 1. & 7. & decis. 159. & decis. 189. parte prima, diuers. solet pariter ante latam sententiam, talis sanari nullitas, cum clausula, parte iterum legitime citata, secus post sententiam summarie latam, quia tunc est insanabilis, c. 1. cum ibi notata per DD. & maxime Abb. de caus. pos. & prop. & ita dicendum erit de nullitate ex defectu iurisdictionis, quæ sanatur ante sententiam, dando denuo iurisdictionem, ne reddatur iudiciũ nullum, quamuis tunc denuo veniat causa instruenda arg. Glos. & quod ibi Bar. notat in l. mutari, ff. de procu. Sin vero in causæ initio, careret iudex iurisdictione, eaque pendente eam sit adeptus, eo casu non potest allegari nullitas, quia tunc non nocet, & acta tenent, sed a tempore adeptæ iurisdictionis, & non ante,
20 glos. in l. vnica, vbi DD. C. qui pro sua iurisd. Alia vero q̃stio oriri poterit; Cõceditur per S. D. N. commissio sanatoria nullitatis defectu citationis, in corpore commissionis nullitate expressa explicitis, & claris verbis, deinde rescribendo additur clausula restrictiua, dummodo non ex tribus, ideo dubitandum videtur, an stante tali clausula, censeatur nullitas narrata, quę ex tribus est, sanata, & Rota tenuit quod non, eo quia si versamur in iure quæsito tollendo tali nullitati non derogatur per verba implicita, sed (vt dixi) specialiter derogatio requiritur, de
21 quo late Cęsar. de Gras. dicta decisio. 4. numero tertio, de rescript. Incidenter autem in hoc negotio dicere non ommittam, quod si in sententia adsit verbum visa citatione ad sententiã pro hac die, & hora, vt ordinarie in oĩbus sententijs poni solet, pręsumit citatio facta, & pro sententia, adeo quod

contrarium allegans, probare tenetur, vt dixit Ias. in l. 4 §. condemnatum nume. sexto. vbi Bart. & DD. ff. de Iudic. Ratio est, quia notarius, qui fideliter iuratus fuit suum officium exercere, de citatione executa in sententia mentionem non faceret, nisi eam in actis haberet, neque iudex in sententia scribi pateretur, nisi & lecta foret, vt ibi Ias. nu.
22 7. & 52. Quamuis aliquando non requiratur citatio ad sententiam de iure, & nihilominus valida sententia reputatur, prout de hoc est casus expressus, in cap. fin. de dol. & cont. in 6. Aliquando porrecta commissio-
23 ne ante sententiã sanari præfata nullitas petitur, per Signaturã gratiæ, & conceditur sæpe, dummodo adsit aliqua causa rationabilis, addita tamen clausula, parte iterum legitime citata: & ideo ponitur verbum legiti
24 me citata, Quia quando actus propter personę habilitatem est nullus, licet cesset, seu remoueatur inhabilitas, nõ ꝑpter hoc actus cõualescit, sed vt denuo reiteretur, opus est, Vant. in trac. nullit. qual. sent. conualesc. pos. num. 88. Dec. cons. 66. in fin. cap. si eo tẽpore
25 de rescript. in 6. At alia interdum subnectit clausula refectis expensis, & quamuis tunc in dicta concessione sanetur defectus processus, non tamen tollitur citationis, quia (vt dixi) insanabilis est, etiam refectis expensis. Quod declara procedere, quando citatio fuerit executa, adeo quod non in totum dicatur omissa, vt exempli gratia, non seruata forma illius, vel se illegitime, qa tũc (vt dixi) sanatur nullitas, aut clausula apponit, dũmodo citatio ad citati notitiam deuenerit, deci. 11. de dol. & cont. in nou. clem. causam in fin. de elect. Staph. de lit. iust. in cap. postremo, num. 2. Gomes. in compen. vtriusq. sign. in verbo postremo, quo ad hanc, Rom. cons. 360. nume. 4. & nu. 410. num. 2. Quod ratione comprobatur, quia si citationem sciuit contumax reputauit, patet in casu cap. cum dilecti de dol. & cont. ob id contra ita citatum poterit procedi, etiam ad excommunicationem per contradictas, vel edictum vt di
27 cam. Sed quando in totum fuerit citatio omissa, tunc, & defectus redditur insanabilis, & porrectã commissionem sanatoriã cõcedere nõ vidi per triginta tres annos, qui bus continue in vtraque Signatura, licet minimorũ minimus inseruiui, nec concessam unquam fuisse a Dominis Collegis conuocantibus meis maioribus, & antiquioribus, semper ex corde colendis, & obseruandis audiui, vt habet ẽt in Cle. pastoralis §. cęterũ, & ibi Card. in 3. not. de re iud. Et adeo insana
28 bilis talis defectus est, ꝙ nec ẽt per clausulã efficacissimã, supplentes oẽs, & singulos iuris, & facti defectus solitã ĩ rescriptis Papę apponi sanatur, sed bene dicta verba sanatoria defectus iuris positiui sunt, vt puta omissionis solemnitatũ a iure requisitarũ, Secus aũt defectũ citationis de iure naturę, & diuino, vt ꝑ Gomes. loco cit ꝙ amplia etiã procedere in sanatione aliarũ dictarũ nullitatum, nempe iurisdictionis, & mandati, nã relatę
30 hę nullitates sunt insanabiles ad instar Podagrę, Rabiei, & lepræ, Vnde vulgatũ est illud carmen. Nescit nodosam soluere medicinà podragã, & inibi Gomes. vers. iste igĩt tres. Su
31 pradictę autẽ tres nullitates nunquã sanãtur per Signaturã iustitię, qa cõcernũt gratiã, & brachiũ supremũ, quod cessat in illo sacro tribunali, vbi stricte iustitia dictãte rescribitur. Defectus vero citationis non legitimè exe-
32 cute, sanatur: exemplificari potest, qñ sumus in causa cõmissaria, nẽpe pendente corã Vicario vrbis, & executa fuit citatio, seu citationes per mãdatariũ dicti tribunalis, qui in causis cõmissarijs citare non possunt, sed munus eas exequendi priuatiue, quo ad alios, est cursorũ virtute motus proprii, & priuilegiorũ
33 ipsis concessorũ, de quibus meminit Verall. dec. 159. nu. 2. par. 1. ꝙ ẽt intellige, procedere in ceteris Ro. Cur. tribunalibus, & ideo portant cursores baculũ, seu virgã, quia eis cre-
34 ditur in actu sui officii, Spec. de citat. §. sequitur n. 5. vers. dicunt quidã simpliciter, Ideo,
35 vel qñ in Curia capitolina, in qua sic statuto vrbis dictante ad sententiã, & Procurator, & principalis citandi sunt, alias est sentẽtia nulla, quando citatur vnus ipsorũ alio omisso, nihilominus solet sanari talis nullitas, qa nõ in totũ citatio defecit vt in cęteris similibus,
36 & ita vt plurimũ vidi seruari. Pręfigat statutũ certũ tẽpus dicendi de nullitate, sub quo ẽt illa ex eisdẽ actis resultans cõtinetur, i citationis defectus, Frãc. in c. dilecto. q. 5. de app. Alex. cons. 225. nu. 7. & seq. vol. 6. Soci. cons.
37 121. nu. 2. vol. 3. Achil. dec. 15. ꝑ tot. de cõstit. Sed lata reperitur snia iniusta, & cõmissis talis nullitas ex capite iniustitiæ, Sanatoria porrigitur, puta, qa iudex causæ cognitionẽ non adhibuit, ꝙ, & naturali, & diuino iure, ante sniam facere tenetur, Fel. in c. Ecclesię Sanctę Marię nu. 26. de con. Bal. in rep. l. 2. vers. sed qd. de constitutione Episcopali ff. de iur. iur. Abb. in c. 1. num. 5. de caus. pos. & propr. Quo casu deficiente principali fundamẽto, vt probationis, aut si aderit nullitas ex supra dictis tribus, seu similis, neq; cõmissionẽ meritus, neq; Papæ gratia est digna, qa indigna existẽte petitione, denegat, vt dixit iurecõs. in l. hac consultissima, ibi aut nescis quid me consu-

cõsulis, aut iniusta est cõsultatio sua, ff. de mi
38 lit. test. Tunc vero per Signaturam tales sententię confirmari solent, quando laudabiliter, iuste, ac iure medio latę fuerint, & isto casu, si aliquę nullitates forsan adsint, tolluntur Abb. in capitu. ea quæ, numero quarto, & quinto, de re iud. Loquendo ordinariè de potestate Principis, quę a iure regulatur, & iuris æquitate media conceditur, secus vero de plenitudine potestatis, quia potest sententiam, quantumcumque iniustam, ac iudiciario ordine omisso latã, confirmare, quod secundum Abb. ibi, nu-
39 mero nono, intellige, de dependentibus a mera liberalitate, & potestate Papæ, puta in beneficialibus, vel alterius Principis (vt dixi) in supplendo defectus ordinis positiui, at si naturalis iustitia deficiat, nec debet, nec potest Princeps talem sententiam confirmare, seu defectus supplere, capitulo pastoralis de re iud. Abb. in dicto capitulo ea, quę num. 9. Vt etiam, si iudex ceperit ab executione, non a sententia, nam nimis properas Marcelle, &c. l. 1. C. de exeq. rei iud. & in
40 l. si cum nulla, ff. de re iud. Quare isto casu pariter nullitatis sanatio deneganda erit. Sanatur præterea defectus citationis, quando ille, qui nulliter citatus fuit comparuit, Veral. decis. 162. numero quarto, parte secunda, ac pariter, si ad Curiam procuratorem transmiserit, Bellam. decis. 59. & decis. 539. Sarn. in Proh. compen. vtr. Sign. versic. po-
41 stremo. Quo ad hanc Signaturam: Minus nullitas proueniens defectu probationis, si nullitas simpliciter sanetur sublata erit, sicque de ea commissione specialis requiritur mentio, cum appositione clausulæ, etiam quo ad probationes. Nam tunc subnectitur alia clausula, quatenus ritè, & rectè factæ sint, saluis exceptionibus, & vt clarius res innotescat, hoc exẽplum subnectamus,
42 De commissione sanatoria examinis testiũ nulliter examinatorũ, qui isto casu p non examinatis habentur, Abb. in capitulo significasti, numero 21. de testibus Sarn. in cõp. vtriusque Sign. num. 24. Et quando reperiuntur examinati super interrogatorijs, & articulis, sed deficit aliqua alia sollemnitas iudicialis, puta loci, temporis, vel a persona non deputata, seu a notario, tunc, quia pars producendo interrogatoria, de tali examine notitiam habuisse videtur, ac suam fecisse diligentiam, & solum aliquis ex prænarratis defectibus sanari petitur, petitioni, æ-
43 quitati consonæ annuendum erit. Licet quando dant interrogatoria præuia protestatione defectus iurisdictionis non inducatur approbatio examinis, Host. in capitulo præsenti, numero vndecimo, & col. fin. versi. Secus si mandat examinari, de testib. Bellam. decis. 4. Felin. in cap. olim, el primo, nomero decimo, in fi. de offic. deleg. Similiter, si contingat in commissione peti, quod testes vigore remissoriæ, examinati extra locum, vel quando petitur nouus terminus, aut quod illis extra terminum examinatis, fides detur, solet interdum concedi, sed cum clausula arbitrio Rotæ. At si formetur secunda pars, supplicando, iudici demandari, quod nouam det remissoriam, solet pariter rescribi. Placet de secunda parte arbitrio Rotæ ac iudicis, sed interim copia parti tradenda non venit, vt occasio mali-
44 gnandi euitetur, Felin. in cap. per tuas, numero tertio, de testibus: Rota vero non habet auctoritatem examinãdi testes, neque iurisdictionem in partibus, nisi ei tribuatur sec. Franc. in cap. vt debitus, numero 47. de
45 appellat. Vnde testes nulliter examinati, pro non examinatis habentur Abb. in capi-
46 tulo significasti, num. 21. de testibus. Sed (vt dixi) ceu semper in Rota, ac eius arbitrio solet talis sanatio concedi. Ant. Aug. decis. 730. Put. decis. 301. parte tertia, Ve-
47 ral. 383. parte prima. At quando petitur sanatio examinis testium, facti coram arbitris, qui non probant coram iudice ordinario, licet fuerint examinati seruatis seruandis, quamuis si iudex ordinarius procedat p acta facta coram arbitris, si vult, attestationes coram eis factas ratas habere possit: sin secus, quatenus testes viuant repetendi veniunt, l. fin. C. de testibus, l. penult. C. de arbit. Innoc. in capitulo præsentata nobis, numero tertio, de test. Pariter dari solet commissio, quod fides adhibeatur, addita clau-
48 sula saluis exceptionibus: Nam sanatur, quo ad ordinem iudiciarium omissum nullitas, sed non quo ad præfatum ius parti q̃situm, ex facto collitigantis petentis, vel ex iuris dispositione, Franc Aret. consilio 85. numero decimo vti pariter veniret concedenda commissio Sanatoria nullitatis exa-
49 minis testium, Si examinentur vigore remissoriæ die feriata concessæ. licet non fuerit in commissione litis mẽtio facta, Cresc. decisione prima, numero secundo, & tertio, de fer. Et dum dixi concedi posse sana-
50 toriam, Si testes examinẽtur extra locum, & terminum præfixum, id intellige procedere, etiam si pars protestata fuerit de nullitate, quod declara verum, quando interuenerunt interrogatoria, ex quibus tacitus cõsensus inducitur. Quamuis eo casu addi

soleat

soleat in cõmissione clausula, arbitrio Rotæ, vel iudicis, Put. decis. 301. libro tertio, per totum, & ita alias Rota tenuit coram Illustrissimo D. Cardinali Blanchetto, 6. Februarij 1576. in vna Spoletana Sanctæ Crucis, secus vero quando sunt examinati nulliter, puta absque interrogatorijs, vel partis citatione, quia cum talis nullitas proueniat ex ordinatorijs iudicij, non debet dari commissio, quia opus est, vt denuo citata parte, testes examinentur. Et quamuis, Princeps
51 tollat, & mutet (vt dixi) ea, quæ iuris ciuilis sunt, dummodo non per legem naturalem generalem, semper intelligitur præseruare, & nolle tollere, seu mutare per priuatum actum ad instantiam priuati petentis, ea quæ in alicuius fauorem sunt, sed id præseruare, & tertij præiudicium, cui non intendit sine causa præiudicare, nam eius legibus subijcitur Pontifex, non autem contractibus, ideo leges mutant contractũ, vt videmus in Bulla Sanctissimæ Mem. Pij V. de censibus creandis, sed non contractus ipsos iam a partibus initos constitutos, vt in simili etiam tollit Princeps præscriptionem, sed non mihi rem ex præscriptione quæsitam, vt latè per Sarmien. select. sent. cap. 8. numero decimoquinto, libro primo, & nu
52 mero 19. & 20. & sequ. At diebus elapsis, me proponente in Signatura iustitiæ, vna Asculana hæreditatis, in qua ad fisci, seu illi inhærentis instantiam, pro suo ciuili interesse ijdem testes per quatuor vices fuerũt examinati, & licet in quarta vice, semper cum articulis, & interrogatorijs, tamen nulliter, eo quia pars ad videndum illos iurare, citata non fuit, & causa coram Domino Locumtenente criminali, Aud. Cameræ tunc tractabatur. Iamque partibus instantibus, dicta testium publicata fuerant, seruatis seruandis, ac datę copiæ testificataque didicita, Fiscus, & inhærentes tali detecta nullitate illos denuo coram Iudice examinari instabant; iudex auditis partibus, tandem illos examinari decreuit, & ad partes eorum depositiones poni: appellantibus aduersarijs a tali decreto, commissioneque porrecta hinc inde partibus informantibus, sub colore, quod illud decretum interloquutorium erat adeo præiudiciale, quod non poterat reparari nisi per diffinitiuam, & asserẽdo, quod põst didicita testificata non erant amplius examinandi, vel repetendi, ideo in commissione petebatur causam ab Auditoris Cameræ Locumtenente auocari, ac alteri committi, quia iam grauauerat illos mandando repeti, super eadem re, post publicationem iure prohibente, pro qua parte allegabatur, Specul. de test. in § satis vtiliter, numero nono, clem. 2. & cap. fraternitatis, vbi glo. & Doct. eodem titulo, Gab. in lib. com. opin. tit. de test. conclus. 21. in
53 princip. Præterea dicebant, quòd si in testium examine prouenit nullitas ex partiũ defectu, tunc testes, iam examinati, licet nulliter, propter subornationis metum, non veniebant amplius repetendi, secus autem si iudicis culpa, vt per Felin. in dicto cap. fraternitatis, numero quinto, per regulam, qđ
54 qui nullitati causam præbet, contra eam excipere non valet, l. 1. § si omnes, in princ. ff. de vent. inspi. Rol. a Val. in hoc videndus cõsil. 52. num. 12. volumine quarto. Et licet pro parte cõtra commissionem plures adducerentur fallentiæ, de quib. per Marian. Soc. in dicto capitulo fraternitatis, sub numero 146. & sequ. Eo quia versabamur in causa criminali, in qua id facere licebat, ad doctrinam Bart. in l. 1. §. fin. numero quarto, ff. de quæst. & Abb. in dicto capitulo fraternitatis, numero quarto, fallen. 15. & Soc. eod. cap. 4. Gabr. dicto consilio 21. & alijs quam pluribus iuribus, & rationibus, hinc inde per Dominos informantes adductis, Tamen RR. PP. DD. mei Cõuotantes pro appellatione inclinabãt, stante grauamine a D. Iudice post publicationem, copiam datam, didicita testificata, & cõclusum in causa, admittendo articulos, ac denuo testes repeti mãdando, sed benignius procedendo, eidem Domino Aud. Cam. Locumtenenti rescriptum fuit, & iniunctum, vt adiunctum de partium consensum illi daret deputaretve, qui cũ ipso in causa procederet, cum facultate reponendi oratorem a præfato decreto admissionis articulorum, & sic, expediui cõmissionem, & ad hunc, & propositum vide multa latè congesta per Ioan. Crot. in tract. de testib. numero 267. versic. Quartò fallit. Sanatio autem examinis te-
55 stium ex defectu iurisdictionis non datur, Gomes. in comp. vtr. Sign. nu. 74. Staphyl. de lit. iust. in cap. in primis, nu. 33. maximè si examinentur lite pendente, & post Rotæ inhibitionem, Franc. in capitulo cordi, numero 14. & 39. de appellat. Natt. cons. 569. numero quarto, libro tertio, Rot. decis. 22. de restit. spol. in antiq. Capel. Tholos. decisio 460. Lancell. de attent. parte tertia, cap. 31. num. 43. quamuis Rota coram D. Penia in vna Veneta fœderis matrimonij, Lunę 7. Iunij 1598. dixerit illo casu testes omissa citatione examinatos nõ fuisse nulliter, quia pars aduersa fuit præsens, qñ Parochus, qui con-

coniuges coniunxerat, in testem receptus iurauit, & cum interrogatoriis examinatus fuit, nam illo casu partis præsentia, omnẽ citationis defectum purgauit, Boer. decis. 235. numero tertio, Archidiac. in capitulo propositum, numero quarto, dist. 82. Abb. in cap. bone, el primo, num. 17. de electio. præcipuè, quia contra dicta, & personas eadem pars aduersa sibi exceptiones præseruauerat, & sic examen præfatum approbauit, etiam quo ad cæteros testes, cõtra quos pariter sibi exceptiones reseruauerat, contra personas, & dicta, quæ reseruatio indicabat in reliquis receptioni testium consensum, l. cum prætor, ff. de iud. vt in dicta decis. & idem Rota prius tenuerat de mense Ianuarij 1590. coram Domino Orano, & in alia Toletana decimarum de sale coram eodem D. Penia 16. Ianuarij eiusdem anni, & coram D. Pamphilio in vna Calaguritana olariorum 20. Martij 1590. Et tandem coram D. Orano, in vna Cataniensi illegiti-
56 mitatis 29. Maij 1598. Terminorũ male tentorũ, seu restauratorũ petita sanatio, in cõmissione concedi solet extra Rotam, quia in Rota non est cõmissione opus, nã ibi possunt sanari vigore Innocentianæ constitutionis, Cassad. decis. 9. num. 7. de caus. poss. & propr. Veral. decis. 250. num. 2. parte tertia, dummodo non adsit defectus ex supradictis tribus, ac reuolutione cartarum, qui nõ sanantur, videlicet citationis, iurisdictionis mandati, vel notoriæ iniustitiæ, nisi de nullitate fiat specialis mentio, vt dixi.
57 At si omnes termini substantiales, vel saltẽ illi quatuor, qui de substantia sunt, fuerunt omissi seruare, Vestr. lib 5. cap. 3 in princ. & Vant. lat. de nullit. ex defect. process. & sequent. sententia omnino reddetur nulla, & non sanatur Cassad. decis. 8. de rescipt. Sed si extra Romanam Curiam, dicti termini non seruantur ita exacte, sicut in ea, tunc dixerunt Domini de Rota, quod talis sententia lata extra Curiam non sit nulla, Ve-
58 ral. decis. 249. parte tertia. At quando huiusmodi commissio sanatoria concedi contingat, aduersario petente, & instante, additur in ea clausula, refectis expensis: ac pa-
59 riter addi solet in commissione dicta clausula, quando in illius expeditione, pars non fuerit ex aduerso citata, sed si citata, non petierit dictã clausulam, multoties eius appositio omittitur, quia nihil petenti, nihil impartitur, Vestr. vbi supra, libro 7. capitulo primo, numero quinto, sexto, & seq. Et
60 quid talis clausula condictionalis importet, & qualiter intelligatur, vide omnino Paris. cons. 108. num. 15. volumine quarto.
61 Verum est etiam, dum dicebã, quod ideo ista commissio reiterationis terminorum non datur in Rota, stante auctoritate ex Innocentiana Dom. Auditoribus concessa, tamen collitigantes ea multoties non contenti, instant pro tali commissione, quam in aliquibus casibus, etiam in Bulla Innocentiana contẽtis necessario fore asserit, Vestr. ibidem, libro quinto, capitulo 13. numero
62 primo, versic. narratis. Datur aliquando, conceditur ex gratia S.D.N. cõmissio eius & manu signata, vt vnico cõtextu, & audiẽtia, omnes termini substantiales, præpostera ti, inculcati, seu defectiui, vel alias nulliter seruati, reiterentur, & ad causæ expeditionem deinde procedatur, vt Vestr. loco citato, quamuis in Rota etiam permissu dictæ Innocentianæ, tales termini substantiales, vnico cõtextu, & audientiã reiterentur, & sanentur, quamuis nulliter, & male ser-
63 uati fuerint. Et ideo apponuntur in commissione illa verba nulliter, vel male seruatos, ad sanandum terminos per procuratorem assertum, de cuius mandato non constet, vel contra assertum procuratorem rei, dummodo in reiteratione, sint validæ per procuratores, vel principales citati, & in multis aliis casibus, qui contingere possunt, quamuis in hoc debeat iudex, seu D. Aud. vt semper faciũt, esse cautus, in videndo qd agentes, an personæ sint legitimæ, vt bene per Cassad. decis. 8. numero decimo, de rescript. Et an quando alieno nomine commissiones, quæ a non habente mandatum
64 de generali Curiæ consuetudine impetrari possunt, quæ sunt distributiones solum, & tunc suum debitum sortiũtur effectum, quando principalis eas tacitè, vel expressè ratas habeat, vt per Bellam. decisio. 683. & decisio. 556. Et lat. Vant. de nullita. & defect. iurisdict. de leg. num. 88 & 89. cum
65 add. Datur autem talis terminorum sanatoria commissio, quando dubitatur de processu, seu ordine iudicij, sed non si petatur sanatio ex defectu probationũ, vel alijs defectibus merita causæ concernentib. Vestr. libro septimo, capitulo primo, num. quin-
66 to, & sexto. Et quamuis ad id faciendum vigore dictæ Innocentianæ sit Rotæ facultas attributa, attamen procedit, quando vti Auditori, & in Rota est ei causa demandata, sed si extra Rotam, & absque Rotæ participatione, ac vti Prælato, non extenditur ad id præfata Innocentiana constitutio, & eo casu, certe opus erit commissione, sicut cæteri indigent sanatoria, vt ibidem

Vestr.

Vestr. libro quinto, capitulo 13. num. quinto, versic. In Bulla. Termini autem substantiales sunt ad ponendum, articulandum, producendū omnia, & ad sententiam, sec. Bellam. decis. 27. Sed sec. decis. 8. Cassad. de rescript. num. 6. Substantiales quoque sunt quatuor ad articulandum, dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, quorū si vnus omitatur, sententia redditur nulla, ac etiā quando citari ad sententiam pars omittitur vt ibi Cassad. Alij autem termini non sunt substantiales. Et ita semper audiuisse testatur Bellam. d. decis. 27. quo ad hoc, vt si omittantur, non reddatur processus nullus ipso iure, sed operatur, ꝙ si dum omittuntur appelletur, fiat legitima appellatio,

68 vt ibi Bellam. Vnum autem dicere in hoc non omittam, quod si lite pendente in Curia moriatur actor, possunt contra illos, quorū interest seruari termini per contradictas in causa principali. Sed id procedit, petēte possessore sui tituli canonizationem: secus si ab impetitione rectoris absolui curet, & pronunciari illum ius non habere, cū silentij impositione: quia eo ipso, quod aliquis moritur, non habet amplius in causa beneficiali ius, cū mors omnia soluat, extinguatve litem, personā, & ius, viam præcludat, & imponat silentium. Secus vero, quo ad quæstionem fructuum, & expensarum, quæ concernunt hæredes, ac successores, vt per Bellam. decisio. 75. & decis. 95.

69 Alias deputatus fuit tutor, qui (vt de iure tenebatur) non confecto inuentario, ad lites pupilli procuratorem, seu actorem constituit: vnde post omnia ab ipso gesta fuerunt nulla, tamen alias sanatoria gestorum, ita nulliter, porrecta commissio in Signatura Sanctissimi, fuit denegata: ea potissimum ratione, quia tutor ante inuentarij cōfectionem non valens administrare, carens iurisdictione, defectus ex ea proueniēs, erat insanabilis, l. 1. §. fi. vbi Bar. C. arbit. tut. Ang. in l. tutores, C. de administr. tut. Bart. in l. 1. §. itē solent, col. 9. versic. Circa hoc quæro, ff. de offic. Præf. Vrb. & in l. tutor, qui repertus, ff. de administr. tut. Corn. consilio 238. volum. 4. Quare deficiente, auctoritate, & iurisdictione tutoris, per consequens, nec agens, nec procurator erat, immo defectus mandati insanabilis: Iccirco denegata fuit petita commissio. Eritq; simile dicendum, si petatur sanatio gestorum per dictū

70 procuratorem ita constitutum: Porrecta insuper fuit commissio Sanatoria nullitatis censurarum latarum, eo quia iudex incompetens alias illas fulminauit, quæ non tenēt vt per Doct. in cap. P. & G. de offic. deleg. & in cap. sacro de sent. excom. Galles. ad oblig. in form. Cam. prima parte, cap. 3. ad tertiam partem, fol. mihi 53. numero 13. Causaq; multum in Signatura discussa, cōcessa fuit commissio, addita clausula, sine præiudicio legitimæ exequutionis, quatenus orator infra octo dies non docuerit cōstare de iurisdictionis defectu ex eisdem actis, absque tamen probationibus extrinsece faciendis. Isto etenim casu, si exceptio-

71 nes requirentes altiorem indaginem, afferuntur, non sunt audiendæ ex relatis, stante summaria cognitione, Bald. in l. si se non obtulit, §. condemnatum, numero tertio, ff. de re iud. Et quamuis tales exceptiones admittantur, non ob id retardatur processus exequutiuus, quando exceptio probanda venit extrinsecè ab instrumento, vel actis, vt ibidem Galles. parte prima, ad septimam partic. cap. 1. nu. 17. fol. mihi 63. Bart. in extrau. ad reprim. in verbo summariè, num. 30. cap. sciscitata, de integr. restit. Old. consilio 106. Abb. consilio 85 volum. 2. Secus aūt (vt dixi), si ex eisdem actis appareret, vt ibi Bar. Talis vero exceptio non deduci-

72 tur per viam actionis, sed per viam exceptionis, quæ incontinenti debet probari, vt fuit alias resolutum in Rota per decis. 3. de except. in nou. Ratio nempè quare præfatum remedium non possit intētari per viā actionis, patet: quia dum ipsius comparentis persona inhabilis, & incapax est, nō venit audiendus, cap. Pia de except. in sexto: Ideo

73 si venit ad causam, vti actor, & fuerit excōmunicatus, non poterit de nullitate dicere Butr. Imol. & Abb. in capitulo significauerunt, vbi Felin. & in cap. fin. in tertia fallentia de except. Ancher. consilio 339. incip. ad dubia, Vant. de nullit. quis. pos. dic de nullit. numero 29. & 30. asserens non solū locum habere in excommunicato, sed in quocumque alio inhabili, & incapaci sistēdi in iuditio, vt puta seruo, religioso, bannito, minori, filio familias, & alijs, qui sine cōsensu in iudicio sistere non valent, & ob id, vti incapaces iuditij, poterunt ab huiusmodi obiectu, & exceptione repelli, vt ibidē Vant. numero 31. Quod etiam amplia, qn̄ excommunicatus monitorium impetrauerit, & in exequutione ipsius fuerit opposita exceptio excommunicationis, quia non poterit exequi: sed eius exequutio suspenditur, donec fuerit absolutus, decis. Cap. Tholos. 137. Innoc. in cap. exceptione, per tot. de except. neque potest procuratorem ad

iudicia cõstituere si actor fuerit, secus verò
74 si reus, cap. intelleximus, de iudic. At quan
do actor, solum restringitur, vt procurato-
rem constituere valeat in causis, in quibus a
iure sibi indulgetur, vt in iudicio compare-
re, vel esse possit, Innoc. in cap. consuluit, nu
mero primo, secundo, & quarto, de procu
rat. Decis. Cap. Tholos. 4. Nam, aut iste ve-
nit ad se principaliter defendendum, & in
iudicio sistere valet. Aut per viam actionis,
& prouocando tale monitorium impetrat,
& eo casu vti inhabilis, ex dicta exceptione
repellitur, Innoc. in capitulo pastoralis, nu-
mero quarto, de appell. Vbi ita excommu-
nicatum in causa appellationis, perinde, ac
si excommunicatus non foret, audiendum
fore asseritur, per tex. in capit, significaue-
runt, de except. quod vlterius non prose-
75 quor. Iudex, qui celeriter causam expedi-
uit, absque eo, quod pars illum edocere va-
leat, neque de meritis se met instruere, sic
præcipitanter procedendo, nulliter facit, So
cin. iun. consilio 48. num. 55. & seq. vol. 5.
Paris. cons. 12. num. 16. volum. 2. March. de-
cis. 148. in fin. Rol. a Val. cons. 33. nu. 10. & se
quent. volumine primo, Beint. decisione se
cunda, numero sexto, Rip. in l. 2. num. 20.
76 C. de edend. Sarmien. select. sent. libro pri
mo, cap. 13. Latè decidendo. Solent qua-
si in omni iudicio collitigantes protestari,
ac de calumnia iurari instare. Taleque iura
mẽtum multoties omittitur, quo fit, vt nul
lum remaneat iudicium, etiam si summa-
rijssimum sit, Ias. in repet. l. admonendi, nu
mero 25. & 84. ff. de iure iur. Vant. in tract.
de nullit. tit. de nullit. ex defect. proces. nu
mero 29. decis. 2. de iur. cal. in antiq. Et in
77 quibuscunque causis, ac quauis parte iu-
dicij, adeo quod cõsuetudinis vigore omit-
ti nequeat, quia illa consuetudo non erit
valida, vt infra dicam. Quod tamen intelli
ge parte petente, alias cẽsebitur remissum,
adeo, quod amplius peti non poterit. Sed
an stante Camerali obligatione, in qua om
ni iuris, & legum auxilio renunciatur regu
lariter, neque aliæ exceptiones cõtra illam
admittuntur, præter illas tres, relatas in c. de
commiss. appel. ab oblig. in forma Cam. Si
eius vigore agi contingat, & petatur dictũ
iuramentum præstari, ac omittatur, vtrum
gesta dicẽda erunt nulla, dato etiam, quod
iudex, coram quo proceditur, habeat in fa-
cultatibus, seu priuilegijs procedendi sum-
mariè, simpliciter, & de plano, sola facti ve
ritate inspecta, manu regia, &c. Vti habent
Guberna. Vrb. Aud. Cam. & alij: Et breui-
ter dico, quod sic, & ita tenuit Rota, vt ex
decis. Put. 398. parte secunda, & nuperrimè
corã Illustrissimo Domino Cardinali Man-
tica, in vna Bononiens. attentatorum 24.
Octobris 1588. Ratio est, quia illa priuile-
gia, quamuis prægnantissima, tollunt ea,
quæ sunt iuris positiui, non autem ea, quę
sunt iuris diuini, vt est iuramentum, Put. de
cis. 161. num. 2. parte tertia, ex mente Bart.
in extrau. ad reprim. in verbo figuræ, col. pe
nult. versic. Item qñ de calumnia, Istudque
79 iuramentum adinuentũ fuit, ne veritas oc
cultet, vnde si actor iurare nolit, a iure suo
cadit, & habetur pro confesso, l. 2. §. quod
si actor vbi Bar. C. de iur. cal. Spec. eod. tit. §.
superest in princ. Et multa in se, præfatum
iuramentum calumniæ continet, de quib.
per Marant. de ord. iud. in 2. particula, 6. par-
te princ. c. 1. num. 50. Subdens nu. 11. quod
80 istud iuramentum hodie non æstimatur v-
no obolo, & q litigatores nostri tpis, potius
de cõmittenda calumnia, quã de ea vitanda
iurant, & ideo secundum eũ ibi, licet ad pu
blicã vtilitatem sit adinuẽtum: ad tollendũ
tot periuria, melius esset illud in totũ tolle-
re, sed certè nescio, quid dicat, credo (licet
aliqui committant periuria, potius incautè,
nõ considerãdo vires iuramenti) qđ in hoc
nihilominus multi animæ suæ saluti consu
lentes, retrahuntur a calumnijs, sępe per liti
gantes procurari solitas, ac deduci in iudi-
cijs, vt ibi Marant. Vnde fit, quod omisso, p̃-
fato iuramento, & sic nullis actitatis existen
81 tibus, ad conualidationem gestorum, sæpè
porrigitur commissio in Signatura Sanctis-
simi, in qua narrata dicta omissione petitur,
vt ea non obstante, vel tunc iurato de calũ-
nia, procedatur ad vlteriora incauta. Sed qñ
commissio sanatoria præfatæ nullitatis por
rigitur ante sententiam, solet concedi, dum-
modo præstetur iuramentum præfatũ post
commissionem, si vero post sentẽtiam, dif-
ficilius datur, stante iure parti quæsito, ni-
si constaret de manifesto bono iure talem
sanationẽ petentis, quia eo casu facile pote-
rit concedi, dummodo iuret ne ex tali omis
sione retro gesta tot laboribus, & expensis
pereant, ne acta, sine effectu remaneant, &
ad hoc, vt plenum sortiri possint effectum
& defectus, vti præfatus suppletur de su-
prema Principis auctoritate, vt per Sarmiẽ.
select. sentent. libro 1. cap. 12. numero. 19.
82 latè. Quando agitur de uiribus sententiæ,
an sit nulla, necne, debet prius pronunciari
super nullitate, si nulla apparebit, Veral. de-
cisione vigesimasexta, libro primo. Chis-
sanen. decisione centesima septuagesima
secunda, Put. decisione septuagesimasecun

da, libro tertio, sin vero nulla non erit ad euitandos litis circuitus, poterit iudex ad vlteriora procedere, tacitè repellendo retro propositas exceptiones, perinde, ac si super ijs, vel ea esset pronunciatum, l. a procedente, & ibi Bar. C. de dilat. cum relatis per Menoch. de recup. possess. remed. primo, numero 168. quamuis cautus procurator (vt dixi) ab vlteriori processu appellare debeat,
83 Processus factus absque litis cõtestatione, est membrum sine capite, quia litis contestatio est caput Iudicij, tamen sec. Bald. in l. Arethusa in fi. ff. de stat. hom. declara, non esse necessariã litis contestationẽ, quotiescũq; nõ est opus probatione, qa est quæstio nõ habens factum, Blanch. de cõprom. parte quarta, capitulo quinto, allegationes, nu-
84 mero primo, cum add. Probationes sunt medium, & sententia diffinitiua, vel illius vim habens, finis, l. 1. §. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. Bald. in rubr. de appellat.
85 versic. Nam processus omissus. Omissio autem cognitionis causę, nullum iudicium reddit, qa cũ sit de substantia iudicij, ipso iure, etiam cum nullitate sententiæ id opera-
86 tur, Marsil. sing. 648. Nullitatis actus est pœna, secund. Cassad. decis. 14. numero septimo, sup. reg. Cancellariæ. Sententia lata
87 contra pupillos indefensos, pro quibus nemo in toto processu comparuit, est manifeste nulla, l. cum & minores, vbi Castr. numero quarto, & sexto, ff. si adu. rem iud. Put. decisione tercentesimasexta, numero septimo, parte secunda Cresc. decisione nona, numero tertio, de sent. & re iudic. & ita censuit Rota coram Illustrissimo Domino Cardinali Plato, in vna Cortonensis bonorum 26 Iunij 1589. Etiam si lata sit per contradictas, quia contra illos, vti pariter contra alios minores, illo modo ferri nequit, nisi ad lites curatore assignato, Ant. Aug. in repert. titulo de contumacia, ibi per contradictas, numero quarto, Cresc. di
88 cta decisione nona. Si tertij possessores causam nullitatis rei iudicatę committi petant, non solet commissio denegari, addita clausula, prout de iure. Et quando nullitas, trium conformium potest opponi, non rescribitur cum clausula sine præiudicio rei iudicatę, quia si sunt nullę, cessat, l. tertia, §. iudicatum, ff. de re iudic. Sed cum clausula, sine præiudicio trium conformiũ, at secundum glos. in clementina prima, de re iudic. & Corset. in addit. ad repert. Abb. in verbo iudicis incõpetentia, octaua limit. Si sententię essent nullæ respectu iurisdictionis, videtur, quod propter illarum auctoritatẽ exceptio incompetentiæ opponi ne-
89 queat. Citatio fuit per edictum exequuta, & deinde iudex processit per contradictas, & in commissione causæ nulla fuit mentio facta de citatione per edictum, tamen si petatur sanari talis nullitas, quæ ante sententiã, licet sit quodammodo citationis defectus,
90 solet sanari: Secus vero si Aud. Cam. decernat monitorium nulliter extra Curiam, & pars non compareat, non datur commissio talis nullitatis sanatoria, quia adest defe-
91 ctus iurisdictionis ab initio (vt dixi.) Cauetur in statuto Vrbis, libro primo, cap. 55. quod aduenę, siue districtum colentes, foro capitolino subiecti, primo coram certo iudice personaliter citandi sint, ad sibi domicilium, & procuratorem reperibilem cõstituendum, alias decerni processum per affixionem ad valuas Curiæ, vsque ad sententiam inclusiuè: Euenit casus, quod quidam statuto inclusus, domi dimissa copia citatus fuit, qui neque in præfatæ citationis reproductione, neque in multis alijs comparuit. Sed elapso mense, eius procurator, productoque mandato procurę, nihil fieri, nisi ipso citato, protestatus fuit, & in quolibet actu, qui tandem per duas conformes succubuit. Dabatur de nullitate, tam primæ, quam secundæ sententiæ, ob primæ citationis personalis omissionem, quæ ita statuto dictante, necessario requirebatur, sub nullitatis pœna. Replicabatur per posteriores comparitiones, præmissis renunciatum fuisse, & data primæ sententiæ nullitate, quia secunda, primæ confirmatoria valida fuit: cessabat allegata nullitas, & eo magis, stante lapsu temporis a pręfato statuto præfixi ad dicendum de nullitate. Quare, lata sententia super nullitate præfatarum sententiarum, dubitatum extitit, an ista sententia in causa appellationis esset cõfirmanda, vel infirmanda? & confirmandam Domini dixerunt, quia in alio statuto, capitulo septimo, libro primo, vt iacẽt sta-
92 tuta seruari debere mandatur, ideo si forma data non fuit impleta, quia in eorum confirmatione adest decretum irritans, & cla sublata, & ita seruari Papa mandat, sicq; citatio domi facta non sufficiebat, decisione octaua, de dol. & contum. in nou. & ita Rota dixit ex Veral. decis. 111. parte prima, & decis. 117. numero tertio, & quarto, parte prima, per doct. Bart. in l. 4. §. ait prætor, ff. de damn. infect. Quo ad comparitionẽ respondebatur, quod procedat opus est, vt citatus eo modo in termino, quo cadet citatio compareat, & tunc ex notitia habita,

licet

licet illegitimè exequuta habetur pro legitimè facta Fel. in c. gratum, nu. 1. vers. Sed nota de offic. deleg. & isto casu causa ad Curiã legitimè deuoluitur, & approbatio inducitur, decis. 11. de dol. & cont. in nou. secus quãdo incompetenter citatus præsumitur, & ignorãtia, Veral. decis. 119. nu. 6. & 7. p. 3.
93 Et citatio nulliter exequuta, habetur pro circumducta, ac per consequẽs remanet snia nulla Cæs. de Gras. decis. 11. de re iud. Alex. in l. si finita, §. Iulianus, nu. 24 ff. de damn. in fect. Ias. in l. properandum, §. si quidẽ, nu. 7. C. de iudic. Ro. cons. 54. nu. 12. & quo ad id de secunda sententia valida, quæ primã con
94 firmauit, Domini distinxerunt ex mente Felin. in c. ea quæ, nu. 2. vers. fuerat enim lata. Vbi pariter restringit dictũ Innoc. in c. 1. de confir. vtil. vel inutil. id verum esse primo, qñ sumus in ea nullitate, cui pars renunciare possit iure prohibente, exempli gratia, qñ vltra vnam dietam, ad iudicium trahatur, & quando primæ sententiæ nullitas non est per partem remissibilis, tunc prima per secundam non sanatur, præcipuè, quando habuit initium non purgabile, nisi per Principem, vt ibi Fel. nu. 3. vers. Hoc modo loquitur. Nam defecit iudicis potesteas legis formam trãscendendo, quia quod potuit noluit, & quod voluit adimplere nequinit, c. cum super de offic. deleg. Abb. consilio tertio, nu. 7. vers. Venio ad duodecimũ, ibi quinimo plus, volum. secundo, Bart. in l. si expressim, num. 2. versic. Mihi vero, ff. de appellat. vbi tenet, primam sententiam ipso iure nullam, non posse in causa appellationis confirmari, cum idem in secunda error sit, qui est in prima, quia si non valet principale, neque accessorium, Bald. in l. legata inutiliter in princ. vbi Imol. num. 2. ff. de leg. 1. Luc. pet. in prax. Capit. libro sexto, cap. 1. de caus. nul. num. 40. cum adduc. Nec facit decis. Achil. 4. de sent. & re iud. quia loquitur quando est defectus iurisdictionis, quod tamen procedere poterit iusta sententia existente, Cresc. decis. 48. & eo magis in facto nostro nullitas apparebat, ex declatis decreto irritanti, & clausula subla-
95 ta. Quæ operantur, quod contra eorum dispositionẽ veniri nõ possit, nisi de Principis licentia, neque dicto, neq; facto, Paris. consilio 88. numero 7. volum. 4. & eod. volumine, consilio 41. num. 3. Veral. decis. 134. num. 4. parte 2. Put. decis. 50. num. 5. par. 1. Ruin. cons. 21. nu. 1. volum. 1. Ac ligat quo ad nullitates ignorantes, Gab. com. opin. tit. de claus. conclusione tertia, numero octauo. Neq; statuta sic cõfirmata, possunt per
96 inferiores postea declarari, Fel. in cap. cum accessissent, numero septimo, de constitut. Ias. in l. non dubium, ff. de leg. vnde inficit omnia, præter eius tenorem, gesta: & caret effectu, ac iuris forma, capit. si eo tempore vbi Doct. de elect. Et nõ solum nullam reddit sententiam: Sed rei iudicatæ exequutionem impedit, Cassad. sup. reg. Cancel. decisione duodecima, numero quarto, & seq. Sarn. super eisd. reg. de Annal. poss. quæst. quinta, prop. fi. Dec. diuers. 149. parte secun-
97 da. Quo vero ad lapsum anni ad dicendũ de nullitatẽ, dicebatur, quod stantibus præfatis clausulis, non obstabat, & quando nullitatis causa prouenit ex alterius statuti dispositione non adhibita sollemnitate in ipso decteto, Luc. pet. loco citato, numero tertio, quia præsumendum non est, nec verisimile, statuentes, isto casu nullam dictam sententiam dicendo, se voluisse corrigere, in hac generali traditione, ac eam ex tempo ris lapsu validare sententiam, quam nullam
98 declararunt. Nam quando coram secundo iudice deducitur nullitas primi, & non potest eã sententiam confirmare, iniustitiam confirmando facit, Franc. in cap. dilecto, numero vigesimoquinto, versic. vlterius aduerte, de appellat. Alexand. consilio 111. sub numero quarto, versic. Secus quando volumine quinto. Et dato, quod per viã actionis sit sublatum post annum dicere de
99 nullitate. Quæ actio est temporalis, tamen nõ tollitur, quin per viam exceptionis, quę perpetuo durat, excipiendo post annum de illa dici nequeat, vt ibi Luc. Pet. numero trigesimotertio, multa congerens, per regulam, quod tẽporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. Sententia lata te-
100 stium depositione non publicata, non est ipso iure nulla, quia publicatio non est de substãtia. Ideo stilus Rom. Curiæ est, quod non publicentur, nisi vsque ad tertiam instantiam, ne præiudicium in causa inducendis inferatur secund. Felin. in cap. cum I. & A. latè, num. 1. de re iud. Et dari solent summaria depositionum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Tertia vice appellare ius prohibet.*
2 *Commissio tertiam appellationem permittens non valet.*
3 *Princeps tertiam dare nequit de iure appellationem.*
4 *Tres sententiæ plenè exequendæ veniunt, vel res iudicata.*
5 *Commissio nullitatis, & nullitatum, quare procurari soleat.*

6 Rei iudicatæ, vel trium conformium exequutio nō impeditur in omni causa.
7 Nullitatis exceptio, etiam facta exequutione non tollitur.
8 Nullitas principaliter, & per viam exceptionis diuersæ.
9 Statutum prohibens dicere de nullitate, non comprehendit, quando de illa directe dicitur: sed nō impeditur interim exequutio.
10 Tempore ad appellandum elapso, non prohibetur quis de nullitate dicere, etiam via actionis.
11 Nullitas excipiendo perpetuo durat, sed replicando temporalis est.
12 Annalia ad agendum, & perpetua ad excipiendum, quomodo intelligatur.
13 Clausula appellatione remota: non intelligitur de sententia nulla manifestè.
14 Sententiæ tres conformes, si vna ipsarum est nulla, non exequuntur.
15 Commissio absq; clausula, sine præiudicio rei iudicatæ aliqua sñia nulla existente non cōceditur, sed datur eius loco clausula sine præiudicio trium conformium, ibidem.
16 Signatura aliqualiter de nullitatibus allegatis gustat, alias non rescribit.
17 Commissio, cum assignatione termini ad docen. de nullitatibus, vel attentatis, &c. datur & optima est dicta commissio, & quare pro 19. & 30.
18 Terminum iudex præfigere debet, si in commissione id dicatur, alias nulliter facit.
20 Nullitates retardantes trium conformium exequutionem, quæ sint.
21 Sententia nulla non meretur nomen sententiæ, neque in iudicatum transit.
22 Clem. vt calumnijs de re iud. intellectus.
23 Nullum, nullum effectum parit.
24 Calumnia non præsumitur, quando ex actis probatio se offert.
25 Sententiæ tres conformes, quando non exequātur.
26 Clem. vt calumnijs de re iud. in Concilio Vienensi edita fuit.
30 Nullitatis promptè cognitio non potest impediri, neque commissio super ea.
31 Statutum tollens de nullitate dicere, non comprehendit illas ex tribus.
32 Et ex actorum inspectione pariter resultans.
33 Appellans acta transportare, quando teneatur.
34 Iudex secundæ instantiæ non reproductis actis primæ, nulliter procedit.
35 Acta alterius instantiæ coram iudice, ad quem parte citata, sunt reproducenda.
36 Sñia nulla, an de consensu partium conualidetur.
37 Nullitas, quando effectum suspensiuum operetur.
38 Clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis datur non facta adhuc, exequutione.
39 Clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis, vel rei iudicatæ datur facta exequutione.
40 Exequutio in Rota quando cepta dicatur.
41 Commissio nullitatis rarissimè datur post tres sententias conformes.
42 Commissio nullitatis stantibus tribus conformibus datur interdum, cum cautione victoris de restituendo in euentum succumbentiæ prioribus, & potioribus etiam.
Limita, vt ibi in exequutione irretractabili.
43 Exceptiones altioris indaginis, quare interim non retardent exequutionem.
44 Verbum legitimè exequutionis, quid operetur.
45 Defacto per iudicem a quo factum, de facto per iudicem ad quem reuocatur.
46 Iudex nulliter procedens spoliat.
47 Nullitatis exceptio inceptam exequutionem non retardat.
48 Nullitatem opponere in genere contra tres conformes, non sufficit, sed debet in specie.
49 Nullitas ex actis procedens, quæ sit ad retardandum exequutionem.
50 Processus super nullitate etiam stantibus tribus sententijs si non opponatur valet.
51 Iudex a quo nō facta in commissione rei iudicatæ, mentione, rite potest exequi.
52 Inibitio illegitimæ emanata, nō īpedit executionē.
53 Inhibitio rotalis iusta, vel iniusta, timēda est, alias facit attentata.
54 Cōmisiones nulliter obtentas per Signaturam reformari peti laudabile est.
55 Clausulæ prægnantes de stilo Curiæ in cōmisionibus ponuntur.
56 Iudex inhibens, inhibet Principis mandantis auctoritate.
57 Iudex exequens, an de nullitatib. cognoscere possit Vide hic.
58 Citatio, vt sustineatur præsumenda.
60 Sententia lata supr nullitate iudicati impedit exequutionem.
61 Sequestrum quando super bonis, de quibus agitur apponatur.
62 Appellatio datur a sequestro quādo, & quomodo.
63 Sequestrum, quando apponatur.
64 Instantia de nullitate dicendi, an perpetuo duret.
65 Actiones, quæ minori tempore non tolluntur per triginta annos durant.
66 Sententia, quando, antiqua dicatur.
67 Exceptiones omnes, an regulariter sint perpetuæ, & num. 70.
68 Causa nullitatis differt a causa appellationis.
69 Nullitate probata, remanet iudicium ratio actum nullum.
71 Tempus dicendi de nullitate quantum duret.
72 Tempus de nullitate dicendi in Rom. Cur. est perpetuum.
Ratio.
Etiam non petita restitutione in integrum.
Amplia num. 73.

Nullitas

CAP. IIII.

1 POstquam aliquis ex collitigantibus succubuit in causa, & bis appellauit, tertioque ei appellare ius prohibet, dico ab eodem grauamine, secus autem si a diuerso, nã quoties quis grauatur, vsq; ad statutum numerum, a iure appellare valet, Alex. cons. 77. nu. 2. vol. 2. Abb. cons. 97. vol. 1. nam secus iudicatis quiesci ius præcipit. Sed si quis finita per sñiam causa, vel p rem iudicatam, nihilominus obtineat rescriptum, dato etiã quod de premissis mentionem non faciat, nihilominus si sententia sit nulla, non erit inualidum, Felin. in cap. ex tenore, numero
2 tertio, de rescipt. Iccirco rescriptum, tertiã permittens, seu concedẽs appellationẽ, nõ tenet, capitulo sua nobis, distinct. 1. Socin.
3 in l. singulos, ff. de exceptio. rei iud. Adeo quod Papa, vel Princeps, loquendo tamen de ordinaria iuridica potestate per viam rescripti tertiam dare appellattionem nequit, sed an ex motu proprio id facere possit, vide Salic. in l. 1. num. 1. in addit. C. ne lic. tert.
4 prouoc. in ead. caus. Ideo latis tribus sententijs, quæ exequutioni plenè demandari debent, iuxta clement. vt calumnijs de re iudic. si partes quiescere nolunt, pariter si fuerit vnica vel duæ, quæ rem iudicatam constituant, ex iuris municipalis, aut priuilegij, seu quauis alia dispositione, vel in causa momentaneę possessionis, & similibus, videns quis appellationis vlterioris se beneficio destitutum, sententiam, seu sententias, ex capite nullitatis oppugnare, & infringere, ni-
5 titur, Commissione porrecta, in qua nullitatis, vel nullitatum causam, vel causas committi postulat, vnde an preces concedendę sint, & interim exequutio retardanda, videamus. Articulum, cum pluribus limitationibus, & ampliationibus tractat Imol. in coll. com. opin. libro quarto, capitulo vigesimoquinto. Et licet, ex dispositione prę fatæ Clementinæ vnicæ, de re iudic. trium
6 conformium, seu rei iudicatæ exequutio impediri nequeat, quia debet statim fieri, Ruin. consilio septuagesimonono, columna prima, & secunda, volumine quinto, tam in causa prophana, quam Ecclesiastica spirituali, criminali, & quauis alia, vt ibidẽ Glo. in verbo quamuis, vbi Doct. etiam si oĩnò conformes nõ essent, vt ibi Card. in 3. oppos. tñ in eo, quo sunt cõformes, erũt exequendæ. Quod amplia procedere, etiam si a decreto interlocutorio causa appellationis pendat, quia vt dicitur in dicta clement. in verbo ea similiter, & glo. in verb. huiusmodi emissę, & in verbo pendere, vbi Cardin. in negotio principali, nihilominus sententia tertia, exequutioni demandabitur, Ro-
7 man. sing. 290. Sed facta exequutione per quamuis oppositam exceptionem non tollitur, quin ad dicẽdum de nullitate, quis admittatur, vt in dicta clement. ibi ad agendum, de nullitate, nam non est eadem ra-
8 tio, seu causa tollendi viam nullitatis principaliter mouendæ, & nullitatis per viam exceptionis, immo valde inter se differunt, quia si intentetur nullitas per viam exceptionis, libellus non requiritur.

9 ritur. Sed bene, quando per viam actio-
nis, & eo caſu pariter requiritur litis conte
ſtatio. Rurſus, aut imploratur iudicis of-
ficium, vt reſcindatur puta contractus ex ca
pite nullitatis, vel ſimilis, & erit libellus ne-
ceſſarius: aut non imploratur principaliter
eius officium, nedum reſcindens, ſed re-
ſciſſorium, vt quando reſcindi ſententia
petitur, vel res adiudicari, & eo caſu nec li-
bellus, neque litis conteſtatio ſunt neceſſa-
ria, Rota deciſione quinta, numero ter-
tio, vt lit. non conteſt. in nou. Et quamuis
ſtatutum nullitatis tollat obiectum, non
videtur modum de ipſa principaliter agen-
di tollerre, licet ipſo iure non impediatur
interim exequutio ſententię, vt dixerunt
Aret. conſilio ſeptuageſimoquinto, nume
ro duodecimo, Innoc. in capitulo cum in
iure, numero primo, & ſecundo, de offic.
deleg. Bald. in l. prima, C. ne lic. in vn. &
eadem cauſ. tert. prou. Butr. in capitulo di
lecti, de appellat. & de exceptione nullita-
tis in ſpecie, meminit Bald. in l. ab exequu-
tore, numero octauo, C. quor. appellat.
10 non recip. & text. in dicta Clement. Præ-
ſuppoſito igitur pro indubitabili, quod
et ſi tempus ad appellandum a iure conceſ-
ſum expirauerit, nihilominus etiam per
viam actionis dicere de nullitate quis non
prohibetur, vt per Bald. in dicta l. ſi expreſ
11 ſim, columna fin. Put. deciſione tercen-
teſima prima, parte ſecunda, Id non habe-
bat locum, quando via exceptionis datur
de nullitate, quia perpetuo durat, quam-
uis per viam replicationis ſit temporalis,
(vt dixi.) Quare ſtante ſupradicto ſtatu-
to, quod dici de nullitate nequeat, erit
illa per viam replicationis ſublata, & ita in-
telligendum: & licet ea, quæ annalia ad
agendum ſunt, perpetua ad excipiendum
12 ſint. Tamen id intelligitur, procedere in
illis, quæ non poſſunt in iudicium deduci
agendo, vt exempli gratia, quando quis
dat querelam, petendo teſtamentum an-
nullari, quod ſi facere debebat, & omi-
ſit, ſibi imputet, vt latè Paul. de Caſtr. in l.
Papinianus, §. ſi filius, numero ſecundo, &
tertio, ff. de inoffic. teſta. cuius dicta appro
bauit Rota, in dicta deciſione, Put. tercen-
teſima prima, parte tertia, numero octauo
13 & ſequent. Sed dato, quod ſit appellatio
ſublata, tamen non intelligitur, vbi ſenten-
tia eſſet manifeſtè nulla, nam tunc non erit
excluſa cauſa nullitatis, Alexand. conſilio
nonageſimoprimo, numero ſecundo, vo-
lumine 6. Oldr. conſilio centeſimoſexto,
Bart. in l. 1. verſic. Decimo quæro, C. ſi de
mom. poſſeſ. Corne. conſilio nonageſimo
nono, numero octauo, volumine primo,
loquens de reſcripto Apoſtolico appellatio
nem tollente, quod cauſam nullitatis non
tollat, quia ſi verba legis non diſponunt, in
caſu, de quo tractatur, a verbis legis recede
re permiſſum eſt, vt ibidem Corne. nu-
mero decimoquinto, ac in conſilio cente-
ſimo quadrageſimoſexto, numero nono,
volumine quarto, Ruin. conſilio 114. nu-
mero ſexto, volumine quarto. Et in hoc
non te lateat, quod etiam ſtantibus tribus
14 conformibus, tunc denegatur commiſſio
exequutorialis, ſi vltima ſententia, vel ali-
qua ipſarum fuerit nulla, vt eſt deciſ. Creſc.
prima, numero ſecundo, de ſent. & re iud.
Quia non ſunt conformes, ſtante nullitate,
neq; merẽtur debitam exequutionẽ, & ſic
ceſſat diſpoſitio Clem. vt calumnijs alleg.
Ratio eſt, quia agitur de confirmante, & idẽ
dixit deciſione Achil. ſecunda, de re iudic.
Hinc Staphyl. de lit. iuſtit. capit. ſecundum
15 eſt, numero nono, verſic. Secus eſt, voluit,
quod ſi quis aliquid nullitatem iudicij, &
ſententiæ, concernens alleget, puta aſſe-
rendo nullitati ex defectu iuriſdictionis
prouenientis ſententiam ſubiacere, vel pro
latam a iudice excõmunicato, aut cauſam
cum falſo procuratore tractatam, vel adeſ-
ſe citationis defectum, quia ex aliqua procu
ratoris vel ſimiliũ deficientia, redditur iu-
dicium nullum, Datur commiſſio, etiam
poſt rem iudicatã, abſq; clauſula ſine præiu-
dicio rei iudicatæ, vel exequutiua, quia præ-
fatæ exceptiones (ſecundũ aliquos) ob defe
ctũ nullitatis ſnię, quę rem iudicatam impe
diunt, intrant. Sed vice dictæ clauſulæ, alia
ſubrogatur, nempè, ſine præiudicio trium
cõformium, ex ratione appoſita in d. clem.
vt calumnijs, quod contra eas nemo audiatur,
niſi plenariæ exequtuioni demãdatę prius
fuerint, & id ex præſumptione, quod valide
actum fuerit, ac in cauſa per tres ſententias
conformes diffinitiuè tanta maturitate di-
geſta, & expedita, nullus error, vel circum-
uentio interuenerit, vt bene Veſtr. in ſua
Prax. lib. 8. c. 1. nu. 7. & Vant. in tract. de nul-
lit. tit. quot. & infra quot. tẽp. & c. 3. n. 3. Sta-
phyl. vbi ſup. nu. 4. l. 4. §. condemnatũ, ff. de
re iudi. Et ob id ne de validitate illarum vel
alterius, ante latę, dubitari cõtingat. Quare
ad tollendam inueteratam Vrbis dicendi,
poſt tres conformes, etiam ſententiæ con-
firmantis de nullitate, praxim, vt litibus, ex-
penſiſve, finis interdum eſſet, merito ædi-
ta fuit Clem. præfata, cuius rigor ceſſat, cõ-
ſtito de aliqua euidẽte nullitate releuãti, vel
ex

ex tribus supra relatis, Vant. loco citato, titulo, quot & infr. quor. temp. numero tertio, & seq. quia cessat tunc calumniæ suspicio, vt ibi numero sexto. Vnde contra præfatæ clemen. dispositionē, rarissime rescribitur absque clausula, parito iudicato, aut saltem sine præiudicio trium conformium (vt retuli) gustato prius de aliqua ex dictis nullitatibus per Signaturam, & non alias: & ideo dēt gustari, ne prætextu somniatæ, seu cauillosæ inuētionis nullitatis, talis exequutio impediatur, vt ibi p Vant. vers. Praxim Curiæ, numero septimo, ita seruari attestantem. Vt interdum post tres conformes, vel rem iudicatā finis litibus esse pos-
17 sit, datur commissio cum præfixione termini breuis, & peremptorij arbitrio iudicis repositi, ad docendum de prætensis nullitatibus, attentatis, ac de causis, ob quas veniat restituendus in integrum, quo elapso, & nihil, quod releuet, docto, ad vlteriorem, & finalem exequutionem, expensas etiam taxando, & moderando, vt pro illis mandatum, seu mandata etiam necessaria, & opportuna decernendo, &
18 relaxando, procedat. Vnde si præfixo termino, quod fieri debet, alias iudex non adimplendo seriem rescripti, nulliter procederet, & in illo si de præfatis nullitatibus, vel alijs non constiterit, erunt sententiæ, vel sententia exequutioni demandandæ, vt plenè habetur in decisione Cassad. quarta, in fin. de dilatio. l. Titia, ff. de accusat. l. diffamari, C. de ingen. & manum. C. lator in qui. fil. sine legit. Alex. 108. in fin. vo
19 lumine primo. Vrgenti namque ratione, talis comprobatur commissio malitijs obuiando, ne perpetuo de nullitate dici queat, vnde nemini iniuria infertur, quia si aderit nullitas, pars, quæ obtinuit non poterit conqueri, quando ea existente retardetur, seu suspendatur exequutio: at si cessabit nullitatis defectus, ratio bene suadet, vt interdum lites finiantur, cum debita sententiarum, seu rei iudicatæ exequione, vt ibidem Vant. numero octa-
20 uo. Alio etiam modo secundum Staphyl. ibidem, numero duodecimo, erit in hoc casu distinguendum, quod, aut nullitas est euidens, siue notoria ex tribus supra allegatis, citationis, iurisdictionis, & mandati: vel alia concurrunt, de quibus infra dicam, & tunc, cum sententia nul-
21 la sit, quæ sententiæ nomen non mereatur, Alexand. consilio quinquagesimonono, numero sexto, & octauo, in fin. volumine quarto, Ias. in dicto §. condemnatum, numero secundo, Clement. Pastoralis de re iudic. Franc. in capitulo dilectus, numero centesimodecimo, de appellat. Bald. consilio tercentesimo sexagemo sexto, numero tertio, Natt. consilio ducentesimo decimo septimo, numero sexto, libro tertio, carendo nomine sententiæ, etiam effectu carere debet. Ob id, neque iudicatum facit, & per consequens nullitas sufficiens ad eius exequutionem erit retardandam, mitigando rigorem Clem. præfatæ, Bald. in l. prima, numero primo, C. ne lic. in ead. caus. tert. prouoc. l. quarta, §. ibidem, ff. ad exiben. l. is quo, ff. vt in posses. legat. Bart. in dicto §. condemnatum, vbi Angel. Bald. in l. prima, C. de iur. & fact. ign. & in Auth. quæ supplicatio, C. de prec. imper. offer. Quod etiam ratione pateat,
22 quia Papæ intentio fuit litigantium malitijs, qui sub diuersis coloribus lites in longum protrahere curant, obuiare, exequi mandando: ideo si euidens, tunc nullitas apparet, & quod petēs in tali statu executionem calumniosè, non facit, cessat dicta Clement. dispositio, & rigor. l. adigere. §. quamuis, ff. de iur. patron. capitulo cum cessante de appellat. Res autem, quæ nulla est, nullum parit effectum, l. cum pater, §.
23 curatoris, ff. de legatis secundo, Et vbi ex actis prompta probatio nullitatis se offert,
24 nulla præsumitur calumnia, vt habemus in titulo de emend. iustit. Cod. in secunda editione repetita prælatio, l. 1. C. quand. prouoc. non est necess. capitulo ex litteris, §. præterea, ibi probationes offert incontinenti, de restit. spoliatorum, latè Dec. consilio octauo, numero septimo, Doct. in dicto §. condemnatum, Bald. in l. fin. columna se-
25 cunda, C. de ordin. cogn. Itaque si tres latę fuerint sententiæ conformes, & in prima aliqui ex litis consortibus non fuerint citati, si in alijs duabus sententijs succubuerint, non poterunt tres conformes contra istos, ad primam non citatos exequi, quia contra eos prima sententia non facit gradum, nec eis potest obesse, cum in illo iudicio non interuenerint, l. fi. ff. de re iudic. capitulo cum super, & capitulo penult. eodem titulo. Rigor autem iudicati, oritur ex iudicio, in quo quis est inclusus, Bald. in l. 2. per illum text. 2. notab. C. de fid. instrum. & ad suos actores debent gesta restringi, nō ad alios, l. sancimus, C. de pęn. Alexand. in l. fin. numero nono, versic. Item nota dè re iudic. & viden. in consilio septuagesimoseptimo,
26 numero decimo, volumine secundo. Sed adhuc obstare videtur dicta clement. vt calumnijs

soleat in cōmissione clausula, arbitrio Rotæ, vel iudicis, Put. decis. 301. libro tertio, per totum, & ita alias Rota tenuit coram Illustrissimo D. Cardinali Blanchetto, 6. Februarij 1576. in vna Spoletana Sanctæ Crucis, secus vero quando sunt examinati nulliter, puta absque interrogatorijs, vel partis citatione, quia cum talis nullitas proueniat ex ordinatorijs iudicij, non debet dari commissio, quia opus est, vt denuo citata parte, testes examinentur. Et quamuis, Princeps
51 tollat, & mutet (vt dixi) ea, quæ iuris ciuilis sunt, dummodo non per legem naturalem generalem, semper intelligitur præseruare, & nolle tollere, seu mutare per priuatum actum ad instantiam priuati petentis, ea quæ in alicuius fauorem sunt, sed id præseruare, & tertij præiudicium, cui non intendit sine causa præiudicare, nam eius legibus subijcitur Pontifex, non autem contractibus, ideo leges mutant contractū, vt videmus in Bulla Sanctissimæ Mem. Pij V. de censibus creandis, sed non contractus ipsos iam a partibus initos constitutos, vt in simili etiam tollit Princeps præscriptionem, sed non mihi rem ex præscriptione quæsitam, vt latè per Sarmien. select. sent. cap. 8. numero decimoquinto, libro primo, & nu
52 mero 19. & 20. & sequ. At diebus elapsis, me proponente in Signaturā iustitiæ, vna Asculana hæreditatis, in qua ad fisci, seu illi inhærentis instantiam, pro suo ciuili interesse ijdem testes per quatuor vices fuerūt examinati, & licet in quarta vice, semper cum articulis, & interrogatorijs, tamen nulliter, eo quia pars ad videndum illos iurare, citata non fuit, & causa coram Domino Locumtenente criminali, Aud. Cameræ tunc tractabatur. Iamque partibus instantibus, dicta testium publicata fuerant, seruatis seruandis, ac datę copiæ testificataque didicita, Fiscus, & inhærentes tali detecta nullitate illos denuo coram Iudice examinari instabant; iudex auditis partibus, tandem illos examinari decreuit, & ad partes eorum depositiones poni: appellantibus aduersarijs a tali decreto, commissioneque porrecta hinc inde partibus informantibus, sub colore, quod illud decretum interloquutorium erat adeo præiudiciale, quod non poterat reparari nisi per diffinitiuam, & asserē do, quod post didicita testificata non erant amplius examinandi, vel repetendi, ideo in commissione petebatur causam ab Auditoris Cameræ Locumtenente auocari, ac alteri committi, quia iam grauauerat illos mandando repeti, super eadem re, post publicationem iure prohibente, pro qua parte allegabatur, Specul. de test. in §. satis vtiliter, numero nono, clem. 2. & cap. fraternitatis, vbi glo. & Doct. eodem titulo, Gab. in lib. com. opin. tit. de test. conclus. 21. in
53 princip. Præterea dicebant, quòd si in testium examine prouenit nullitas ex partiū defectu, tunc testes, iam examinati, licet nulliter, propter subornationis metum, non veniebant amplius repetendi, secus autem si iudicis culpa, vt per Felin. in dicto cap. fraternitatis, numero quinto, per regulam, qđ
54 qui nullitati causam præbet, contra eam excipere non valet, l. 1. § si omnes, in princ. ff. de vent. inspi. Rol. a Val. in hoc videndus cōsil. 52. num. 12. volumine quarto. Et licet pro parte cōtra commissionem plures adducerentur fallentiæ, de quib. per Marian. Soc. in dicto capitulo fraternitatis, sub numero 146. & sequ. Eo quia versabamur in causa criminali, in qua id facere licebat, ad doctrinam Bart. in l. 1. §. fin. numero quarto, ff. de quæst. & Abb. in dicto capitulo fraternitatis, numero quarto, fallen. 15. & Soc. eod. cap. 4. Gabr. dicto consilio 21. & alijs quam pluribus iuribus, & rationibus, hinc inde per Dominos informantes adductis, Tamen RR. PP. DD. mei Cōuotantes pro appellatione inclinabāt, stante grauamine a D. Iudice post publicationem, copiam datam, didicita testificata, & cōclusum in causa, admittendo articulos, ac denuo testes repeti mādando, sed benignius procedendo, eidem Domino Aud. Cam. Locumtenenti rescriptum fuit, & iniunctum, vt adiunctum de partium consensum illi daret deputaretve, qui cū ipso in causa procederet, cum facultate reponendi oratorem a præfato decreto admissionis articulorum, & sic, expediui cōmissionem, & ad hunc, & propositum vide multa latè congesta per Ioan. Crot. in tract. de testib. numero 267. versic. Quartò fallit. Sanatio autem examinis te-
55 stium ex defectu iurisdictionis non datur, Gomes. in comp. vtr. Sign. nu 74. Staphyl. de lit. iust. in cap. in primis, nu. 33. maximè si examinentur lite pendente, & post Rotæ inhibitionem, Franc. in capitulo cordi, numero 14. & 39. de appellat. Natt. cons. 569. numero quarto, libro tertio, Rot. decis. 22. de restit. spol. in antiq. Capel. Tholos. decisio 460. Lancell. de attent. parte tertia, cap. 31. num. 43. quamuis Rota coram D. Penia in vna Veneta fæderis matrimonij, Lunę 7. Iunij 1598. dixerit illo casu testes omissa citatione examinatos nō fuisse nulliter, quia pars aduersa fuit præsens, qñ Parochus, qui con-

coniuges coniunxerat, in testem receptus iurauit, & cum interrogatoriis examinatus fuit, nam illo casu partis præsentia, omnẽ citationis defectum purgauit, Boer. decis. 235. numero tertio, Archidiac. in capitulo propositum, numero quarto, dist. 82. Abb. in cap. bone, el primo, num. 17. de electio. præcipuè, quia contra dicta, & personas eadem pars aduersa sibi exceptiones præseruauerat, & sic examen præfatum approbauit, etiam quo ad cæteros testes, cõtra quos pariter sibi exceptiones reseruauerat, contra personas, & dicta, quæ reseruatio indicabat in reliquis receptioni testium consensum, l. cum prætor, ff. de iud. vt in dicta decis. & idem Rota prius tenuerat de mense Ianuarij 1590. coram Domino Orano, & in alia Toletana decimarum de sale coram eodem D. Penia 16. Ianuarij eiusdem anni, & coram D. Pamphilio in vna Calaguritana olariorum 20. Martij 1590. Et tandem coram D. Orano, in vna Cataniensi illegiti-
56 mitatis 29. Maij 1598. Terminorũ male tentorũ, seu restauratorũ petita sanatio, in cõmissione concedi solet extra Rotam, quia in Rota non est cõmissione opus, nã ibi possunt sanari vigore Innocentianæ constitutionis, Cassad. decis. 9. num. 7. de caus. poss. & propr. Veral. decis. 250. num. 2. parte tertia, dummodo non adsit defectus ex supradictis tribus, ac reuolutione cartarum, qui nõ sanantur, videlicet citationis, iurisdictionis mandati, vel notoriæ iniustitiæ, nisi de nullitate fiat specialis mentio, vt dixi.
57 At si omnes termini substantiales, vel saltẽ illi quatuor, qui de substantia sunt, fuerunt omissi seruare, Vestr. lib 5. cap. 3 in princ. & Vant. lat. de nullit. ex defect. process. & sequent. sententia omnino reddetur nulla, & non sanatur Cassad. decis. 8. de rescipt. Sed si extra Romanam Curiam, dicti termini non seruantur ita exacte, sicut in ea, tunc dixerunt Domini de Rota, quod talis sententia lata extra Curiam non sit nulla, Ve-
58 ral. decis. 249. parte tertia. At quando huiusmodi commissio sanatoria concedi contingat, aduersario petente, & instante, additur in ea clausula, refectis expensis: ac pa-
59 riter addi solet in commissione dicta clausula, quando in illius expeditione, pars non fuerit ex aduerso citata, sed si citata, non petierit dictã clausulam, multoties eius appositio omittitur, quia nihil petenti, nihil impartitur, Vestr. vbi supra, libro 7. capitulo primo, numero quinto, sexto, & seq. Et
60 quid talis clausula condictionalis importet, & qualiter intelligatur, vide omnino Paris. cons. 108. num. 15. volumine quarto.
61 Verum est etiam, dum dicebã, quod ideo ista commissio reiterationis terminorum non datur in Rota, stante auctoritate ex Innocentiana Dom. Auditoribus concessa, tamen collitigantes ea multoties non contenti, instant pro tali commissione, quam in aliquibus casibus, etiam in Bulla Innocentiana contẽtis necessario fore asserit, Vestr. ibidem, libro quinto, capitulo 13. numero
62 primo, versic. narratis. Datur aliquando, conceditur ex gratia S.D.N. cõmissio eius & manu signata, vt vnico cõtextu, & audiẽtia, omnes termini substantiales, præposterati, inculcati, seu defectiui, vel alias nulliter seruati, reiterentur, & ad causæ expeditionem deinde procedatur, vt Vestr. loco citato, quamuis in Rota etiam permissu dictæ Innocentianæ, tales termini substantiales, vnico cõtextu, & audientia reiterentur, & sanentur, quamuis nulliter, & male ser-
63 uati fuerint. Et ideo apponuntur in commissione illa verba nulliter, vel male seruatos, ad sanandum terminos per procuratorem assertum, de cuius mandato non constet, vel contra assertum procuratorem rei, dummodo in reiteratione, sint validæ per procuratores, vel principales citati, & in multis aliis casibus, qui contingere possunt, quamuis in hoc debeat iudex, seu D. Aud. vt semper faciũt, esse cautus, in videndo qd agentes, an personæ sint legitimæ, vt bene per Cassad. decis. 8. numero decimo, de rescript. Et an quando alieno nomine commissiones, quæ a non habente mandatum
64 de generali Curiæ consuetudine impetrari possunt, quæ sunt distributiones solum, & tunc suum debitum sortiũtur effectum, quando principalis eas tacitè, vel expressè ratas habeat, vt per Bellam. decisio. 683. & decisio. 556. Et lat. Vant. de nullita. & defect. iurisdict. de leg. num. 88 & 89. cum
65 add. Datur autem talis terminorum sanatoria commissio, quando dubitatur de processu, seu ordine iudicij, sed non si petatur sanatio ex defectu probationũ, vel aliis defectibus merita causæ concernentib. Vestr. libro septimo, capitulo primo, num. quin-
66 to, & sexto. Et quamuis ad id faciendum vigore dictæ Innocentianæ sit Rotæ facultas attributa, attamen procedit, quando vti Auditori, & in Rota est ei causa demandata, sed si extra Rotam, & absque Rotæ participatione, ac vti Prælato, non extenditur ad id præfata Innocentiana constitutio, & eo casu, certe opus erit commissione, sicut cæteri indigent sanatoria, vt ibidem

Vestr.

Vestr. libro quinto, capitulo 13. num. quinto, versic. In Bulla. Termini autem substantiales sunt ad ponendum, articulandum, producendū omnia, & ad sententiam, sec. Bellam. decis. 27. Sed sec. decis. 8. Cassad. de rescript. num. 6. Substantiales quoque sunt quatuor ad articulandum, dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, quorū si vnus omitatur, sententia redditur nulla, ac etiā quando citari ad sententiam pars omittitur vt ibi Cassad. Alij autem termini non sunt substantiales. Et ita semper audiuisse testatur Bellam. d. decis. 27. quo ad hoc, vt si omittantur, non reddatur processus nullus ipso iure, sed operatur, ꝙ si dum omittuntur appelletur, fiat legitima appellatio,
68 vt ibi Bellam. Vnum autem dicere in hoc non omittam, quod si lite pendente in Curia moriatur actor, possunt contra illos, quorū interest seruari termini per contradictas in causa principali. Sed id procedit, petēte possessore sui tituli canonizationem: secus si ab impetitione rectoris absolui curet, & pronunciari illum ius non habere, cū silentij impositione: quia eo ipso, quod aliquis moritur, non habet amplius in causa beneficiali ius, cū mors omnia soluat, extinguatve litem, personā, & ius, viam præcludat, & imponat silentium. Secus vero, quo ad quæstionem fructuum, & expensarum, quæ concernunt hæredes, ac successores, vt per Bellam. decisio. 75. & decis. 95.
69 Alias deputatus fuit tutor, qui (vt de iure tenebatur) non confecto inuentario, ad lites pupilli procuratorem, seu actorem constituit: vnde post omnia ab ipso gesta fuerunt nulla, tamen alias sanatoria gestorum, ita nuliter, porrecta commissio in Signatura Sanctissimi, fuit denegata: ea potissimum ratione, quia tutor ante inuentarij cōfectionem non valens administrare, carens iurisdictione, defectus ex ea proueniēs, erat insanabilis, l. 1. §. fi. vbi Bar. C. arbit. tut. Ang. in l. tutores, C. de administr. tut. Bart. in l. 1. §. itē solent, col. 9. versic. Circa hoc quæro, ff. de offic. Præt. Vrb. & in l. tutor, qui repertus, ff. de administr. tut. Corn. consilio 238. volum. 4. Quare deficiente, auctoritate, & iurisdictione tutoris, per consequens, nec agens, nec procurator erat, immo defectus mandati insanabilis: Iccirco denegata fuit petita commissio. Eritq; simile dicendum; si petatur sanatio gestorum per dictū
70 procuratorem ita constitutum: Porrecta insuper fuit commissio Sanatoria nullitatis censurarum latarum, eo quia iudex incompetens alias illas fulminauit, quæ non tenēt vt per Doct. in cap. P. & G. de offic. deleg. & in cap. sacro de sent. excom. Galles. ad oblig. in form. Cam. prima parte, cap. 3. ad tertiam partem, fol. mihi 53. numero 13. Causaq; multum in Signatura discussa, cōcessa fuit commissio, addita clausula, sine præiudicio legitimæ exequutionis, quatenus orator infra octo dies non docuerit cōstare de iurisdictionis defectu ex eisdem actis, absque tamen probationibus extrinsece faciendis. Isto etenim casu, si exceptio-
71 nes requirentes altiorem indaginem, afferuntur, non sunt audiendæ ex relatis, stante summaria cognitione, Bald. in l. si se non obtulit, §. condemnatum, numero tertio, ff de re iud. Et quamuis tales exceptiones admittantur, non ob id retardatur processus exequutiuus, quando exceptio probanda venit extrinsecè ab instrumento, vel actis, vt ibidem Galles. parte prima, ad septimam partic. cap. 1. nu. 17. fol. mihi 63. Bart. in extrau. ad reprim. in verbo summariè, num. 30. cap. sciscitata, de integr. restit. Old. consilio 106. Abb. consilio 85. volum. 2. Secus aūt (vt dixi), si ex eisdem actis appareret, vt ibi Bar. Talis vero exceptio non deduci-
72 tur per viam actionis, sed per viam exceptionis, quæ incontinenti debet probari, vt fuit alias resolutum in Rota per decis. 3. de except. in nou. Ratio nempè quare præfatum remedium non possit intētari per viā actionis, patet: quia dum ipsius comparentis persona inhabilis, & incapax est, nō venit audiendus, cap. Pia de except. in sexto: Ideo
ter dico, quod sic, & ita tenuit Rota, vt ex
decis. Put. 398. parte secunda, & nupertimè
corã Illustrissimo Domino Cardinali Man-
tica, in vna Bononiens. attentatorum 24.
Octobris 1588. Ratio est, quia illa priuile-
gia, quamuis prægnantissima, tollunt ea,
quæ sunt iuris positiui, non autem ea, quę
sunt iuris diuini, vt est iuramentum, Put. de
cis. 161. num. 2. parte tertia, ex mente Bart.
in extrau. ad reprim. in verbo figuræ, col. pe
nult. versic. Item qñ de calumnia, Istudque
79 iuramentum adinuentũ fuit, ne veritas oc
cultet, vnde si actor iurare nolit, a iure suo
cadit, & habetur pro confesso, l. 2. §. quod
si actor vbi Bar. C. de iur. cal. Spec. eod. tit. §.
superest in princ. Et multa in se, præfatum
iuramentum calumniæ continet, de quib.
per Marant. de ord. iud. in 2. particula, 6. par-
te princ. c. 1. num. 50. Subdens nu. 11. quod
80 istud iuramentum hodie non æstimatur v-
no obolo, & q litigatores nostri tpis, potius
de cõmittenda calumnia, quã de ea vitanda
iurant, & ideo secundum eũ ibi, licet ad pu
blicã vtilitatem sit adinuẽtum: ad tollendũ
tot periuria, melius esset illud in totũ tolle-
re, sed certè nescio, quid dicat, credo (licet
aliqui committant periuria, potius incautè,
nõ considerãdo vires iuramenti) qđ in hoc
nihilominus multi animæ suæ saluti consu
lentes, retrahuntur a calumnijs, sępe per liti
gantes procurari solitas, ac deduci in iudi-
cijs, vt ibi Marant. Vnde fit, quod omisso, p̃
fato iuramento, & sic nullis actitatis existen
81 tibus, ad conualidationem gestorum, sæpè
porrigitur commissio in Signatura Sanctis-
simi, in qua narrata dicta omissione petitur,
vt ea non obstante, vel tunc iurato de calũ-
nia, procedatur ad vlteriora incauta. Sed qñ
commissio sanatoria præfatæ nullitatis por
rigitur ante sentẽtiam, solet concedi, dum-
modo præstetur iuramentum præfatũ post
commissionem, si vero post sentẽtiam, dif-
ficilius datur, stante iure parti quæsito, ni-
si constaret de manifesto bono iure talem
sanationẽ petentis, quia eo casu facile pote-
rit concedi, dummodo iuret ne ex tali omis
sione retro gesta tot laboribus, & expensis
pereant, ne acta, sine effectu remaneant, &
ad hoc, vt plenum sortiri possint effectum
& defectus, vti præfatus suppletur de su-
prema Principis auctoritate, vt per Sarmiẽ.
select. sentent. libro 1. cap. 12. numero. 19.
82 latè. Quando agitur de uiribus sententiæ,
an sit nulla, necne, debet prius pronunciari
super nullitate, si nulla apparebit, Veral. de-
cisione vigesimasexta, libro primo. Chis-
sanen. decisione centesima septuagesima
secunda, Put. decisione septuagesimasecun
da,

da, libro tertio, sin vero nulla non erit ad euitandos litis circuitus, poterit iudex ad vlteriora procedere, tacitè repellendo retro propositas exceptiones, perinde; ac si super ijs, vel ea esset pronunciatum, l. a proceden te, & ibi Bar. C. de dilat. cum relatis per Menoch. de recup. possess. remed. primo, numero 168. quamuis cautus procurator (vt dixi) ab vlteriori processu appellare debeat,
83 Processus factus absque litis cōtestatione, est membrum sine capite, quia litis contestatio est caput iudicij, tamen sec. Bald. in l. Arethusa in fi. ff. de stat. hom. declara, non esse necessariā litis contestationē, quotiescūq; nō est opus probatione, qa est quæstio nō habens factum, Blanch. de cōprom. par te quarta, capitulo quinto, allegationes, nu-
84 mero primo, cum add. Probationes sunt medium, & sententia diffinitiua, vel illius vim habens, finis, L. 1. §. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. Bald. in rubr. de appellat.
85 versic. Nam processus omissus. Omissio autem cognitionis causę, nullum iudicium reddit, qa cū sit de substantia iudicij, ipso iure, etiam cum nullitate sententiæ id opera-
86 tur, Marsil. sing. 648. Nullitatis actus est pœna, secund. Cassad. decis. 14. numero septimo, sup. reg. Cancellariæ. Sententia lata
87 contra pupillos indefensos, pro quibus nemo in toto processu comparuit, est manifeste nulla, l. cum & minores, vbi Castr. numero quarto, & sexto, ff. si adu. rem iud. Put. decisione tercentesimasexta, numero septimo, parte secunda Cresc. decisione nona, numero tertio, de sent. & re iudic. & ita censuit Rota coram Illustrissimo Domino Cardinali Plato, in vna Cortonensis bonorum 26. Iunij 1589. Etiam si lata sit per contradictas, quia contra illos, vti pariter contra alios minores, illo modo ferri nequit, nisi ad lites curatore assignato, Ant. Aug. in repert. titulo de contumacia, ibi per contradictas, numero quarto, Cresc. di
88 cta decisione nona. Si tertij possessores causam nullitatis rei iudicatę committi petant, non solet commissio denegari, addita clausula, prout de iure. Et quando nullitas, trium conformium potest opponi, non rescribitur cum clausula sine præiudicio rei iudicatę, quia si sunt nullę, cessat, l. tertia, §. iudicatum, ff. de re iudic. Sed cum clausula, sine præiudicio trium conformiū, at secundum glos. in clementina prima, de re iudic. & Corset. in addit. ad repert. Abb. in verbo iudicis incōpetentia, octaua limit. Si sententię essent nullæ respectu iurisdictionis, videtur, quod propter illarum auctori-

tatē exceptio incompetentiæ opponi ne-
89 queat. Citatio fuit per edictum exequuta, & deinde iudex processit per contradictas, & in commissione causæ nulla fuit mentio facta de citatione per edictum; tamen si petatur sanari talis nullitas, qn ante sententiā; licet sit quodammodo citationis defectus,
90 solet sanari. Secus vero si Aud. Cam. decernat monitorium nulliter extra Curiam; & pars non compareat, non datur commissio talis nullitatis sanatoria, quia adest defe-
91 ctus iurisdictionis ab initio (vt dixi.) Cauetur in statuto Vrbis, libro primo, cap. 55. quod aduenę, siue districtum colentes, foro capitolino subiecti, primo coram certo iudice personaliter citandi sint, ad sibi domicilium, & procuratorem reperibilem cōstituendum, alias decerni processum per affixionem ad valuas Curiæ, vsque ad sententiam inclusiuè: Euenit casus, quod quidam statuto inclusus, domi dimissa copia citatus fuit, qui neque in præfatæ citationis reproductione, neque in multis alijs comparuit. Sed elapso mense, eius procurator, productoque mandato procurę; nihil fieri, nisi ipso citato, protestatus fuit, & in quolibet actu, qui tandem per duas conformes succubuit. Dabatur de nullitate, tam primæ, quām secundæ sententiæ, ob primæ citationis personalis omissionem, quæ ita statuto dictante, necessario requirebatur, sub nullitatis pœna. Replicabatur per posteriores comparitiones, præmissis renunciatum fuisse, & data primæ sententiæ nullitate, quia secunda, primæ confirmatoria valida fuit: cessabat allegata nullitas, & eo magis, stante lapsu temporis a pręfato statuto præfixi ad dicendum de nullitate. Quare, lata sententia super nullitate præfatarum sententiarum, dubitatum extitit, an ista sententia in causa appellationis esset cōfirmanda, vel infirmanda: & confirmandam Domini dixerunt, quia in alio statuto, capitulo septimo, libro primo, vt iacēt sta-
92 tuta seruari debere mandatur, ideo si forma data non fuit impleta, quia in eorum confirmatione adest decretum irritans, & cl'a sublata, & ita seruari Papa mandat, sicq; citatio domi facta non sufficiebat, decisione octaua, de dol. & contum. in nou. & ita Rota dixit ex Veral. decis. 111. parte prima, & decis. 117. numero tertio, & quarto, par te prima, per doct. Bart. in l. 4. §. ait prætor, ff. de damn. infect. Quo ad comparitionē respondebatur, quod procedat opus est, vt citatus eo modo in termino, quo cadet citatio compareat, & tunc ex notitia habita, licet

licet illegitimè exequuta habetur pro legitimè facta Fel. in c. gratum, nu. 1. verſ. Sed nota de offic. deleg. & iſto caſu cauſa ad Curiã legitimè deuoluitur, & approbatio inducitur, deciſ. 11. de dol. & cont. in nou. ſecus quãdo incompetenter citatus præſumitur, & ignorãtia, Veral. deciſ. 119. nu. 6. & 7. p. 3.
93 Et citatio nulliter exequuta, habetur pro circumducta, ac per conſequẽs remanet ſnĩa nulla Caſ. de Graſ. deciſ. 11. de re iud. Alex. in l. ſi finita, §. Iulianus, nu. 24 ff. de damn. in fect. Iaſ. in l. properandum, §. ſi quidẽ, nu. 7. C. de iudic. Ro. conſ. 54. nu. 12. & quo ad id de ſecunda ſententia valida, quæ primã con
94 firmauit, Domini diſtinxerunt ex mente Felin. in c. ea quæ, nu. 2. verſ. fuerat enim lata. Vbi pariter reſtringit dictũ Innoc. in c. 1. de confir. vtil. vel inutil. id verum eſſe primo, qñ ſumus in ea nullitate, cui pars renunciare poſſit iure prohibente, exempli gratia, qñ vltra vnam dietam, ad iudicium trahatur, & quando primæ ſententiæ nullitas non eſt per partem remiſſibilis, tunc prima per ſecundam non ſanatur, præcipuè, quando habuit initium non purgabile, niſi per Principem, vt ibi Fel. nu. 3. verſ. Hoc modo loquitur. Nam defecit iudicis poteſtas legis formam trãſcendendo, quia quod potuit noluit, & quod voluit adimplere nequiuit, c. cum ſuper de offic. deleg. Abb. conſilio tertio, nu. 7. verſ. Venio ad duodecimũ, ibi quinimo plus, volum. ſecundo, Bart. in l. ſi expreſſim, num. 2. verſic. Mihi vero, ff. de appellat. vbi tenet, primam ſententiam ipſo iure nullam, non poſſe in cauſa appellationis confirmari, cum idem in ſecunda error ſit, qui eſt in prima, quia ſi non valet principale, neque acceſſorium, Bald. in l. legata inutiliter in princ. vbi Imol. num. 2. ff. de leg. 1. Luc. pet. in prax. Capit. libro ſexto, cap. 1. de cauſ. nul. num. 40. cum adduc. Nec facit deciſ. Achil. 4. de ſent. & re iud. quia loquitur quando eſt defectus iuriſdictionis, quod tamen procedere poterit iuſta ſententia exiſtente, Creſc. deciſ. 48. & eo magis in facto noſtro nullitas apparebat, ex declatis decreto irritanti, & clauſula ſubla-
95 ta. Quæ operantur, quod contra eorum diſpoſitionẽ veniri nõ poſſit, niſi de Principis licentia, neque dicto, neq; facto, Pariſ. conſilio 28. numero 7. volum. 4. & eod. volumine, conſilio 41. num. 3. Veral. deciſ. 134. num. 4. parte 2. Put. deciſ. 50. num. 5. par. 1. Ruin. conſ. 21. nu. 1. volum. 1. Aceligat quo ad nullitates ignorantes, Gab. com. opin. tit. de clauſ. concluſione tertia, numero octauo. Neq; ſtatuta ſic cõfirmata, poſſunt per
96 inferiores poſtea declarari, Fel. in cap. cum acceſſiſſent, numero ſeptimo, de conſtitut. Iaſ. in l. non dubium, ff. de leg. vnde inficit omnia, præter eius tenorem, geſta: & caret effectu, ac iuris forma, capit. ſi eo tempore vbi Doct. de elect. Et nõ ſolum nullam reddit ſententiam: Sed rei iudicatæ exequutionem impedit, Caſſad. ſup. reg. Cancel. deciſione duodecima, numero quarto, & ſeq. Sarn. ſuper eiſd. reg. de Annal. poſſ. quæſt. quinta, prop. fi. Dec. diuerſ. 149. parte ſecun
97 da. Quo vero ad lapſum anni ad dicendũ de nullitatẽ, dicebatur, quod ſtantibus præfatis clauſulis, non obſtabat, & quando nullitatis cauſa prouenit ex alterius ſtatuti diſpoſitione non adhibita ſollemnitate in ipſo decreto, Luc. pet. loco citato, numero tertio, quia præſumendum non eſt, nec veriſimilę, ſtatuentes, iſto caſu nullam dictam ſententiam dicendo, ſe voluiſſe corrigere, in hac generali traditione, ac eam ex temporis lapſu validare ſententiam, quam nullam
98 declararunt. Nam quando coram ſecundo iudice deducitur nullitas primi, & non poteſt eã ſententiam confirmare, iniuſtitiam confirmando facit, Franc. in cap. dilecto, numero vigeſimoquinto, verſic. vlterius aduerte, de appellat. Alexand. conſilio 111. ſub numero quarto, verſic. Secus quando volumine quinto. Et dato, quod per viã actionis ſit ſublatum poſt annum dicere de
99 nullitate. Quæ actio eſt temporalis, tamen nõ tollitur, quin per viam exceptionis, quę perpetuo durat, excipiendo poſt annum de illa dici nequeat, vt ibi Luc. Pet. numero trigeſimotertio, multa congerens, per regulam, quod tẽporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum. Sententia lata te-
100 ſtium depoſitione non publicata, non eſt ipſo iure nulla, quia publicatio non eſt de ſubſtãtia. Ideo ſtilus Rom. Curiæ eſt, quod non publicentur, niſi vſque ad tertiam inſtantiam, ne præiudicium in cauſa inducendis inferatur ſecund. Felin. in cap. cum I. & A. latè, num. 1. de re iud. Et dari ſolent ſummaria depoſitionum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Tertia vice appellare ius prohibet.*
2 *Commiſſio tertiam appellationem permittens non valet.*
3 *Princeps tertiam dare nequit de iure appellationem.*
4 *Tres ſententiæ plenè exequendæ veniunt, vel res iudicata.*
5 *Commiſſio nullitatis, & nullitatum, quare procurari ſoleat.*

6 *Rei iudicatæ, vel trium conformium exequutio nō impeditur in omni causa.*

7 *Nullitatis exceptio, etiam facta exequutione non tollitur.*

8 *Nullitas principaliter, & per viam exceptionis diuersæ.*

9 *Statutum prohibens dicere de nullitate, non comprehendit, quando de illa directe dicitur: sed nō impeditur interim exequutio.*

10 *Tempore ad appellandum elapso, non prohibetur quis de nullitate dicere, etiam via actionis.*

11 *Nullitas excipiendo perpetuo durat, sed replicando temporalis est.*

12 *Annalia ad agendum, & perpetua ad excipiendum, quomodo intelligatur.*

13 *Clausula appellatione remota: non intelligitur de sententia nulla manifestē.*

14 *Sententiæ tres conformes, si vna ipsarum est nulla, non exequuntur.*

15 *Commissio absq; clausula, sine præiudicio rei iudicatæ aliqua sñia nulla existente non cōceditur, sed datur eius loco clausula sine præiudicio trium conformium, ibidem.*

16 *Signatura aliqualiter de nullitatibus allegatis gustat, alias non rescribit.*

17 *Commissio, cum assignatione termini ad docen. de nullitatibus, vel attentatis, &c. datur & optima est dicta commissio, & quare pro 19. & 30.*

18 *Terminum iudex præfigere debet, si in commissione id dicatur, alias nulliter facit.*

20 *Nullitates retardantes trium conformium exequutionem, quæ sint.*

21 *Sententia nulla non meretur nomen sententiæ, neque in iudicatum transit.*

22 *Clem. vt calumnijs de re iud. intellectus.*

23 *Nullum, nullum effectum parit.*

24 *Calumnia non præsumitur, quando ex actis probatio se offert.*

25 *Sententiæ tres conformes, quando non exequātur.*

26 *Clem. vt calumnijs de re iud. in Concilio Vienensi edita fuit.*

30 *Nullitatis promptè cognitio non potest impediri, neque commissio super ea.*

31 *Statutum tollens de nullitate dicere, non comprehendit illas ex tribus.*

32 *Et ex actorum inspectione pariter resultans.*

33 *Appellans acta transportare, quando teneatur.*

34 *Iudex secundæ instantiæ non reproductis actis primæ, nulliter procedit.*

35 *Acta alterius instantiæ coram iudice, ad quem parte citata, sunt reproducenda.*

36 *Sñia nulla, an de consensu partium conualidetur.*

37 *Nullitas, quando effectum suspensiuum operetur.*

38 *Clausula sine præiudicio legitimę exequutionis datur non facta adhuc, exequutione.*

39 *Clausula sine pręiudicio legitimę exequutionis, vel rei iudicatę datur facta exequutione.*

40 *Exequutio in Rota quando cepta dicatur.*

41 *Commissio nullitatis rarissimè datur post tres sententias conformes.*

42 *Commissio nullitatis stantibus tribus conformibus datur interdum, cum cautione victoris de restituendo in euentum succumbentiæ prioribus, & potioribus etiam.*

Limita, vt ibi in exequutione irretractabili.

43 *Exceptiones altioris indaginis, quare interim non retardent exequutionem.*

44 *Verbum legitimè exequutionis, quid operetur.*

45 *Defacto per iudicem a quo factum, de facto per iudicem ad quem reuocatur.*

46 *Iudex nulliter procedens spoliat.*

47 *Nullitatis exceptio inceptam exequutionem non retardat.*

48 *Nullitatem opponere in genere contra tres conformes, non sufficit, sed debet in specie.*

49 *Nullitas ex actis procedens, quæ sit ad retardandum exequutionem.*

50 *Processus super nullitate etiam stantibus tribus sententijs si non opponatur valet.*

51 *Iudex a quo nō facta in commissione rei iudicatæ, mentione, rite potest exequi.*

52 *Inibitio illegitimæ emanata, nō īpedit executionē.*

53 *Inhibitio rotalis iusta, vel iniusta, timēda est, alias facit attentata.*

54 *Cōmissiones nulliter obtentas per Signaturam reformari peti laudabile est.*

55 *Clausulæ prægnantes de stilo Curiæ in cōmissionibus ponuntur.*

56 *Iudex inhibens, inhibet Principis mandantis auctoritate.*

57 *Iudex exequens, an de nullitatib. cognoscere possit Vide hic.*

58 *Citatio, vt sustineatur præsumenda.*

60 *Sententia lata supr nullitate iudicati impedit exequutionem.*

61 *Sequestrum quando super bonis, de quibus agitur apponatur.*

62 *Appellatio datur a sequestro quādo & quomodo.*

63 *Sequestrum, quando apponatur.*

64 *Instantia de nullitate dicendi, an perpetuo duret.*

65 *Actiones, quæ minori tempore non tolluntur per triginta annos durant.*

66 *Sententia, quando, antiqua dicatur.*

67 *Exceptiones omnes, an regulariter sint perpetuæ, & num. 70.*

68 *Causa nullitatis differt a causa appellationis.*

69 *Nullitate probata, remanet iudicium ratio actum nullum.*

71 *Tempus dicendi de nullitate quantum duret.*

72 *Tempus de nullitate dicendi in Rom. Cur. est perpetuum.*

Ratio.

Etiam non petita restitutione in integrum.

Amplia num. 73.

Nullitas

CAP. IIII.

1 Postquam aliquis ex collitigantibus succubuit in causa, & bis appellauit, tertioque ei appellare ius prohibet, dico ab eodem grauamine, secus autem si a diuerso, nā quoties quis grauatur, vsq; ad statutum numerum, a iure appellare valet, Alex. cons. 77. nu. 2. vol. 2. Abb. cons. 97. vol. 1. nam secus iudicatis quiesci ius præcipit. Sed si quis finita per sniam causa, vel p rem iudicatam, nihilominus obtineat rescriptum, dato etiā quod de pręmissis mentionem non faciat, nihilominus si sententia sit nulla, non erit inualidum, Felin. in cap. ex tenore, numero
2 tertio, de rescipt. Iccirco rescriptum, tertiā permittens, seu concedēs appellationē, nō tenet, capitulo sua nobis, distinct. 1. Socin.
3 in l. singulos, ff. de exceptio. rei iud. Adeo quod Papa, vel Princeps, loquendo tamen de ordinaria iuridica potestate per viam rescripti tertiam dare appellattionem nequit, sed an ex motu proprio id facere possit, vide Salic. in l. 1. num. 1. in addit. C. ne lic. tert.
4 prouoc. in ead. caus. Ideo latis tribus sententijs, quæ exequutioni plenè demandari debent, iuxta clement. vt calumnijs de re iudic. si partes quiescere nolunt, pariter si fuerit vnica vel duæ, quæ rem iudicatam constituant, ex iuris municipalis, aut priuilegij, seu quauis alia dispositione, vel in causa momentaneę possessionis, & similibus, videns quis appellationis vlterioris se beneficio destitutum, sententiam, seu sententias, ex capite nullitatis oppugnare, & infringere, ni-
5 titur, Commissione porrecta, in qua nullitatis, vel nullitatum causam, vel causas committi postulat, vnde an preces concedendę sint, & interim exequutio retardanda, videamus. Articulum, cum pluribus limitationibus, & ampliationibus tractat Imol. in coll. com. opin. libro quarto, capitulo vigesimoquinto. Et licet, ex dispositione pręfatæ Clementinæ vnicæ, de re iudic. trium
6 conformium, seu rei iudicatæ exequutio impediri nequeat, quia debet statim fieri, Ruin. consilio septuagesimonono, columna prima, & secunda, volumine quinto, tam in causa prophana, quam Ecclesiastica spirituali, criminali, & quauis alia, vt ibidē Glo. in verbo quamuis, vbi Doct. etiam si oīnò conformes nō essent, vt ibi Card. in 3. oppos. tñ in eo, quo sunt cōformes, erūt exequendæ. Quod amplia procedere, etiam si a decreto interlocutorio causa appellationis pendat, quia vt dicitur in dicta clement. in verbo ea similiter, & glo. in verb. huiusmodi emissę, & in verbo pendere, vbi Cardin. in negotio principali, nihilominus sententia tertia, exequutioni demandabitur, Ro-
7 man. sing. 290. Sed facta exequutione per quamuis oppositam exceptionem non tollitur, quin ad dicēdum de nullitate, quis admittatur, vt in dicta clement. ibi ad agendum, de nullitate, nam non est eadem ra-
8 tio, seu causa tollendi viam nullitatis principaliter mouendæ, & nullitatis per viam exceptionis, immo valde inter se differunt, quia si intentetur nullitas per viam exceptionis, libellus non requi-

ex tribus supra relatis, Vant. loco citato, titulo, quot & infr. quor. temp. numero tertio, & seq. quia cessat tunc calumniæ suspicio, vt ibi numero sexto. Vnde contra præfatæ clemen. dispositionẽ, rarissimè rescribitur absque clausula, parito iudicato, aut saltem sine præiudicio trium conformium (vt retuli) gustato prius de aliqua ex dictis nullitatibus per Signaturam, & non alias: & ideo dẽt gustari, ne prætextu somniatæ, seu cauillosæ inuẽtionis nullitatis, talis exequutio impediatur, vt ibi p Vant. vers. Praxim Curiæ, numero septimo, ita seruari attestantem. Vt interdum post tres conformes, vel rem iudicatã finis litibus esse pos-
17 sit, datur commissio cum præfixione termini breuis, & peremptorij arbitrio iudicis repositi, ad docendum de prætensis nullitatibus, attentatis, ac de causis, ob quas veniat restituendus in integrum, quo elapso, & nihil, quod releuet, docto, ad vlteriorem, & finalem exequutionem, expensas etiam taxando, & moderando, vt pro illis mandatum, seu mandata etiam necessaria, & opportuna decernendo, &
18 relaxando, procedat. Vnde si præfixo termino, quod fieri debet, alias iudex non adimplendo seriem rescripti, nulliter procederet, & in illo si de præfatis nullitatibus, vel alijs non constiterit, erunt sententiæ, vel sententia exequutioni demandandæ, vt plenè habetur in decisione Cassad. quarta, in fin. de dilatio. l. Titia, ff. de accusat. l. diffamari, C. de ingen. & manum. C. lator in qui. fil. sine legit. Alex. 108. in fin. vo
19 lumine primo. Vrgenti namque ratione, talis comprobatur commissio malitijs obuiando, ne perpetuo de nullitate dici queat, vnde nemini iniuria infertur, quia si aderit nullitas, pars, quæ obtinuit non poterit conqueri, quando ea existente retardetur, seu suspendatur exequutio: at si cessabit nullitatis defectus, ratio bene suadet, vt interdum lites finiantur, cum debita sententiarum, seu rei iudicatæ exequione, vt ibidem Vant. numero octa-
20 uo. Alio etiam modo secundum Staphyl. ibidem, numero duodecimo, erit in hoc casu distinguendum, quod, aut nullitas est euidens, siue notoria ex tribus supra allegatis, citationis, iurisdictionis, & mandati: vel alia concurrunt, de quibus infra dicam, & tunc, cum sententia nul-
21 la sit, quæ sententiæ nomen non meretur, Alexand. consilio quinquagesimonono, numero sexto, & octauo, in fin. volumine quarto, Ias. in dicto §. condemnatum, numero secundo, Clement. Pastoralis de re iudic. Franc. in capitulo dilectus, numero centesimodecimo, de appellat. Bald. consilio tercentesimo sexagemo sexto, numero tertio, Natt. consilio ducentesimo decimo septimo, numero sexto, libro tertio, carendo nomine sententiæ, etiam effectu carere debet. Ob id, neque iudicatum facit, & per consequens nullitas sufficiens ad eius exequutionem erit retardandam, mitigando rigorem Clem. pręfatæ, Bald. in l. prima, numero primo, C. ne lic. in ead. caus. tert. prouoc. l. quarta, §. ibidem, ff. ad exiben. l. is quo, ff. vt in possess. legat. Bart. in dicto §. condemnatum, vbi Angel. Bald. in l. prima, C. de iur. & fact. ign. & in Auth. quæ supplicatio, C. de prec. imper. offer. Quod etiam ratione pateat,
22 quia Papæ intentio fuit litigantium malitijs, qui sub diuersis coloribus lites in longum protrahere curant, obuiare, exequi mandando: ideo si euidens, tunc nullitas apparet, & quod petẽs in tali statu executionem calumniosè, non facit, cessat dicta Clement. dispositio, & rigor. l. adigere. §. quamuis, ff. de iur. patron. capitulo cum cessante de appellat. Res autem, quæ nulla est, nullum parit effectum, l. cum pater, §.
23 curatoris, ff. de legatis secundo, Et vbi ex actis prompta probatio nullitatis se offert,
24 nulla pręsumitur calumnia, vt habemus in titulo de emend. iustit. Cod. in secunda editione repetita prælatio, l. 1. C. quand. prouoc. non est necess. capitulo ex litteris, §. præterea, ibi probationes offert incontinenti, de restit. spoliatorum, latè Dec. consilio octauo, numero septimo, Doct. in dicto §. condemnatum, Bald. in l. fin. columna se
25 cunda, C. de ordin. cogn. Itaque si tres latę fuerint sententiæ conformes, & in prima aliqui ex litis consortibus non fuerint citati, si in alijs duabus sententijs succubuerint, non poterunt tres conformes contra istos, ad primam non citatos exequi, quia contra eos prima sententia non facit gradum, nec eis potest obesse, cum in illo iudicio non interuenerint, l. fi. ff. de re iudic. capitulo cum super, & capitulo penult. eodem titulo. Rigor autem iudicati, oritur ex iudicio, in quo quis est inclusus, Bald. in l. 2. per illum text. 2. notab. C. de fid. instrum. & ad suos actores debent gesta restringi, nõ ad alios, l. sancimus, C. de pęn. Alexand. in l. fin. numero nono, versic. Item nota de re iudic. & viden. in consilio septuagesimoseptimo,
26 numero decimo, volumine secundo. Sed adhuc obstare videtur dicta clement. vt ca-

lumnijs, quæ fuit edita in Concilio Vienensi, secundum Oldr. consilio 106. numero primo, in illis verbis, nullatenus audiatur, quæ verba tollere videntur omnem modum, & viam, per quam trium conformium exequutio impediri possit. At si consideramus rectè, Clem. præfatæ dispositionem, bene procedendum erit eo casus, quo trium conformium exequutio impediri ne
30 quit, nam ciuiliter verba intelligi, Summus Pontifex voluit, videlicet illis saluis exceptionibus, quæ in promptu sunt, altiorem indaginem non requirentibus, l. fi. is a quo, in princip. ff. vt leg. nom. l. quarta, §. ibidem, ff. ad exhiben. l. 2. C. de edic. diui Adr. tollen. Et ideo præfigitur terminus ad dicendum de nullitate, ne perpetuo talis obiectio duret, vt latè ibidem Vant., numero octauo, quem vide. Carent autem numero trium conformium, si aliqua est nulla, ob id etiam earum exequutio tolli, vti neque in alterius iacturam via de nullitate dicendi, auferri nequit, l. & si non tantum, §. & si pro tempore, vbi glo. in verb. nec vult exceptio ibi minus largè loquutus est, ff. de
31 petit. hæred. Retenta igitur littera, & sensu exequutorijs, non poterit impedire, quin causa nullitatis ex eisdem actis oriens, cuiusvè prõpta est probatio, absque alia calũnia cognoscatur, ad l. 1. C. quan. prou. non est necess. Oldrad. consilio centesimosexto, per totum, decisio. Pedemont. nonagesima secunda, numero quarto, Port. in collect. com. opin. conclusione vigesima quarta, versic. Contrarium in nullitate notoria, Ruin. consilio octuagesimoseptimo, columna secunda, volumine quarto, & cõsilio 73. volum. fin. & 76. volumine quinto, Doctor. & maximè Bart. in l. 4 §. condẽnatum, ff. de re iud. Veral. decis. 264. libro secundo. Immo exceptio nullitatis resultans ex eisdem actis, est tantæ potẽtiæ, quòd etiam rei iudicatæ exequutionem vigore trium conformiũ impedit, vt latè per Gab. libro secundo, com. opin. in tit. de except.
32 conclus. 4. in ampliat. videndus. Et in hoc limitatur statutum etiam disponens, ne vllo modo appellatio recipiatur. Et quod cõtra sententiam de nullitate obijci nequeat, dic esse intelligendum, dummodo non adsit defectus ex tribus supradictis, Dec. consilio 8. nu. 7. Ancher. cons. 271. num. 7. Fulg. cons. 150. num. 4. Alex. cons. 77. num. 1. & per tot. volum. 2. Hipp. de Marsil. sing. Et idem dicendum est, si ex inspectione, vel ex eisdem actis nulla appareat sententia, seu nullitas esset manifesta, vt ibidem Dec. Calder. cons. 8. in fine versic. item de nullitate de re iud. Anch. cons. 202. numero primo, Rom. cons. 42. num. 3. Alex. cons. 77. nu. 13. & 9. volum. 3. & consilio 21. num. 6. volum. 7. Pariterve, si lata sententia sit, non visis actis, neque transportatis integrè, nulla erit, Cassad. decis. 2. num. 10. de appell. & ita tenuit Rota cõram Seraphyno Decano, in vna Salutiarum matrimonij. Et an quando
33 appellatus, siue appellans teneatur acta trãsportare, vide Gabr. in lib. com. opin. in ti-
34 tulo de appellat. conclus. 5. Ideo si iudex secundæ instantiæ non reproductis actis primæ, secundam sententiam ferat, nulliter procedit, Bald. in l. 2. numero tertio, Ias. numero 51. Dec. num. 3. C. de eden. Felin. in capitulo Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, nu. 17. de cõstit. Gabr. vbi multa congerit in tit. de sentent. conclus. 5. numero septimo, Cæsar. de Gras. decis. 9. num. 5. de caus. poss. & propriet. Quod etiam procedit, si prima sentẽtia esset iusta, vt latè per Socin. iun. cons. 50.
35 num. 3. volum. 2. Talis autem reproductio parte citata est faciẽda, Rot. de fid. instrum. in nou. decis. 1. alias decis. 5. Ang. in l. properandum, §. sin autem reus, num. 2. C. de iudic. & ita pluries tenuit Rota, vt in illa Tudertina bonorum 17. Martij 1586. coram Illustrissimo Blanchetto, & in illa Bonon. de Henolanis 15. Iunij 1589. coram Illustrissimo Plato, & in illa Vlixponen. Parochialis 23. Iunii 1586. coram Domino Orano, iuxta dispositionem Concilij Trident. sess.
36 24. c. 20. Sed an sententia quatenus, nulla possit de consensu partium conualidari, vide Gabr. loco citato, in titulo de sent. conclusione secunda, omnino. Et an sit ipso iure nulla, vide eund. Gabr. eodem titulo cõ-
37 clus. 8. Et quando nullitas operetur effectum suspensiuum, vide Vestr. in sua prax. lib. 8. capitulo primo, numero secundo. Et quando faciat quiescere iudicium appellationis, vide ibi eundem Vestr. num. 31. Aut exceptio opposita est probanda, seu altiorẽ requirit indaginem, & tunc procedit alia opinio, quod exequutio non retardetur, ideo eo casu semper solet in porrecta commissione addi clausula sine præiudicio rei iudicatæ, vt dixit Staphyl. ibidem num. 12. alioquin, & sententia, & res iudicata frustratoriæ essent, vt per Ias. in dicto §. condemnatum, numero nono, Doct. & maximè Bal. in l. prima, numero primo, C. vt in vn. ea
38 dem caus. non lic. tert. appella. prou. Talis autem clausula ponitur in cõmissione, quando non est facta exequutio, nam si sit facta, & aliquid in eo statu rescribi petatur

tur, non debet tunc dici sine præiudicio rei iudicatæ, sed sine præiudicio legitimæ executionis, vel sine retardatione executionis, vt ibi Staphyl.num.3 De executione autem facti, & diligentia Commissionis executorialis, quæ expeditur in causis commissoriis,
40 alibi, dixi. Hoc tamen scias, in Rota executionem dici ceptam, quando executoriales sunt relaxatæ, & in hoc tenuerunt Domini non procedere opinionem recitatam loc.al legato per Staphyl. de quo est decisio Ve-
41 rall. 256. per tot. parte prima. Nihilominus post tres sententias conformes rarissime datur Commissio super nullitatibus, & si dari contingat, apponitur clausula sine præiudicio trium conformium, & ita practicari in Romana Curia testatur Vant. vbi supra tit. quot.& intr. quod temp. de null. nume. 6.
42 Vel parito iudicato, vt dixi. Sed si aliquãdo exceptionẽ altiorem requirere indaginẽ asseratur, & iudex illam aliquam in se habere æquitatem cognoscat, poterit petentem executionem cogere ad cauendum de reponẽdo omnia in pristinum, vel stando iuri, ac restituendo ad omne mandatum Domini, secundum negotii qualitatem, prioribus, & potioribus creditoribus, cui de iure, seu illi cui fuerit iudicatũ solui, vt per Ias. in dicto §.condemnatum, numero 9. Aut quę (suppli catio) de præcib. Imper. offer. capitulo lciscitata, de integ.restit. Quod tamen non procedit, quando agitur de executione irretractabili, vt puta membri mutilatione, & aliis causis relatis per Ias.numero nono, in dicto §. condemnatum, sed non in aliis regulariter, vt dixi, quia executiones requirentes altiorem indaginem, non possunt impedire executionem sententię claræ, & apertę, maximè si summarie, & executiuè procedatur, quia tales exceptiones reponuntur in alio Iudicio, & tempore, Bar. & Doct. maxime, Bald. num.20. dicto §. condemnatum, Grat. cons. 34. numero tertio, vol. primo, Contar. in rep.l. vnice, num. 19. & 24. C. si de mom.
44 poss. Bertaz.cons.17. & seq. vol. primo. Verbum vero legitime in dicta clausula appositum, operatur, quod si alias executio ritè, ac legitimè facta non sit, sed contra iuris communis dispositionem, & excessus tenor mãdati, vel sententiæ in re aliena, & similibus non mereantur solitum, & executiuum, fa-
45 uorem: Vnde si Iudex, a quo, de facto process sit, de facto per iudicem exequentem poterit reuocari, Innoc.in capi.cum dilectus, nu. 4.& in fi. de electio.& ele potest. maxime si absq; citatione, vt Innoc in cap.quærelam, num.6.vers. & alii dicunt eod.tit.pariter, vt dicam, quando nulliter iudex procedit, spoliat, ob id talis vti spoliatus venit restituendus, Bar.in l.iuste possidet, ff. de acq. possess. Gra.cons.140.numero 2.& seq. & cons.124. numero 4. Verall. decis. 112. parte secunda. Nec obstat si dicatur in hoc particulari principaliter de nullitate agi, nam licet indistincte libellus procedat, nihilominus per id nõ retardatur trium conformium, seu rei iudicatę executio, nisi modis relatis, nullo autẽ iure cauetur, quod exceptio nullitatis, inep-
47 tè tamen agendo, talem impediat executionem, Innoc.in capi. cum in iure, de offic. deleg. DD. in dicto §.condemnatum Ratio est secundum, Bal.in dicta l.prima nu.1. & 2. C.ne lit. tert. prou. quia exceptio est præiudicialis, sed non actio ista, quæ iudicis officio intentatur ex eo nempe, quia exceptio est summaria, actio vero ordinaria, vt ibid. Bal. nu.15. Subditque, quod quamuis iudex super nullitate procedat, nihilominus debet pronunciare, quod tale iudicium non obstet, quominus executio fiat, licet postea probata nullitate sententiam nullam declarare poterit, ac contrario officio fore executionẽ reuocandam, l.prima ibi si promptam non habeus C.quando prou non est neces.quod amplia procedere etiã dato, quod minime præfata impedire valeret decisio.nona, de re iud.in antiq Aliud tamen subnectam, quod ad retardandam præfatam trium confor-
48 mium executionem, cõtra omnes oppone re in genere non sufficit, neque ita de nullitate excipere, sed contra vnam, vel duas sen tentias in specie obiici debet, & tunc si (vt di xi) altiorem indaginem requirant, non retardabitur interim executio, Io. Andr.in cap. Pia de except. in texto, Specul.in §. primo, in fin.de exeq.sent. Sed si ex illismet actibus, in
49 quibus fundatur iudicium, incontinenti nullitas probetur, retardabitur, licet secus sit in actis probatorijs, qui non sunt de substantia Dec.in capit. quoniam contra, numero 26. vers. & hęc intellige in actis, de probat. & alias latè dixi in meo trac. de sent. Spec.earũque d.ff. & quo coga.cap.51.num.7 Et quãuis agi super nullitate non valeat, donec sen-
50 tentię fuerit executioni plenariè demandata, tamen nisi opponatur, processus valebit, Bal.in l prima numero quarto, vers. in contrarium, C.ne lit. tert.prou. & in l.Iulianus §. offerre, ff de act.emp. igitur, quando sic procedi conatur, curet alia pars contra quã agitur de eius interesse, se opponere, nec pati, quod ordinaria via tale iudicium discutiatur, quia maximũ sibi pararet pręiudicium. At quando talis executio impeditur, non fit

per

per viam actionis, sed exceptionis: vnde si (vt præmisi) incontinenti ex eisdem actis nullitas deduci non poterit, non retardabitur executio, exempli gratia, Pars quæ a sentētia non appellauit, alteri iudici id non obstante causam demādari obtinuit, & iterim priori, Iudici, ne suam exequatur sententiam, inhi-
51 beri fecit: Nihilominus Iudex a quo inhibitione non obstante, eo quia in ea nulla facta fuit rei iudicatæ mentio, vt par erat, cap. inter Monasterium de re iud. capitulo corā de offi. deleg. Ancher. cons. 160. per tot. Tho. Fastol. caut. 35. dub. 64. Glos. ordi. in cap. super literis, in verbo litera, de rescrip. vt latius in Commissione attētatorum supra dixi, ad executionē processit, de eius validitate fuit vt habetur in decisione tertia, de except. in nou. in Rota dubitatum, & Domini pro executionis validitate resoluerunt, ea moti ratione, quia licet lis sit super nullitate, tamē interim non impeditur rei iudicatę execu-
52 tio, quia inhibitio illegitima emanata, ad eam impediendam sufficiens minime erit, cap. non solum, & capit. Romana in fine de app. & quamuis fiat executio, nihilominus, non impeditur vlterior processus super nullitate: præcipuè, si tres adsint conformes, propter dictę Clem. dispositionem. Fallit tamē in inhibitione Rota para, quia siue iusta, si-
53 ue iniusta est timenda, alias facit attentata, vt supra in commissione attentatorum, posui. Et quando tales commissiones expediuntur, seu expeditę reperiuntur, laudabilius, & melius esset, ad lites effugiendas, pro-
54 pter eius reuerentiam, Signaturā adire, vbi facile reformantur, & cum clausula, quod stet obtenta commissio perinde, ac si signata esset sine pręiudicio legitimæ executionis, vel trium conformium, seu non retardata vlteriori executione, quando est cępta, patito iudicato, siue cum clausula si quid exequendum, vel ad legitimam executionem procedat, seu iudici ad quem demandatur, vt ad vlteriora procedat, perinde ac si præinserta obtenta non emanasset: & tales clausulæ apponuntur secundum facti contingentiam, vt Reuerendis Patribus Dominis meis semper colendissimis conuotantibus, melius de iure expedire videbitur, de quo certa regula, ob negotiorum diuersitatem, dari non valet, vnde post per iudicem, ad quē executio non impeditur, quam forsan impedire posset, si Commissio, & per consequens eius vigore inhibitio emanasset absque aliqua ex præfatis clausulis, & declarationibus, per tex. & ibi scribentes in cap. non solum de app. in 6. & tale impedimentum, maxime ex parte iudicis ad quem, inhibentis, de facili oriri poterit virtute prægnantiū
55 clausularum, quę de stilo Curię in commissionibus apponi solēt, vt dixit Vant. in tract. de nullit. in tit. quot. & quib. mod. nullit. in iud. prop. num. 30. & 31. Aliud dum aditur Signatura pro reformanda Commissione, valde bonum occurrit ad euitandam futurā
56 litem super attentatis, quia eo ipso, quod iudex, cui commissio dirigitur, inhibet, totum id facit auctoritate Papę, qui causam committendo, manum apposuisse videtur, & in consequens omnium inferiorum iurisdictionem ligasse, capi. vt nostrum, de appel. Lancell. de Attent. post inhibit. limit. 22. nu. 3. & patet ex decis. Achil. 29. de app. & eod. titulo decis. 58. in nou. Id facere tutius erit, etiam in omnibus aliis causis, petendo reformationem male expeditæ Commissionis.
57 Cōtra præmissa obstare videtur tex. in l. Prętor, ff. de iud. vbi disponitur, iudicem exequentem de nullitate executionis cognoscere non debere, quia sufficit fuisse pronunciatum, sed ex mente Innoc. in cap. cum in iure, numero tertio. de offic. deleg. & ex decis. 9. de probat. in nou. respondetur, quod si allegans sententiam nullam se non citatum asserat, & in instrumento sentētiæ seu in mādato executiuo de citatione fiat mentio, tūc non debet iudex exequens de hoc cognoscere, & ita intelligitur l. præfata, vt dicit Ias. in dicto §. condemnatum, numero septimo, Sed si citationē fecit, debet ab eo, qui executionem petit, probari, vt in d. dec. 6. & Innoc. loc. cit. numero quinto, vers. alij dicunt. Nā quando adest mentio citationis, multum facit, & quod præsumatur interuenisse, vt dixit Ancher. cons. 41. numero primo. Sat autem est incorporatio, seu mentio facta in mandato, licet originale non producatur, tunc autem pro sententia inducitur præsumptio, taliter, quod ad negantem citationem transfertur onus, illam non interuenisse, probandi, vt per Ias. loco proxime citato, cum
58 add. Nam Regulariter, vt sustineatur sentētia, citationem prçcessisse prçsumitur, etiam si in ea de citatione mentio facta minimè fuerit, ca. 1. & cap. bonæ memoriæ, de elect. & hanc esse communem Doctorum receptam sentētiam (vt dixi alias) testatur ibi Ias. nume. 8. de qua etiam per Alex. in l. de vnoquoque col. 2. ff. eod. tit. Franc. Viu. in comp. cōm. opin. in verbo sententia iudicis num. 1. & per tot. Iterum contra prçmissa insurgendo, allegari poterit, superfluam esse obiectionem causę nullitatis, si non est sufficiens retardare prçnarratam executionem nam

nihil

nihil operatur:sed si recte cõsideretur,istud contrarium non procedit:quia licet illico non sit sufficiens retardare, præfatam exe-
59 cutionem tamen si pronunciari contin-
60 gat super nullitate,erit,& executionem impedire sufficiens,ac omnia inde secuta reuocare, Alex. conf.59.nu.1.& secundo,vol.4. l. absentem,C.de accusat. Innoc.in capit. cum contingat in, Glos.magistr.de offic. delega. Bar. in l. sicut proponit,la prima, C. quo. & quan. iudex, & in l. si expressim vers.quæro
61 coram quo iudice,ff.de appellatio.Prçterea, quando pendet causa nullitatis, sitque ille, qui iam tres conformes ad sui fauorem obtinuit, de dilapidatione suspectus,vel alia cõtra ipsum iusta causa, Iudici bona visa adsit, interdum sat erit sequestrum apponere, vel parti petenti per cautionem, vt eius indemnitati succurratur,si oppositum sit, subuenire, Vestr.in sua prax.lib. 8. cap. 1. numero 7. vers.sed deci.& nu.15.Licet detur in hoc capite a tali decreto appellatio, veluti a diffi-
62 niente articulo, de quo agitur,partẽ grauante p interlocutoriam diffinitiuę vim habẽte,
63 Et sequestratio apponitur,quando possessor succubuit, & appellauit,Bal.in l.ab executore,num.17. C.quor. app. non recip. per tot. in l.euidenter,ff de execut.rei iud. quod etiã vt ibi Bald. subdit,num.18. procedit,si parilitas rationum,seu præsumptionum ad possessionem esset inter reum actorem, quia pariter tunc ad sequestrum deueniri poterit Bar.& Bal. in l.si adeo,ff.de dolo quod nõ prosequor. Sed nostrum modo breuiter
64 est videre, an instantia dicendi de nullitate perpetuo duret? & succinte distinguendum venit, quod, aut nullitas per modum agendi principaliter, seu directe intentatur, & tunc vsque ad 30. annos de illa dici valet, sec. Glos. auream,in capit. primo,in verbo,
65 vnde quæritur,35.q.9. in fi. Et omnes actiones,quæ a iure minori tempore non tolluntur,vsque ad 30. annos durãt, l.sicut vbi Bal. & Sali. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. Bald. in capit,sępe.col. pen. de appell. Marant. de ordin. Iud. part.6. vers. & demum fertur sententia nu.154. Card.in clem.1.q.14. de sent. & reiudic. Salic. in l.si præses, C. quom. & quan.iud.Spec.in tit.de senten.§. iura,in fin. Bal.in cap.dilecto col.5. ibi quinto quęritur, de appell.& in l.data opera,vers. sed quid, si
66 bannitus,C.qui accus.non pos. Triginta vero annorum tempore dicitur antiqua sententia,adeo,quod pro ea,etiam pro solemnitatem actorum, non facta mentione præsumitur,Viu.in col. com. opin.in verb.sent. Iudicis nume.8. Alex. conf.219. col.4.vol.6. Aret.col.36.colu.fin.Bero.in cap.quoniam contra numero 252.de probat. Aut nullitas per viam exceptionis deducitur,tunc quia re-
67 gulariter omnes exceptiones sunt perpetuę, etiam ius dicendi de ea perpetuo durabit, l. partem, §.fin.ff. de dolo malo non obstante statuto, vt infra paulo post dicam, prout est in vrbe, pręfigẽte termino ad dicendum, de nullitate,Castr. in l. si papinianus,§. filius, ff. de inof. testa. Put. deci.301. num.9. parte 2. Ratio est euidens,quando per hanc exceptionem nullum probatur, quicquid retro actũ a iudice fit,& sic quod nullum ab Initio fuit, nunquam tractu temporis conualidari poterit,l.quod nullum, ff. de reg. iur. vnde concludenter perpetuo durare tenendum erit, Glos. in cap. in nostra,in verb. momento de procur. Dec.conf.8.num.6.Glos.& DD.in l. prima,ff.quæ sent.sin. app.rescind. Ang. cõs. 287. col.3.Io.de Imol.conf.257.& conf.145. Gemin. conf. 154. Felin. in capit.Pastoralis, col.33. de re iud. Exceptiones namque quia agẽdo temporales sunt, excipiendo (vt dixi) perpetuo durant,Innoc.in cap. sępe contingit,numero sexto, de app. licet ibi Put.dicat nullitatem per viam replicationis intentatã esse temporalẽ, ac de illa perpetuo dici non posse:igitur officium iudicis implorari valebit post tempus pręfixum ad appellationem prosequendam, vt nullam sententiam pronunciet, licet appellationi post defluxum tempus ad appellandum renunciasse videatur, quasi gesta rata habendo quod tamen non obstante, (vt dixi) iudex procedere poterit, eo quia nullam sententiam dicit, ex di-
68 uersa causa ab ea, a qua appellatum fuit:ideo cum duę sint actiones,altera ad appellationẽ prosequendam, altera de nullitate dicendũ, & ad idem infirmandam sententiam tendant,bene iure permittente poterit, (vt pręmisi)id facere,qa sicut ex prosecutione causę appellationis videtur desiderari, quod sen-
69 tentia annulletur, ita pariter si agatur super nullitate,Sed quia ex alia causa oritur nullitas quamuis excipiendo, & de per se intentetur,quod tali ex officio iudicis declaretur, perpetuo obiici valebit.Sed pręmissa limita, & declara nisi fuerit statutum dans pręcisę tempus ad dicendum de ea,quia si labatur, licet sit euidens, allegare illam vlterius erit prohibitum. Alex.conf. 105. num. 4. vol. 5. Neque elapso dicto pręfixo termino circa eã pronunciare iudex debebit, Villalob. in coll. commu.opin. in verbo nullitas,num. 45. A-
70 liud.nempe de nullitate obiicere volenti,auxilium competit ab appellatione diuersum, & sup eo audiri debet, quo probato,siue in iudicio,

iudicio, siue extra sit appellatum, redditur iudicium retro actum nullum, vt ibidem Innoc. Et hoc quãdo ab initio gesta fuerunt nulla, quæ tractu temporis non validantur, vt dixi supra l. quod ab initio, ff. de reg. iur. capit. non formatur eod. tit. in sexto, Alex cons. 48 2. numero tertio, vol. 4. Vant. vbi supra in tit. quot. & vsque ad quo temp. nu.
71 8. latè Aut causa tractata fuit iudicis officio, quod officium iudicis actio dicitur, vt per Innoc. in cap. Iudicis officium num. primo, de officio iud. ord. puta ex restitutionis in integrum beneficio, tunc vero quadriennio durat Glos. in d. capit. primo, in fi. 35. 49. l. fin. C. de temp. in integr. rest. Aut intentatur vna cum ipsa appellatione, & accessoriè ad eam per viam actionis, & illico vna cum ipsius, appellationis expirat instantia, quia tunc nõ habet originem a diuersis fontibus, Bar. in l. si expressum num. 7. ff. de app. etiam si probabili ratione motus, nullitatẽ in medium adducat, Bal. in l. contra maiores nu. 4. C. de inoffic. test. Innoc. vbi supra numero sexto, Frãc. in c. dilecto col. 5. vers. Tertio nõ potest intelligi eod. tit. Si vero cum appellatione non fuerit intentata nullitas, tunc eius instãtia tanto tempore durabit, quanto alia iudicia, licet triennio de iure ciuili, vt per Bart. in d. l. si expressim num. 10. & ibi in add. Villal. in coll. comm. opin. in verbo nullitas nu. 45. Quod intellige procedere in actore, licet in reo perpetua sit, vt ibi late, & Ias. in l. data
72 opera, ff. de fideiuss. Quãuis in Romana Curia, vbi ius Canonicum seruatur, sit perpetua actio de nullitate dicẽdi, vt Vestr. loc. cit. proxime num. 10. Sed si ferri sententia contingat sub prætextu falsorum instrumẽtorum, tunc de nullitate dicere semper durabit, vt scribit Alex. in l. nam & postet §. si morior, numero septimo, ff. de iur. iur. etiam absque eo, quod restitutio in integrum petatur, ca. venerabilis de excep. ca. licet causam de probat. l. qui agnitis, ff. de except. Quando in
73 sententia alicui de nullitate dicendi facultas reseruatur, nẽpè eo casu pariter perpetua erit actio, Alex. cons. 59. numero 15. vol. 4. Durat perpetuo quoque exceptio huiusmo-
74 di de nullitate dicendi, quando causa tractatur, in qua adest animæ periculum, Franc. in capitulo dilecto q. 5. de app. Salic. in l. si præses, C. quo. & quand. Iud. Et quamuis in vna
75 & eadem Commissione causa nullitatis, appellationis, & attentatorum committi petatur, Achil. decis. 11. de rescript. numero 1. tamen nullitatis cognitionẽ principaliter demandatam fore, censendum erit, Decil. in dicto capit. dilecto col. fin. Vbi Franc. q. 14.
76 Verum quoad finem, an deserta causa appellationis censeatur causa etiam nullitatis, & attentatorum deserta, iuxta communem doctrinam in capit. ex ratione de app. & l. si maiores, ff. de inoff test. fuit resolutum in Rota, si non constabat notoriè non adesse nullitatem, vel attentata, desertionem esse communem, per dd. Frãc. ibid. q. 6. & q. 14. vt per
77 decis. Achil. 15. de rescrip. Sed an requiratur litis contestatio, pariter in hoc distinguendum venit. Quod aut de notoria nullitate resultans ex eisdem actis agitur, & tunc quia nihil pars facere debet, sed solum dicere modo vobis constat de nullitate sententiæ contra me, iam latè, modo agatur, & pronuntietur, cũ in notorijs versemur, in quibus ordo est, ordinem non seruare, capit. ad nostram de iur. iur. & non requiritur litis cõtestatio: & nam quando est contentio, an aliquid possit esse de iure, nec ne, neque attenditur ordo iudiciarius, Innoc. in capi. cum in
78 ter vos num. 4. in fi. de consuet. Et quamuis sententia lata super nullitate sit diffinitiua, vel illius cum habẽs ac in sententia diffinitiua multæ solemnitates a iure statuto seruari debeant, alias ipsis ommisso gesta vitio nullitatis subiacebunt, vt per eund. Innoc. in capi., auditis numero primo, de procur, l. properandum §. primo, & 2. C. de iud. Ioa. And. in cap. fin. de app. Nihilominus id locũ
79 habet, quando nullitas requirit altiorem indaginem, & non quando sententia ex inspectione breui actorũ nulla apparet, q̃ nomen sententię non meretur, Alex. d. cons. 59. nu. sexto, vol. 4. Ideo quia in ea defecerunt solẽnitates, & frustatorius fuit ordo iudiciarius perperam seruatus pręfato modo, eo non attento poterit reuocari, cum nil tam naturale sit, quam eodem modo dissolui, quã quid ligatum est. Quando vero de nullitate dubium erit, eo casu iudiciarius ordo venit seruandus, vt puta si exempli gratia agitur de sententia lata ab incõpetenti iudice, seu iurisdictione carente, c. at si clericis de iud.
80 Quia quotiescumq; nullitas, seu error colligitur ex eisdem actis, perinde est, ac si in sententia error esset expressus, & sic retractabitur, capit. cum Bertoldus de re iud. Aut nullitas non constat ex eisdem actis, sed altiorẽ indaginem, vel probationẽ requirit, & subdistinguendum iterum est, Aut principaliter intẽtatur nullitas aut incidenter, si principaliter, & litis contestatio, & per consequẽs iuris ordo seruari debet, vt per Innoc. in capit. iudicis officium, numero 2. multos casus connumerans, de off. deleg. vbi ponit, quando iuris ordine prętermisso, iudex procedere

cedere

89 Minori restitutio concessa, quando sit personalis, vel se ad fideiussores extendat.

90 Restitutio minori concessa in re indiuidua prodest etiam maiori, & num. 91.

92 Procuratori quando non soluendo dicatur.

93 Minor ex scripturis nouiter repertis aduersus rem iudicatam restituitur in integrum.

94 Minor habet iustam causam ignorantiæ gestorum, ab antecessore, vel procuratore.

95 Minor non tenetur in restitutione obtinenda probare iustum impedimentum, secus in maiore.

96 Minori iure perito, an detur in integrum rest.

97 Maior difficilius minore etiam ex clausula generali restituitur in integrum, ex iuribus nouiter repertis, fallit in reo, num. 103.

98 Maior lapso quadriennio, neq; ex noua causa in integrum restituitur.

99 Restitutio ex nouiter repertis iuribus dicitur noua causa.

100 Restitutio in integrum quando, agitur de præiudicio animæ semper peti potest.

101 Restitutio in integ. concessa defuncto prodest etiã hæredibus.

102 Maiori quando ex iuris ignorantia restitutio concedatur.

103 Restitutio in integr. cum clausula constito de bono iure, requirit eius purificationem.

104 Commissio restitutionis in integrum, an cumuletur cum causa appellationis, & nullitatis prout de iure.

105 Clausula prout de iure vbi ponatur in commissione extra Curiam, & quid importet.

106 Clausula prout de iure posita in corpore commissionis, in quo differat, ab ea posita in Signatura commissionis.

107 Forus non mutatur in commissione causæ restitutionis in integ. & quare.

108 Restitutio in integrum petere bonum est, vt nullam sententiam dicat.

109 Restitutio in integrum presupponit sententiam valere, vel contractum, sed læsionem ex ea.

110 Clausula parito iudicato, seu sine præiudicio rei iudicatæ, quare commissioni restit. in integrum addatur.

111 Appellatione pend. nil nouandum, quomodo intelligatur.

112 Clausula parito iudicato facit, vt rei iudicatæ exequutio non retardetur, & non pareatur quando sit lis.

Amplia, vt ibi num. 113.

114 Clausula parito iudicato, quid importet.

115 Exequutio contra tres conformes, nisi de alicuius si sententiæ iniustitia appareat, non retardatur.

116 Tertia sententia in minori aliarum quantitate cõdemnans, an sit conformis dicenda.

117 Clausula prout de iure in commissione restitutionis in integr. facit, quod post tres conformes exequi non attentet, secus si erit vnica sententia ibi.

118 Exequutio per allegationem solutionis impeditur.

119 Restitutio in integrum facilius conceditur aduersus duas cõformes, quę habent vim trium ex statuto, quam aduersus tres.

120 Beneficium latis tribus conformibus, quando per obitum vacare dicatur.

121 Clausula parito iudicato, stante vnica sententia est danda si lata sit parte præsente, secus secund. Staphyl. quia si parte absente datur refectis expensis.

122 Citatio per edictum, vel contradictas, quæ dicatur.

123 Clausula parito iudicato, quãdo detur latis sententijs per contradictas.

124 Rota, si nõ adest nullitas semper vult, quod iudicato pareatur etiam si vna sit sententia lata per contradictas.

Clem.

125 *Clem. vt calumnijs, an habeat locum stante vnica sententia, quæ in iudicatum transiuit.*
126 *Expensarum refectionem in restit. in integ. Rotæ arbitrio demandare opportunum est.*
127 *Tertius trium sententiarum ignarus, an ab eis appellando exequutionem impediat.*
128 *Restitutio in integrum denegatur, quando tertio est ius quæsitum.*
129 *Commissio appellationis non facta mentione triũ conformium, quomodo reformetur.*
130 *Instrumenta trium sententiarum conformium, absque registris sufficiunt per obtinenda commissione exequutoriali.*
Limita non procedere si ex eis foret iudicandum.
131 *Nullitas obiecta etiam si sint tres cõformes, prius cognoscenda venit.*

De commissione restitutionis in integrum.

1 DEserta appellatione non appellatum fingitur, Rot. decis. 5. numero quinto, de appellat. in nou. & cum locus rei iudicatæ sit, quæ de albo nigrum, & de nigro album facit finemq; liti imponit, l. 1. ff. de re iud. Viu. in coll.com. opin. oppos. 30. in fi. Lancell. de attent. appellat. pend. parte secunda, limit. 53. num. 1. Ioan. And. in cap. licet de sent. excom. eo quia succumbens nõ appellauit, vel in aliis instantijs iura nõ deduxit, eaq; de nouo forsan reperijt, siue indefensus, ac per contradictas cõtra ipsum pronunciatum extitit, seu ex capite absentiæ minoris ætatis, paupertatis, & alijs de causis a iure permissis, ad restitutionis in integrũ remedium conuolat, a iure adinuentum, vt ijs, qui illo digni sunt, subueniatur, ea mediã
2 te, ne indefensæ eorum iura pereant. Quod remedium extraordinarium nuncupatur, Abb. in cap. cum venissent, numero secundo, de restit. in integr Bart. in l. mandato,
3 vbi glo. ff. de minor. Illa ve concessa, non dicitur lis finita per rem iudicatã, licet secus dicat tex. in l. 1. ff de sent. & re iudic. quod debet intelligi, postquam fuit exequutum Put. decisione 311. parte secunda, nam potest eius exequutio per restitutionem in integrum impediri, sicut per appellationem,
4 etiam si requirat altiorẽ indaginem, Quod procedit, tam in executione irretractabili, puta pœnæ corporalis, quam etiam in alia reuocabili, dummodo detur fumus, quod calumniosæ non petatur tot. tit. Nil nou. restit. in integ. pend. Cap. Tholos. dec. 54. & decis. 85. Benint. decis. 77. Strictè, nempè res iudicata interpetrãda venit, quod circa easdem personas, comprehensas, & non vltra operetur, l. cũ quæritur, ff. de re iud. Innoc. in c. dilecto filio Abbati, num. 2. de rescript. Dicitur autem restitutio in integrũ in primum statum repositio, Bar. in l. quod si minor, §. restitutio, nu. 1. ff. de minor. Corn. cõsil. 125. nu. 4. & cõs. 184. nu. 3. vol. 3. Gozad. cons. 54. nu. 6. quæ relationem habet ad principium, Paris. cons. 19. nu. 31. vol. 1. Bart. in l. ab hostibus, §. Sed quoque simpliciter colum. 2 versic. Veritas est, ff. ex quib. caus. maior Ias. in l. interdum, nu. 4 ff. de cõd. indeb. Dec. cons. 436 num. 3. Card. in clem. 1. in 3. not. de rest. in integ. Butr. in cons. 19. nu. 2. Et latissimũ verbum Est, multa sub se con-
6 tinens, l. restituere, ff. de verb. sign. At quia læsioni opponitur, supplicationis species dicitur, redditque illud, quod iam læsio abstulerat, Ruin. cons. 19. num. 4 vol. 3. Paris. consilio 105. nu. 4. vol. 3. l. 1. Si aduers. transact. l. sed & si per prætorem, §. si fine, ff. ex quibus caus. min. Bar. in l. qui propriè, ff. de procur. Couar. in initio, secunda parte, relect. cap. 1. num. 1 & ad pristinum statum, quicquid sublatum fuit, perinde, ac si sublatum non foret, restituit, l. fin. in fi. C. de sent. pat. Sarmien. in reg. Cancel. in Regul. de sub collect. q. 14. nu 4. But. cons. 19. nu. 2. Innoc. in c. requisitus, num. 2. de restit. in integ. Potest autem superior spiritum vitæ causæ insufflare, ideo non est ad eum recursus prohibitus, Rol. a Val. cons. 74. num. 31. vol. 1. Bal. in cap. pastoralis, num. 4. de appellat. & in cons 203 num. 4. lib. 4. Paris. cons. 54 nu. 39. vol. 3. Ro. cõs. 25. col. fi. Mars. sing. 88. Alex. cons. 88. col. 1. vers. posset, vol. 4. Ias. cons. 16. in fi. vol. 3. Idem Rol. cons. 1. nu. 76. vol. 4. Et
7 quamuis iura extincta viuificet, ea tamen, neque approbat, neq; noua concedit, quia non plus reddit, quam sublatum fuit, Imol. in ca. super quatuor de maior. & obed. Ob id Sarnen. super reg. Cancell. de nou. toll. iur. quæsit. quæst 17. numero 4. ait quod
8 Appellationis species esse videatur, & aduersus lapsum temporis ad tantumdem, quantum læsio abstulit, datur, puta si ad appellandum restituit, contingat, intelligitur, quod postea infra decem dies prouocet, quod verum est, quando sumus in certo, sed si incerto, vt ad producendum instrumentum arbitrarium erit, vt per Zabarel. in clem. ab Ecclesia, num. 4. & 34. de restit. in integ. & quod consequitur ex remedio ordinario appellationis in tempore debito ĩterpositæ, eadem via, quę restitutio competit, eius priui-

legio

legio succurritur, Ias. in l.4.§.condemnatū, numero secundo, ff. de re iudic. & in l. preces, ff. de minor. quæ appellationi æquiparatur, ac cum illa similitudinem habet, ad effectum, vt in veteri statu omnia remaneant, adeo, quod executionem impediat Bald. in Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer. Vital. in tract. de clausul. in claus. in l. non appell. pend. numero septimo, Socin. cons. 109. numero secundo, volum.4. Ob id citatus, vel appellans, qui iuste impeditus ex infirmitate, in fortunio itineris, vel similib. venire non potuit, licet sec. Bald. absque alio ad causam admittatur prosequendam, vel ad appellandum, nihilominus sec. Ancher. in clem. si ante, nu. 11. de dol. & cont. venit in integrum restituendus & interim supersedendum, in executione, dummodo calumnia non adsit. Et an plena, vel semiplena requiratur probatio, di-
9 stringunt, in l. 1. C. si aduers. lib. in fin. De læsione probandum fore primo, si committitur causa restitutionis in integrum, & in hoc sufficit summariè de illa probare, quia si venit rescribendum, non est necesse, quod primo probetur plenariè, nam sufficiunt præsumptiuæ probationes, vt tollatur sententię obstaculum, vt aperiatur via rescissoriæ, nam quodammodo inconueniens esset, si bis aliquid in duobus iudicijs probandum foret. Istud vero non habet locum in Rom. Curia, quia absque eo, quod aliquid probetur, sufficit commissionem restitutionis in integrum (vt infra dicam) offerre sine alterius causæ probatione, & passim (vt pariter subnectam) datur: tamē debent intelligi præfata, quando talis restitutio peteretur coram Iudice, qui ad illam petentem admittere non debet, nisi primo dato aliquo fumo, ex quo restituendum fore sentiat, Imol. in capitulo ex litteris, de restit. in integr. est autem talis summaria probatio ad aliud iudicium, quod plenarium, & incidenter petitur præparatoria, dum postea principaliter, venit discutiendum, vt Doct. in dicto capitulo ex litteris. Adeo quod si iudicialiter de illa discutiatur, plenæ probationes requirūtur, vt Innoc. in dicto capitulo ex litteris, & Abb. & præcipuè debet plenè, & manifestè de læsione constare, quando contra sententiam, vel sententias concedi instatur, decisione quinquagesimaquarta. Cap. Tholos. Rota decisione secunda, de restit. in integ. in nou. & latè Benint. decisio. 82. numero a pri-
10 mo, vsque ad nu. 11. Triaque res iudicata habere debet. Primo, quod sit eadem res. Secundo eadem causa, idest actio. Tertio, eadem persona, l. & eadem, §. 1. ff. de except. rei iud. vbi Barto. & Doct. Socin. cons. 18. nu. 44. volumine primo, Grau. consi. 182. post numerum tertium, & de antiq. temp. parte secunda, in princip. nu. 33. Vnde vno ex supradictis tribus deficiente, non obstabit rei iudicatæ exceptio, Veral. dec. 93. parte tertia. Petitur interdum commissio causæ restitutionis in integrum in Signatura gratiæ S. D. N. Interdum in Signatura iustitiæ, prout de iure, cum clausula, si qua mihi iusta causa, &c. Sed quia ex multis, & diuersis capitibus tale remedium per commissiones, vel gratiosas Papę met porrectas supplicationes intentatur, breuiter illa, quæ earum occasione mihi occurrere poterunt, perscrutemur: Circa quod, primo restitu-
11 tutionis beneficium personale esse. Ob id non comprehendere fideiussores. nisi de illis specialis mentio fiat: sciendum est, quamuis ad hæredes illius, cui competebat transeat, Bar. in l. 1. numero sexto, C. de fideiussor. minor. & in l. minor autem magistratus, §. non solū, ff. de minor. & in l. qui duos columna secunda, ff. de reb. dub. Quod tamen fallit in fideiussore pupilli, l. si pupillus, ib. Bart. ff. de acquiren. hæred. l. minor, & ibi Bart. ff. de procur. & prodest fideiussori iudicii, non contractus, Bal. in l. fi. C. de fideiuss. min. Aufr. ad decis. 55. Capel.
12 Tholos. in addit. circa medium ibi: Item nisi in fideiussore minoris. Et licet in multis casibus per quemlibet magistratum superiorem illius iudicis, qui iudicauit, ac interdum per eundem met iudicem, qui pronunciauit concedi valeat, Bar. in l. causæ, la seconda, §. nunc videdū in 2. oppos. ff. de minor. Salic. in l. placet, C. de ped. iudic. c. ex litteris, vbi Abb. in 3. col. vers. Ex hoc dicto de restit. in integ. Franc. in cap. dilecti, quæst. 9. de appel. Tamen hoc omitto, sed solum de Cōmissionib. restōnis in integ. quæ in ambabus Signaturis concedūtur dico. Peti igi-
13 tur pōt, & dēt talis restitutio, infra quadriēnij tps, & non vltra, ꝙ quadrienniū currit, a die sciētiæ rei iudicatæ, dec 29. par. 1. diuer.
14 nu. 1. Quo elapso de iure denegatur, l. fi. vbi Doct. C. de temp. in integ. rest. pet. Dec. cōs. 29. nu. 2. & cons. 436. nu. 8. Afflict. dec. 175. c. 1. de rest. in integ. in 6. Clem. 2. eod. tit. Anchar. cons. 136. nu. 3. Innoc. in c. cū ex litteris de restit. in integ. Abb. in c. cum causam num. 9. de empt. & vend. Put. decis. 446. parte 2. Veral. decis. 136. p. 2. Et ideo intra quadriennium, quia ex Principum constitutione, non autem ex Prætoris edicto postu-

latur

latur,vt tenuit, Alex.in l.admonendi, nu.4. ibi Cast.num.7.ff.de iur. iur. cap. 1. & 2. de restit. in integ. in 6 Turzan. in lib. comm. opin. conclus. 109. Quadriennij vero lapsus post commissionem causæ impedit instantiam restitutionis in integrum, quod amplius peti nequeat, decis.533. nu. 15. par. 3. diuer. Quod amplia etiã si detur de bono iure, decis.276. num.3. & decis.233. eodem
16 lib. Quadriennium autem, de quo in l. superuacuam, C.de temp.restit.petend. quod in persona pupilli in ætate pupillari defuncti, maiori hæredi ipsius pupilli competit, currere incipit, nedum a tempore, quo maior hæreditatem pupilli adiuit, sed illico, post dicti Pupilli mortem, etiam hæreditate iacente, l. ad diem, & l.cum filius, vbi Bart. ff. de verb. obl. Din. in c. cum quis in ius de reg.in 6. Ratio est, quia statim adire potuit, & non adiuit, vnde ex negligentia ipsius, dum non egit, quãdo agere poterat, & quia hoc casu maior cõsideratur, vt maior, vt latè per Bellam. decis.653. non debet commodum reportare. Quod declara, vt in decis. eiusdem seq. 654. Sed an respectu
17 paupertatis aduersus quadriennium detur restitutio, Put.decis.446. par.2.num.1.dicit, quod non: & talis snĩa habita fuit pro communi, ex dictis per Abb. in cap. fi.nu. 15. de in integ.restit. eo motus medio, quia læsus permittendo lapsum quadriennij, videtur restitutionis beneficio, & iuri sibi competẽti renunciasse; maximè quando non constat paupertatem dedisse ad præmissa causam infra dictum tempus illam non petendi: Nam non sufficit probare impedimen-
18 tum, nisi probetur, quod prosequutus fuisset, si extitisset impedimentum: & id quando non est notorium, debet protestari, cap.
19 ex transmissa de præscript. & latè ibi Put. Immo, quod plus est, restitutio in integrũ post quadriennij lapsum obtenta, non tenet, de quo Aufrer. ad decis.177.Cap.Tholos. circa fi. versi. Adde quod restitutio, vbi ponit, an Ciuitas si de impedimento constaret, debeat post quadriennium restitui, Ang. Aret. & Ioan. de Imol.in §. rursus in-
20 stit. de actio. Fallit, nisi enormissima læsio adesset, quia Ecclesiæ, minori, & aliis ęque priuilegiatis restitutio ibi datur, etiam post quadrienniũ, Soc. de cõmuni in cons. 226. col.12.vol.2. Rom.cons.113.num.5. Alex. cons.3.col.5.vol.2. Turzan. vbi supra, Ruin. cons.122.num.17. vol.5. glo.fi.communiter approbata in cap.vnico, de restit. in integ. in 6. Alexan.cons.9. in fi. vol.3. Alber. Brun. cons.41. col.8. Cassad. decis. vnic. de empt. & vend. Ias. cons.54. & cons.seq.vol. 1.Corn. cons.58.nu.5.vol.3. Quamuis regulariter nõ dari, nisi ex causa, dixit maior Dominorum pars in Rota, vt ex decisio. 1359.
21 par.3. diuers. quæ est Ptolomei. Quod fallit in causa possessorij, quia supradictis, licet priuilegiatis, post quadriennium, quantumcumque causa sit magna, & possessorium videatur prospicere totam causam, non datur, sec. Socin. cons.266. nu.26. versic. Quia quando est contentio, volum.2. ea ratione motus, quia possessorium etiam de magna causa, dicitur parui pręiudicij, Dec.cons.28. num.1. l.vnic. C.si de mom.pos. Bar.in l.ad-
22 monendi, col.pen.versic. Sed aduertendũ, ff. de iur.iur. Quadriennium verò a die sciẽtiæ, non autem a die læsionis currere incipit, Bald. cons.92. nu. 1. par.1. adeo, quod a principio est vtile, & ex post facto conti-
23 nuum, Dec.cons.42.in fi. & d.cons.436. numero 9. Card. in clem.1.q.25. de præscript Abb. in cap.1.nu.12.eod. tit. & in cons. 32 in fin.volum. 1. Ob id, vt dixit Aym. de an-
24 tiq. temp. par.4. nu. 187. læsionem, seu factum ignorantis, etiam si staret per centum annos, nunquam operari. Quod dictũ quadriennium currat, asseruere, Abb. cons.89. num.11. volum.2. Canon. in cap.1. de est. in integ. in 6. Bald. in l. falsam, C. si ex fals. caus. Boer.decis.39.num.4. Paul.de Castr.in l.fi.ff. de collat. Alex.cons.71.col.fi.volumine primo, & cons.4.col.pen.versic. Nec obstat si diceretur, volumine secundo, Socin. cons.86.in fin. versic. Sexto, & vltimo volumine primo, & cons. 66. num. 11. volum.4. Hip. de Marsil. in l. qui ignorantes, num.17.ff.de fals. & sing.575. incip. multa,
25 & quamplura: Sed si aderit scientia, currere incipit a die vltimæ sciẽtiæ, Rot. decis. 2. de restit. in integ. in nou. vel incipit currere a die lapsus decem dierum, qui ad appellandum dantur. At si appellatum fuerit, a die latæ sententiæ in prima, & secunda, tantum, ratio est, quia cum a tertia sententia, non possit appellari. toto titulo, ff. & C. ne lic. ter. prou. a die latæ sententiæ pars lædi incipit, quod tamen declara procedere, quando sententiæ sunt contra principalem & verum cõtumacem latè, Veral. dec.415. parte secunda. Idem autem censendum erit in sententia lata ex falsis instrumentis, capitulo cum venerabili de except. Alex.in l. Admonendi, numero septimo, in fi. ff. de iure iur. Bald. in l. si sub specie, C.de re iud.
26 Minus quadriennium currit, qñ quis fuit legitimæ facto iudicis, siue aduersarij, vt puta propter iustos metus, vel alias similes

cauſas impeditus, Caſſad.deciſ.1.nu.1. de reſtit.ſpol. Salic. in l.fi.nu.8.verſic. Oppono, quod eo quadriennio, C.de temp. in integ. reſtit. Fel.in c. 1.nu.11. de præſcript. nec etiam curſus quadriennij, vel temporis ad appellandum currit, ſtante cōpromiſſo facto a partibus, ſecus autem ſi fuerint arbitratores a iudice deputati, Corn.conſ.63.n.3.prop.fi.vol.4. Aut ſi tñ, C. de temp. appel. Et in dubio contra rem iudicatam pronunciandũ fore, voluit, Dec.conſ.445.nu 44. Soc. conſ.181. nu. 85. vol.2. Veral.dec.93.nu 3 p.3. Ac quod tempus quadriennij, ad reſtitutionem petendã, aduerſus rem iudicatã, a die latæ vltimę ſnię, & non primę currere incipiat, tenuit Bald.
28 conſ.93.nu.1. lib. 1. Et non currat a termino peremptorio ad probandũ aſſignato, quia neque per lapſum huiuſmodi peremptorij erat completa lęſio improbanda, Si in ſecũda, & tertia inſtantia intrat regula, nõ deducta deducam, & non probata probabo, l.per hanc, C.de temp. appel.ca.cum Ioannes, de
29 fid.inſtr. Et non per primam ſnĩam, cũ non effectualiter ſit pars læſa, ſi ab ipſa fuerit appellatum, quia oẽm eius effectũ appellatio ſuſpendit, c.veniens de iur.iur. vnde merito, non ab ea, ſed ab vltima ſnĩa, quæ finem liti imponit, quadrienniũ computatur, Rot. de
30 ciſ.2.de reſt.in integ. in nou. At ſi aduerſus quadriennij lapſum, propter enormiſſimã læſionẽ detur reſtitutio in integrum, tenuit Rota eſſe læſionem declarandam, ex quo læſio conſideratur, non reſpectu amiſſionis totius cauſæ, quia fere ſemper quis illam integrè perdit, per dicta Socin.in conſ.266. nu. 24. volum. 2. Sed intellexerunt, quod reſpectu eius, quod ſupereſt habet enormiſſimam læſionem, Achil.deciſ.6. de in integ. reſtit.
31 Sin vero lapſum ſit quadriennium, mentio neceſſario ad reſcripti ſubſiſtentiam de pręfato lapſu eſt facienda, Veſtr. in ſua prax. li-
32 bro 4. cap.4.nu. 11. Et qualis in præmiſſis dicatur enormis, vel enormiſſima læſio, dixere Socin.conſ.266.volu 2. Dec conſ.180. nu.2.& ſeq. Pariſ.cõſ.12.nu.8 vol.1. Caſſad. deciſ.1.de empt.& vend.deciſ.Ped.142.nu. 15. & ſeq. Alex.conſ.94 per tot.vol.2. Bar. in l.interdum, nume.3. Quæro, quod tempus, ff.de min.loquens de tempore ad id dato, & in l. ab hoſtibus, §. Sed quod ſimpliciter, numero 8. verſic. Venio ad tertium, ff. ex quib. cauſ. maior. Vbi etiam tractat, per quantum temporis ſpatium, ſi minor in contractu læſus reperiatur, reſtitutionem in integ. petere poſſit, & in l. diuus, & in l. fi. ff. de in integ.reſt. Et licet (vt præmiſi) Eccleſię, &
33 alijs æque priuilegiatis poſt quadriennium reſtitutio detur, tamen eo elapſo ex quauis cauſa in beneficialibus non competit: ratio eſt, quia in beneficialibus non poteſt conſiderа enormiſſima læſio, Rot.dec.8. de procur.in antiq. Put.deciſ.437. par. 1. Sarmien. deciſ.30. Et ob id ceſſat, nec aliquid intereſſe Put.deciſ.63.nu.8. & deciſ.33 par.1.& deciſ.380.par.2. Veral.deciſ.330.nu.2.p.1. Caſſad.deciſ.1.de reſtit. in integ. quamuis denegetur minori, ob lapſum tẽporis, ob quod perdiderat ius ab beneficium, Achil. deciſ. 10. de reſtit. in integ. cauſa reſtitutionis, de qua in c.1. de reſt. in integ. in 6. & cũ deciſ. Sarm. videntur concordare deciſ. Caſſad.2. de reſtit.in integ. Tholom.deciſ.97. eorũq; dicta, ampliatq; etiam ſi res iudicata, culpa, vel dolo Procuratoris in beneficialibus cauſata foret, quia nec pariter tunc danda reſtitutio in integrum veniret, Caſſad.dec.5. de appel. vbi limitat opinionem contrarium aſſerentium, non procedere in beneficialib. quia non recipiunt æſtimationem: ideo nõ obſtante reſtitutione in integrum, res iudi-
34 cata in eis venit exequenda. Quod declara ſi a maiore petita fuerit, ſecus autem ſi a minore, Veral.deciſ.330.nu 1 par.1. Caſſad. deciſ.1.de reſtit in integ.& deciſ.7. de appel. Et datur in beneficialibus commiſſio reſtitutionis in integrum, cum clauſulis parito iudicato, & conſtito de bono iure, Put. deciſ. 33. par. 1. Et ideo in beneficialibus non datur reſtitutio, niſi ex cauſa enormiſſimę læſionis, quia nemo in beneficialibus lædi dicitur, maximè in parochialibus, Put. deciſ.380.num.3.par. 2. Nam non conſideretur in eis aliquod intereſſe, Put.deciſ.63.nu. 8 & 9 par.1.dec.8.de Proc.in nou. Put.dec. 64. par.prima. Et quod poſt quadriennium, conſtito de bono iure detur reſtitutio in integrum in beneficialibus, dicit idem Put.
36 deciſ. 380. parte ſecunda, numero primo. Ad hoc aũt vt ipſa detur, opus eſt, vt quis aliquid admittat, quatenus non concedatur, vel quod acquirere poſſit, & non acquirat, vel qđ oneri, quod nõ expediat ſe ſubijciat, vnde vt ſuper id cognoſcatur, iudici committitur, Innoc. in capitulo coram felicis, numero primo, de reſtit. in integ. Et an reſtitutio in integrũ detur ſtante modica læſione, licet multi Doctores inclinent pro
37 parte affirmatiua: Tamen magis communis ſententia eſt, quod non, dato quod fuerit Eccleſia, vel ſimilis, ac etiam in materia pœnali, quia non conſideratur modica læſio, vt latè, Gabriel. in lib. com. opinion. libro ſecundo, in titulo de re-
38 ſtit. in integ. concluſione prima. Quod limita

mita non procedere, qñ tractaretur de damno, quia tūc quodlibet, quāuis minimū præiudicium erit considerabile, Dec. in c. maioribus, nu. 2. de præb. Præterea durante tēpore, quo de nullitate cognoscitur, tēpus restitutionis in integrum petendę non currit, et q in causa nullitatis succumbat ille, qui instabat pro restitutione. Quod declara, qñ adest iusta causa non petendi illam, vel facto agentis de nullitate esset impeditus, vt per Achil. decis. 1. per tot. de in integ. restit.
39

40 Speciale mandatum ad restitutionem in integ. petendam requiri dixere Cassad. decis. 1. nu. 2. de procur. Bar. in l. titius, nu. 3. ff. de lib. & post. & in l. filius fam. num. 8. ff. de donat. Intellige id procedere, qñ restitutio principaliter petitur: nam tunc absque speciali mandato fieri non poterit, secus autem si incidenter requiratur. Couar. Var. resol. lib. 1. c. 6. nu. 1. c. sciscitata, vbi Abb. nu. 5. & 6. & glo. de in integ. rest. Rom. sing. 125.

41 Incidenter vero tunc postulari dicitur, non tantum qñ pendet causa principalis, sed etiā ea finita incontinenti post sñiam, dummodo infra decem dies datos ad appellandum petatur, vt Abb. in d. cap. sciscitata, nu. 8. Licet id num. 2. Couar. dicat habere locum in eadem causa, ad decis. 1. Cassad. de procur. Et quando adest generale mandatum, cū clausula ratihabitionis, & cum libera, ac multis alijs modis per ipsum ibi relatis. Et de Domino litis effecto, quod restitutionē in integrum petere possit, adest decis. Cap. Thol. 55. vbi Aufrer. in addit. distinguit, qd aut petens talem restitutionē officium publicum gerit, vti syndicus Ciuitatis, vel villę, & eo casu potest id absque speciali mandato facere, quia in publicis officijs non requiritur mādatum speciale, l. munerum, §. defensores. ff. de muner. & ita qñ gerit officium, vt qñ priuati collegij syndicus, si est in causa propria puta condemnatus ad aliquid, secus autem, si cessat speciale interesse. Petitur, & est pariter concedenda restitutio in integrum, respectu instrumentorū denuo repertorū, Canon. in cap. inter monasteriū, de re iud. Bal. in l. 1. nu. 4. C. de cōd. indeb. & Salic. in l. si sub specie, nu. 1. C. de re iud. quæ conceditur quoque prętextu sñiæ latæ ex falsis probationibus, etiam si pars, quæ obtinuit velit docere de aliarum probationum veritate per alias probationes, vti contra sñiam per dolum latam, vel culpam, aut gratiam, siue sordes, non autē per pecuniam, vt bene per Aufrer. in addit. ad Cap. Tholos. decis. 55. prop. fi. Tamen si talis facultas sub generali mandato, necne comprehendatur, licet de ea specialis mentio non fiat, sufficit Exempli gratia, qñ aderit in mandato procuræ clausula, quæ semper apponi solet, ad omnia alia faciendum, quæ speciale mandatum requirerent, vel in

42 eo facultas adesset supplicandi. Quia verbū supplicatio largo modo continet in se restitutionem in integrum, Cassad. d. decis. 1. numero primo, & tertio, de procur. versic. Nihilominus sufficit. Et pariter si aderit clausula cum libera, vel clausula ratihabitionis, nā isto casu ea, quæ speciale requirunt mandatum, procuratorem expedire posse dixit, Couar. Var. resol. lib. 1. cap. 6. nu. 4. cum latè adduct. qui per multas ampliationes quęstionem discutit. Hocque scias, quod Procurator, in cuius principalis fauore adest res iudicata, potest, & tenetur vigore sui mandati procuræ illam defendere, licet in eodē procuratorio de causa restitutionis nihil diceretur, tū quia restitutio est de appendicijs primæ instantiæ, vel causæ, tum quia licet requiratur (vt dixi) in obtinenda restitutione in integrum speciale mandatum, non tamen requiritur pro defendenda re iudicata aduersus restitutionē petitam, Cassad. dec.

43 2. per tot. de procur. Idq; fallit, qñ pro Ecclesia Prælatus restitutionē petit, qd absq; mandato speciali facere valet, vt dixit Card. in Clem. 1. q. 4. de in integ. restit. tunc autē speciale dicitur mandatum, quando causa specialis exprimitur, in qua restitutio in integrum peti debet, Bal. in l. illud, §. si quis, nu. 1. & 2. ff. de minor. Si vero fuerit dñs litis effectus, eam absq; speciali mandato petere valebit, Innoc. in c. sciscitata, nu. 1. versic. dic quod de in integ. rest. vbi tenet, quod in sententia lata in causa, in qua fuit procurator, id facere ēt possit. At Couar. loco citato, nu. 1.

44 contra sñiam Innocentij inclinat. Sed oriri potest quæstio, quam de facto habui. Lis agitur in Curia, in qua mater habet interesse, & est vna ex duabus sororibus collitigantib. ab ambabus adest procurator constitutus: Interim moritur vna ex præfatis mulieribus, relicto marito, & filio in pupillari ætate, citatur instante parte aduersa procurator, ēt vti dominus litis effectus, contra ipsum profertur sñia, datur de nullitate, petiturque etiam restitutio in integrum, quia erat in possessorio, quamuis mixto, in quo ad effectū suspensiuum, vt in materia Aegidianæ dixi, non datur appellatio, ac dubium erat, an esset procurator iste dominus litis effectus, adeo quod ad sustinendā sententiam sufficeret? Et licet ordinaria regula vera sit, quod sñia sustineatur, tū pro-

cedit, vbi & qñ non mutatur status, quia cũ hæres esset minor, qui fingitur eadem persona cũ defuncto iuris interpetratione, sequtur, ꝙ mandans, qui erat minor sit pupillus effectus, vnde nihil est prouisum, quare aduersus dictam mutationem non reuocetur mandatum. Quod pariter censendũ erit si hæres furiosus relictus sit, & istam esse sollemnẽ, & nouam limitationem dicunt ad regulam, ꝙ mãdatum duraturum post partem mandantis, non reuocetur morte ipsius mandantis, quia regula procedit, dummodo de persona mandantis ad hæredem non fiat status mutatio, vt latè per Soc. qui ad contraria respõdit, in consi. 112. num. 13. vol. 1. Ancher q. 23. nu. 1 & per tot. Quãuis ordinari è absq; alio mandato speciali, per procuratorem dominũ litis effectũ, restitutio in integrum peti possit, quia dominus mortuus alium constituere nequit, ꝙ secus est in cæteris casibus, vt per Innoc. in c. corã
46 fælicis, num. 1. de rest. in integ. Videamus modo, an vltra vnã vicem restitutio ĩ integr. peti possit, & de minore loquendo Bal. in l. quanquã, nu. 5. C. si sep. in integ. restit. pet. dicit, quod in ea petenda minor etiam variat, quare si illam semel impetrauerit, iterato petere valebit, dummodo necessaria iudicata fuerit, siue ex noua causa, Bald. in addit. ad Spec. in tit. de in integ. restit. versic. Secundo, & in l. 1. & 2 C. si sep. in integ. restit pet. qui titulus, per Rotam intelligitur procedere, in quacunq; noua probatione, etiam super læsione, vt exemplificatur per Salic. & alios, in l. fi. C. eod. tit. Abb. in alleg. cap. fi nu. 14 & 5. repellendo Ang. sententiam, qui præfata restringit solum, quo ad probationem circa ætatem, l. & si fine, §. restitutus, ff. de minor. 25. ann. Bar. in l. fi. C. de in integ. rest. Marc. Aur. in tract. de restit. in integ. c. 122. dicit, Quod si minor in hæreditatis aditione fuerit circunductus, datur ei restitutio, subdens, nu. 3. quod in huiusmodi supplicationibus, siue libellis, debet mentio fieri de minore læso ex sui facilitate, qa diligens paterfamilias hęc non fecisset, & si secus ponendo in libello, quod esset minor, nec ꝯcluderet ex sui facilitate fuisse læsum, libellus esset ineptus, vt ibi Bar. Et quod cõmissio restitutionis in integrum, constito, de bono iure, sit denuo concedenda, apparet ex decis. Veral. 9. par. 1. Vnde si pater delatam infanti filio hæreditatem, suo nomi-
47 ne adiuerit, vel repudiauerit, quod ius sibi facere permittit, postea filius adultus, vel sui iuris effectus, restitutionem implorare poterit, quæ semel concessa, postea denegabitur audienti, l. fi §. vbi autem, C. de bon. quæ li-
48 ber. Immo si maior voluerit restitui in integrum aduersus non confectum inuentarium, infra annum, non erit sibi restitutio deneganda, Bal. in l. fi. nu. 3. C. in qui. caus. restit. in tit. non est neces. & in l. fi. q. 2. C. de iur. delib. glo. in l. auxilium, ff. de minor. Innoc. in c. constitutus, nu. 3. prop. fi. de in integ. rest. Aufr. ad Cap. Thol. in addit. ad de
49 ci. 15. versi. Adde etiam minori, Et an læsio pręsumatur in maiore adeunte hæreditatem, vel in confectione inuentarij, & quomodo probetur. Vide Guid. Pap. decis. 141. & seq. quæ uera sunt, si minor, vel maior ex facto patris, siue alterius in potestate
50 sit læsus. At ea, quæ supra dixi de minore, qui in restitutione petenda variare potest, & denuo illam petere, declara procedere pariter, si denegata illi foret per errorem iudicis, vel per vitium probationis aduersarij, quia tunc iterato ad illam petendam admittitur, Bald. in l. cum circa, num. 2. & 3. C. si min. vbi num. 6. & 7. subditur, Quod super ætate propter defectum probationis nega-
51 tæ, denuo pariter in integrum restituitur, non autem super læsione, vt dixit etiã Rot. teste Put. decis. 79. parte tertia ex dictis per Bar. Bald. & Ang. in l. fi. C. si min. se maior. vbi de hoc rationem reddunt, videados, quæ decisio melius dubio per Dominos cõsiderato, & discusso, pariter reprobata fuit, sequendo illam Achil. intelligendo restitutionem in integrum concedi, tam si probationes sint super ętate, quam super lęsione, vnde ab illa Put. 29. alleg. ac Ang. sñia Domini recesserunt, vt per eundem Put. decis. 279. per tot. eadem parte tertia, Subdens dicta decis. 161. num. 3. Quod si minori concedatur, prima restitutio cum clausula parito iudicato. Tamen secunda restitutio prout de iure ẽt danda erit: & ratio est, cur ex noua causa concedatur, quia stante regula, qđ restitutio semel denegata, iterato denegatur, ne in infinitum vagetur, l. 1. C. si sep. in integ. resti. post. c. fi. eod. tit. Dec. cons. 436. num. 6. & 8. Capic. decis. 165. nu. 2. nisi causa probata super eadem re particulari, non est denuo audiendus, vt ibi Dec. num. 6. Et vt res facilius innotescat, ponam exemplũ: Commissionem restitutionis in integrum aduersus sententiã cõtra me latam, eo quia prohibitiones (vt fertur) luce meridiana clariores ꝯfecerũt, fuit mihi denegata, ex eadẽ cã non ero iterũ audiendus, nisi adsint pro-
52 bationes, seu iura noua. Et quæ sint istæ probationes, vel noua iura, siue noua defensio, ponit Spec. in §. quis autem nu. 6. & per tot.

tot. de rest. in integr. licet ad eam petendã contra sñam, & obtinendã, non sufficiat iu-
53 ramentum in supplementũ, sec. Bal. in d. l. cũ circa, nu. 1. & in Ift. num. 5. C. qui. & adu.
54 quos. rest. in integ. post. At si ad appellandũ restitutionẽ petiero, nõ ero repellendus, vt in d. c. fi. de in integ. rest. quia cũ sit appellatio deserta, secumq; rẽ iudicatã trahat. Aut. ei qui. C. de tẽp. appel. Clem. sicut & clem. appellanti, eod. tit. c. cum sit Romana de appellat. & except. rei iudicatæ, sit exceptio litis finitæ, Bar. in l. nam, & post, num. 5. ff. de iur. iur. cap. 1. de lit. cont. in 6. Dec. cons. 436. nu. 20. & 21. ẽt si renunciauerit appellationi ante sñam, quia dari põt casus. Quod sñia feratur, & iniusta sit, adeo quod facta renũciatiatione dicatur eo ipso læsus, vnde dignus restitutione sit Decis. Cap. Tholos. 54. vbi Aufr. in addit. At si petatur post sñiam, tunc concedi non debet, quia de lęsione nõ apparet, nisi nouam cãm, bonam habere ꝓbet, vt ibi Aufr. per alleg. doctr. Bart. Vnde quia facilius datur restitutio in integ. ad appellandum, aduersus sñiam, maximè si negligens fuerit procurator in tempore non prouocando, datur commissio cum clausula, prout de iure. At si semel porrecta fuerit commissio, & denegata, nõ erit amplius concedenda, Spec. in tit. de appell. §. quoties nu. 5. Et in §. quis autem, nu. 5. de integ. rest. Sed si casu fortuito, aut alias legitimè impeditus fuerit, de iure competit restitutio, Innoc. in cap. ex ratione, nu. 2. vbi Ioan. And. & Imol. nu. 6. de appell. l. preces, C. eod. tit. Cap. Thol. decis. 320. Et præfata commissio quasi semper iudici ad quem, & non iudici a quo dirigitur, dec. 2. prop. fi. de dol. & cont. in nou. Quæ passim denegatur excommunicato, excepta tñ causa beneficiali, vel matrimoniali, decis. 7. nu. 1. de appel. in nou. Ac pariter illi, qui extraiudicialiter appellauit, quando ob non prosequutam appellationem in sui contumacia lata sit sñia, dummodo non doceat de suo interesse, Rot. decis. 53. in fi. de appel. in nou. Sed dicta restitu-
55 tio ad appellandũ non denegatur excõicato, postquã absolutus fuit, qui pariter postea infra 10. dies appellare tenetur, Innoc. in c. cũ inter, nu. 1. de except. & ita pariter alij in-
56 fra 10. dies appellare tenentur. Et differentia maxima est inter restitutionẽ in integ. ordinariam, & ad appellandũ, quia prima tollit sñiam, & secunda non, vt multas recensendo opiniones dixit Innoc. in c. fi. vers. Pe-
57 tij in integrum. de in integ. resti. Præterea in restitutione ad appellandum sufficit modica ꝑsumptio, siue læsio. Bellam. deci. 334. Et melius decis. 418. Sed si ad appellandum fuerit restitutus, antequã aduersus rẽm iudicatam iudiciũ intentet, summariè damnũ, vel interesse probare debet, vt per Milis. in suo repert. in verb. restitutio ad appellandũ, Rot. dec. 30. de rescript. in antiq. & ideo modica sufficit præsumptio, quia requiritur exacta probatio postea in progressu causę, Rot. dec. 5. de rest. in integ. in nou. Tamẽ si lata prima sñia cõtra me, obtinui restitutionem in integ. si postea fertur secũda, pariter contra eam restitutionem aliã implorare valebo. Hęc dicta sint, quo ad restitutionem, quæ ordinaria via iuris petitur, de qua aliqua breuiter recensui, & recensere statui, quia si multa vellem ex hoc mare magnũ haurire, longiori opus esset sermo-
58 ne. Itaque præmissis non obstantibus, in Ro. Cur. vti ẽt in alijs locis, vbi adsunt Principes superiores non recognoscentes, petibis tale beneficiũ põt. Vno modo, vt supra recensui via iuris per Signaturam iustitię ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, de qua infra loquar. Alio autem modo in Si-
59 gnaturã gratiæ S. D. N. Nam si lata sit cõtra me sñia, quæ transitum fecit in iudicatum, quamuis iure ordinario eius executio retardanda non sit, nihilominus ex præfata clausula generali, in integ. restitutionem petere valebo, c. ex litteris de in integ. rest. l. 1.
60 ff. ex qui. caus. mai. Quamuis Princeps supremus possit solus restitutionem in integ. gratiosam cõcedere contra sñiam, vel alias, l. diui, vbi Bart. ff. de pen. c. significantib. vbi Abb. nu. 6. de purg. vulg. ꝙ suadeatur, nam sñia inter partes ius facit, c. cũ inter de re iudic. l. res iudicata, ff. eodẽ tit. ideo inferior a Principe met, non põt ꝑfatũ ius parti quæsitũ tollere, vt ibi Alber. i l. 1. & 2. C. sent. resc. nõ pos. vnde merito hac de causa nõ valet,
61 neq; iudex, qui sñiam protulit, neq; eius in officio successor illã retractare, ꝙ declara ꝓcedere in sñijs, q̃ in iudicatũ trãsiere, secus aũt in alijs, q̃ eam non habent iudicati naturã, q̃ iudices reponere partes valẽt, Dom. in c. venerabilis, §. porrò, col. 1. de sent. excõ. Idcirco licet virtute obtentę cõmissionis restitutionis in integ. per Signaturã iust. cõcessæ, nõ impeditur, quis, quo minus sup eadẽ re aliã gratiosam ex Sign. gratiæ S. D. N. petere valeat, & sicut pẽdente negocio princi-
62 pali petĩ restitutio in integ. Abb. in c. 2. nu. 18. vt lit. nõ cont. Ita pariter pẽdente primã restitutione, ꝓut de iure alia gratiosa requiri poterit, quæ non solũ (vt dixi) petitur aduersus sñiam, sed etiam lapsum fataliũ, vel quia non appellabilis causa sit, & alijs nego-

tijs,& causas, quæ quotidie occurrere possunt,& in quib.& alijs capitibus,vbi veniret appellatio denegãda,seu Principis auctoritatẽ,& brachio opus esset, grauatis opem lex indulget,vt in tutore,seu hærede petente restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis,ad hæreditatem adeundam, confectionem inuentarij,aduersus præscriptionẽ,omissas probationes,ad appellandũ,contra contractum,iuramentum, confessionẽ, & alijs de causis, quã euenire possunt, ac in
63 iure nostro connumerantur. Differtq; ista restitutio gratiosa ab alia prout de iure. Quia illico ex Principis restitutione omnia in pristinũ statum, sicut antea erant,reponũtur,nec ab ea datur appellatio, quæ denegatur aduersus Principis sentẽtiam, sicut etiã restitutio in integrum,glo. in dicto capitulo sciscitata,vbi Ioan. And. & Abb. de in integ. rest. Cap. Tholos. in addit. deci. 54. ibi, Idem quando cum addut. In alia autem seruatur ordo iudiciarius, immo qđ plus est, quia vitio nullitatis subiacere potest,datur ab ea appellatio,Spec. in d.§.fi.num.1.c.au-
64 dito, & cap. ex litteris, eod. tit. Quamuis cautela sit ad tollendum ne lites de litibus fiant, nevè interposita appellatione in longum trahantur, qua cauti iudices vtuntur, vt ad vlteriora in causa procedatur,quando restitutionis in integrum beneficium competere visum non sit, etiam ad rei iudicatæ executionem, vnde tacitè restitutio denegatur,vt per Put. decis. 279. in princip.par.3.assignato prius termino ad docẽdum de causis,propter quas veniat restituendus in inte-
65 grum,vt infra dicam. Similiter per gratiosam restitutionem a Principe contra sententiam concessam,omnes actus prius facti cassantur, & non in alia iustitię sicut etiã in restitutione ad appellandum non tolluntur gesta in causa,vt per Bal. in addit. ad Specul. loc cit. in verb. cui restitutio. Tãdem inter se differunt, sicut gratia,a iustitia, & rigor,a benignitate. Sicque videmus quando petitur restitutio aduersus sententiam, eo ipso omnia in pristinum statum silentij,vel appellationis reposita fore,adeo, qđ si post rem iudicatam directę forent exequutoriales,& res iudicata fuisset in causa restitutionis confirmata, nouis exequutorialib. opus esset, qa primæ prestitutionẽ in integ. euanuerunt, Cassad. decis. 13. num. 1. de rescrip. Ioan. And. in c. beneficio, q. 7. & ibi Imol. in
66 fi. versic. Vltimo tangit de restit. in integ. Si dari contingat cõmissio restitutionis in integ. ad appellandum contra primam sñiam sufficiunt, quando tres adsunt, duę aliæ sententiæ ad faciendum tres conformes, quia prima computatur, licet nunquam id contingat, stante cõfirmatione primæ per alias posteriores, quia licet sit nulla ex defectu iurisdictionis, potest in causa appellationis cõfirmari, Alex. cons. 122. nu. 15. vol. 2. Paris. cõsil. 107. nu. 15. vol. 4. Achil. decis. 4. de sent. & re iud. Cresc decis. 48. & Achil. 114. in manuscript. Sed qñ datur contra sñiam restitutio, tres aliæ requiruntur, qa prima nihil tribuit, vt in pręfata decis. Cassad, ac ex Doct. supra allegati habetur, & in hoc apparet, qꝙ maioris sit vtilitatis restitutio aduersus sententiam, quã ad appellandum, vt dixit Milis. in suo reper. in verbo restitutio datur mino-
67 ri, & Ecclesiæ prop. fi. Et an Monacho contra Abbatem restitutio cõpetat, vide dec. 5.
68 de restit. spol. in antiq. Concludo igitur, quod quotiescunque de læsione apparet, quãuis plenè iudici, cui rescriptum dirigitur, constare, ac eam gustare debeat, antequam ẽt minorem, aut alium ęquè priuilegiatũ in integrum restituat, Dec. cons. 436. num. 4. & 5. l. verum, §. restituitur, ff. de mi-
69 nor. Et siccum cõmissio sit limitata, & clausula, prout de iure det formam, regulandã quatenus de iure veniat restituendus: si de læsione iuridice non apparebit, cessabit restitutio, Bart. in l. diem proferre, §. stare, numero 2. & 3. ff. de arbit. Abb. in cons. 41. vo-
70 lum. 1. in princ. Dec. in alleg. cons. 436. numero 5. At Signatura iustitiæ, quæ nunquã consueuit denegare commissionem cum hac clausula, prout de iure, committit ordinariè causam tantum, nec de meritis senti-
71 re solet, nisi interdum superficialiter. Et id quando petitur restitutio in integrum gratiosa, non autem quando prout de iure, qa si ius aduersarij est radicatum super acquisitis, vel in sententia, in eius fauorem lata, seu alio capite, quando per Principem gratiosè restituitur, tollitur ius præfatum, & restitutio certum nocumentum in damnum illius, contra quem impetratur, inducit: ideo S. D. N. debent narrari, & per Signaturam videri causæ, saltim sufficientes, ad illam concedendam, quando stante potestatis plenitudine Princeps, qui supra ius disponere valet, capitulo proposuit de concess. præben. & omnia impedimenta, tam præterita, quam præsentia, & futura tollere, ad hoc, vt gratia, sub aliquo colore fiat, & suum sortitur effectum, illam concedit, & sic practicari solet secundum Rot. decisione 37. nu. decimoquinto, & 16. de præbend. in antiq. quæ illa, quę in facto consistunt, Papa ignorare præsumitur; Bisig. decis.

decis.13.nu.6.de preb.in antiq. si facere debet gratiam cum preiudicio iuris alterius, quod Princeps regulariter non solet, l. 2. §. merito, ff. ne quid in loc.pub.ca. mandatum de rescrip.cap. super eo, de offic. deleg. cap. licet de offic.ord.ca.nunc vero 9.q. 3. Thom. Fastol.decis.5.num. primo, Sanctitati suę, & Signaturæ narrantur causæ, ob quas saltim de æquitate tali gratia petens sit dignus, quę
73 facta, deinde infragabiliter seruanda venit Rot.de conces. Præb. in antiq. decis.26.nu.1.
74 Et licet (vt supra dixi) Papā vel Principē omnia iura in scrinio pectoris habere præsumatur, sed ignorare quæ facti sunt, intellige iura habere in pectoris scrinio interpetratiue, quia interpetrandi iura potestatem habet, c. pręterea 23 dist. & si aliquando in iure erret euenit, quod obliuio illum fallere potest, & ideo dixit Bald. in cap. primo, de confes. quod licet Papa eo ipso quod, Papa est, iuris
75 vtriusque doctor dicitur, id intelligitur, non scientia, sed authoritate: vel melius dici potest omnia iura habere in scrinio pectoris præsumptiuè propter assistentiam, & pręsentiam Illustrissimorum Cardinalium; siue Referendariorum, vel aliorum consilium præbentium, vnde cum sint periti, pars corporis Sanctitatis suæ præsumūtur, quia dum Princeps secum sapientes non habet, exempli gratia quando venatum vadit, non dici-
76 tur habere omnia iura in scrinio pectoris, nisi authoritatiue vti neque quando dormit, vel in lecto iacet, de quo late Cagnol. in l. fi. nu.18.cum add. C. de pact. Et ideo stantibus
77 pręmissis in ijs, quę iuris sūt, decipi Princeps minimè potest, Felin. in cap. super literis nu. 19. de rescript. Verall. decis. 167. nu.2. parte 1.
78 Ad propositum itaque redeundo, Dico, ꝙ restitutio non denegatur, vbi de lęsione constat, maxime minori. Bal. in Aut. qui semel numero 1. vers. 5. fallit, C. de probat. Card. in
79 Clem. prima, eod. tit. Et ex sola procuratoris negligentia, si passus fuit sententiam in iudicatum transire, minor restituitur, Abb. in c. 2. numero septimo de rest. in integ. quod intellige, dummodo probetur Procuratori nō esse soluendo. Cassad. decis.5.nu.7. de Appel. Moder. Perus. in cap. ex ratione col.x. vers. circa quartum impedimentum de App. Et pa-
80 riter si morte, vel infirmitate procuratoris in iudicatum sententia trāsiuerit, minori restitutio non denegatur, quia non potuit appellare. Cassad. decis.6. numero quinto de appell. vbi de morte procuratoris in Curia plures fuisse resolutum, & in Rota obseruatū testatur. Nam eo ipso, quod minor non appellat, præsumitur lęsus, Bar. & Bal. in l. sanci-

mus numero septimo, in qui. cau. rest. in integ. non est necess. ac etiam si fuerit instantia perempta, l. fi. vbi Bald. C. si tut. vel iur. Et cessat quoque in minore restitutio, quando contra maiorem obligatio habuit originē; nam tunc non consideratur eius persona, Cęs. de Gras. decis. prima, num. 13. de rest. in
81 integ. Smiliter datur minori, ac quando de illo loquor semper intelligo dece quæ priuilegiatis, restitutio in integrū contra tres conformes, seu tertiam sententiam, quod intellige, ne interim retardetur executio earum, Ratio est, quia Clem. vt calumniis de re iud. loquitur etiam in Ecclesia, pupillo, & similibus, vt dixit Bal. in l. prima, numero 16. C. ne in vn. & eadem cau. lic. ter. prou. licet Salic. ibi num.8. contrarium asserat, ea motus ratione, quia vbi denegatur appellatio, conceditur restitutio, & sic clementina, vt calumnijs loquitur, quando proponitur nullitas, non autem quando quis vult ratione mino-
82 ris ętatis speciali beneficio iuuari. Tamen Bal. sentētiam veritatis patris, qui nihil ignorauit, & iuriscōsultorū omniū subtilissimus atque in omni iuris articulo copiosissimus, nominatur a Grau. alios referente, in cons. 166. num.4. & cons.582. in fin. & cons. 400. num.3. Strac. parte tertia. Trac. de decoctor. in cap. circa tertiam speciem numero 1. vti
83 veriorem dico. Quia si clementina præfata tollit beneficium, ne contra eas de nullitate dici valeat, quod est de iure communi ordinarium remedium fortius, etiam, & hoc extraordinarium, idest hanc restitutionem in integrum ex defectu ętatis minoris tollēdam, apta erit: quia isto casu ad excludendū ordinarium remedium fortius ius commune esse debet, Bal. in l. si constante, §. quoties circa fin. vers. in textus, ff. sol. matr. & in l. arrogator col. 11. ff. de adop. & pręfata Clem. loquitur per verba gñalia, apta oīa tollere, quæ executionem trium sententiarum impedire possent, ergo etiam, & hanc, quia qui omne dicit, nihil excludit. Et quamuis pro vtraque opinione hinc inde sint scribentiū sententiæ. Tamen Rota in restitutione præfata, prout de iure concessa, communius, vt citius litibus finis imponatur, sępius Bal. opinionem secuta fuit, calumniis, & malitiis occurrendo, ne sententiæ cum tot. tantisuè laboribus, & expensis obtentæ, sint ludibrio, vt dixit Cassad. in dec.1. nu.3. de rest. in integ. per tex. in l. properandum, C. de iudic. capit. finem litibus, de dol. & cont. Licet aliquando secuta sit Saliceti, dicta, quādo ex nouis, aut antiquis iuribus apparet cessatio malitiæ, vel calumniæ, vt ibi Cassad. Melis. in suo reper-

torio

torio in Verb. executio trium ſententiarum Cęſ. de Graſ. Deciſ. prima de in int. reſt. nu. 11. Quod vt pręfatę cōtrarietates conciliari poſſint, verum credo, quando de pręmiſſis Signatura guſtat, & tunc ſecundum facti contingentiam reſtitutionem ſine clauſula parito iudicato dare ſolet, vt ibidē Caſſad. nu. 3. Rot. deciſ. prima, de reſt. ſpol. in nou. Cap. Tholoſ. cum addit. Aufr. deciſ. 54. Mohed. deciſ. 78. & maxime ſi in continenti id probetur. Couar. prac. quęſt. cap. 23. nu. 7. Menoch. de Arbit. Iud. caſ. 9. numero tertio, ac etiam quando ex antiquis, & nouis iuribus de bono iure patet: ſed de his latè in commiſ. nullatis diſſerendo, an exceptio nullitatis trium cōformium executionem impedire valeat, dixi, vbi vide, & deciſ. prima. de reſt. in integ.
84 in no. Pręfatam vero Clem. vt calumnijs locum habere in cauſis ciuilibus, in quibus executio eſt retractabilis, non autem in cauſis criminalibus quando ſententia retractari nō poteſt, ſcias, vt in deciſio. 430. Cap. Tholoſ.
85 Tunc autem reſtitutio in integrum non impedit executionem, quando ad illam eſt deuentum, & cępta, dico facti, vt infra dicam, ſeu quando omnes cenſuræ fulminatę ſunt, & ideo, niſi parito iudicato, non erit danda commiſſio, vel abſque clauſula non retardata vlteriori executione, Put. deciſ. 285. num. 16. & 18. Alex. conſ. 223. num. 26. Vide late, Lancel. de Attent. reſt. in integ. perd. nu. 16. & 18. Alex. conſ. 223. num. 26. vol. ſexto. Benint. deciſ. 85. nu. 18. Canar. in prac. guaran-
86 tig. col. 20. Reſtituitur pariter minor in integrum aduerſus contractum, ſicut diximus in beneficialibus, dummodo de lęſione conſtet, ſec. Couar. lib. primo, var. reſol. cap. 1. numero 12. & ſeq. cum add. quod verum intellige, dummodo obligatio a perſona minoris originem habeat, quia quando habet originem a maiore, non conſideratur eius perſona, neque eo caſu reſtitutionis in integrum reſpectu retardari debet executio, vt latè Cęſ. de Graſ. in deciſ. prima, num. 13. & 14. de reſtit. in int. Et pari modo Reſpublica.
87 Ciuitas, Caſtrum, ſiue vniuerſitas coadiuuantur in hac reſtitutionis materia ex priuilegio Pupillorum, & Viduarum inter eos exiſtentium l. Rem publicā, C. de iure Reip. lib. 10. l. reſpublica, vbi Bal. Salic. Caſt. & DD. C. ex quib. cauſ. maior. Abb. in cap. 1. nu. 15. de reſt. min. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Dec conſ. 43. in fi. Et pariter
88 de minore ſi fuerit lęſus, tutoris authoritate interueniente, quod ei non debeat reſtitutio in integrum denegari, dixere tex. in l. 2. vbi Bar. & Bal. C. ſi tut. vel cu. l. ſi quidem, C. de præd. min. Abb. in capit. cum cauſam, de emp. & vend. Corn. conſ. 196. nu. 19. Vol. 1. Et in ſimili dabitur in ijs, quę ſolus tutor geſſit, quamuis conueniri poſſit, l. etiā, vbi Bar.
89 C. ſi tut. vel iur. Et an reſtitutio conceſſa minori, fideiuſſores comprehendat, & an, & quando dicatur perſonalis, perſonam egrediens illius, cui conceſſa erat, & quando non, vide Bar. in l. fi. nu. 4. ad fi. C. de fideiuſ. min.
90 Sed non te lateat, quod reſtitutio conceſſa minori in rē indiuidua proteſt. etiā maiori, Gloſ. ſing. in l. 1. in verbo ratiocinari, C. ſi in com. ea cauſ. reſt. in ītegr. poſt, vbi Bar. l. loci. § ſi fundus, ff. ſi ſem. Vendic. & quando in minore ceſſet beneficium reſtitutionis in integrum, vide Corn. conſ. 338. nu. 8. vol. 1.
92 Secus autem in maiore, quia ſola procuratoris negligentia, niſi dolus adſit, non erit ſufficiens ad id, vt eleganter concludit. Alex. conſ. 95. nu. 7. vol. 2. l. a procuratore, C. mād. Idque in pęnam principalis, ſeu Domini cōſtituētis inductum fuit: imputet autem ſibi ſi malefecit in eligendo procuratorem ſomnolentem, & negligentem, qui tempore debito appellare, & alia facere omiſit, & tanto minus reſtitutio maiori competit, quanto ſi fuerit præſens, Vel ſciuit, nam tunc, neque etiam exceptione, quod procuratori nō ſit ſoluendo, iuuaretur, quia ſi iſta probatio altiorem indaginem requirit, nec illico ſit in promptū, non eſt in conſideratione ad effectum retardandi executionem, vt ibidem Alex. numero ſeptimo, & ſeq. cum add. Lancell. de attent. App. pend. q. late tractans c. 2. limit. 50. num. 8. parte ſecunda, tit. de attent. pend. reſt. in integ. cap. 13. num. 2. par. 2. & in terminis, Creſc. deci. ſeptima de app. ſubdens nu. 2. quod in Rom. Curia, vbi pauper litigat in beneficialibus, mediante perſona procuratorum, quibus non eſt ſoluendo, īmputandum pari modo erit ſibi Domino, ſi talem perſonam elegerit, ſed ſi non fuit defenſus, nullo modo appellare valebit, infra decem dies a die lata ſententię, ſi eſſet fictus contumax, citatus domi, & per procuratorē defenſus, ſecus autem ſi procuratori non eſſet ſoluendo, quia etiam poſt decem dies audiretur in ſubſidium, vt ex deciſ. 101. Cap. Tholoſ. & quando non eſſe ſoluendo procuratori dicatur, ſi erat quęſtio facti, id ex diſcuſſione apparebit, ſed ſi conſiſtit in iure, cauſa beneficialis, matrimonialis, vel ſtatū infamię, quę cum ſimilibus non recipiūt æſtimationem pecuniarum, iſto facto appellabit Dominus in tempore, ſeu reſtitutionem in integrum ad appellādum petere poterit, de quo ibidem in addit. Aufrer. ſed ſi Procuratori

natori soluendo non foret, tunc maximè aduersus lapsum fatalium restitutio danda veniret, l. arbitrium, § dolo, ff. de dol. l. si ff. de eo quem fact. fuer. Spec. in tit. de App. § nūc breuiter num. 18. vers. qui si pars, Alber. in Aut. ei qui, numero tertio, post med. vers. & est attendendum, C. de temp. App. Et pro cō cordandis istis opinionibus, vide Abb. in ca. Significante, prop. fin. de App. Florian. in cle. sicut prop. fin. de App. Tamen si procurator fuerit īfirmus, seu alias legitime impeditus, erit iusta causa, talis in integrum restitutionis petendæ, & dum petitur, in executione
93 supersedendum. Sed lata fuit sententia cōtra minorem, & forsan hęredem, quæ in iudicatum transacta fuit, ac in ea instantia, vrgente sua paupertate, nequiuit instrumenta pro se facientia exhibere, modo habet in promptu pecunias pro scripturis extrahendis, & mercede notarii soluenda, ac bonum ius ex pręfato instrumento, vel scriptura resultat, quæ forsan, tam ipse vti heres, quam principalis testator ignorauit, vel propalare ausus non fuit, sed post sentētiam, & rem iudicatam ad eius notitiam deuenit, vel reperiit, aut metus cessauit quęro, an res iudicata sibi obstet, & an ex nostra commissione restitutionis in integrum sit iuuandus, quamuis regula adsit, quod per instrumēta denuo reperta. Sententia, quę in rem iudicatam, transiuit, non retractetur, l. Imperatores, ff. de re iud. l. si sub specie, C. & c. suborta. eod. tit. Tamen licet ad rem iudicatam tollendā non sufficiant, bene ipsorum vigore restitutio in integrum, aduersus eam, ex clausula saltim, si qua mihi iusta causa, concedenda erit, l. 1. in fin. & l. sed, & si per prętorem, §. hæc clausula, ff. ex quib. cau. maior. Imol. & moder. in d. l. imperatores, Canon. in cap. suborta, de re iudi. Alex. cons. 69. num. 5. vol. 3. & in cons. 84. col. 2 vol. primo, maxime si hęredes sint, siue minores, siue maiores, quia iustam ignorantiam habere possunt, l. qui in alterius, ff. de reg. iur. Quod restringe ad minores, & alios æque priuilegiatos, vt glos. in dicta l. imperatores, in verb. in negotio, Io. de Imol. cons 3. nu. 2. & 3. Alex. cons. 69. nu. 5. vol. 3. Butr. cons. 27 Curt. sen. cons. 77.
94 Bal. in l. penultima, C. si ex fals. instr. Iusta etenim ignorantia rei gesta in causa tractata per antecessores, vel interdum per procuratorem, subest, vt dixit Alex. in d. cons 69. nu. 7. l. quod vulgo, ff. pro empt. Glos & DD. in l. si obligata, ff. de leg. 1. Paul. de Castr. cons.
95 257. nu. 3. volu. 2. Personæ namque istorum priuilegiatorum restitutioni locum dant, non autem iustum impedimentum, l. minor, ff de minor. l. interdum, ff. de cond. indeb. quia, vt supra citati DD. aiunt, si maior iustum impedimentum probare debet, non teneatur id probare, nec minor, neque alii æquę priuilegiati: sufficit etenim illis instrumenta denuo reperta allegare, quia fauorabilior est restitutio in integrum minori competens, & aliis ex edicto de minoribus priuilegiatis, quam maioribus ex d. clausula si qua mihi, Aret. cons. 104. num. 8. nam licet contra illos currat pręscriptio, tamen non denegatur restitutio, quādo absentes, vel ignorantes hęredes agere non valuerunt, maxime si claras probationes habent, decis. Pede. 158. nu. 13. Rol. a val. cons. 10. num. 15. vol. 4. Decian. respons. 39. num. 149. lib. 2. In multis autem casibus minori restitutio conceditur, & in multis denegatur, quos non tango particulariter, ne prolixus sim, maxime quia non est tractatus nostri intētio sed de cōmissionibus, & quomodo rescribēdum veniat, cætera illorum, quibus causę demandantur
96 iudicare, munus erit. Sed an minorib. iuris peritis detur resti. in integ. vide Sarmi. select. sent. lib. 3. cap. 12. & an restituatur aduersus delicti confessionem, pariter idem Sarmiē. tradit eod. lib. capit. 13. Maioribus vero non ita passim datur restitutio ex dicta clausula generali, si qua mihi iusta, ex præfato capite instrumentorum nouiter repertorum, & in specie alteri non est concedenda, quia si contra ipsum in rei liberatione prolata fuit sentētia absolutoria, & ratione instrumentorum nouiter repertorum (vt dixi) restitutionem petat denegari debet, suum autem erat, antequam litem inciperet, bene fundare intentionem, ac talia in promptu habere, & ordinare iura, vel rationes, qđ victoriam sperare posset, alias iudicium non intentare, nisi illis claris, & sufficientibus habitis. l. qui accusare C. de eden. l. 1. ff. eod. l. qui in alterius in fi. ff. de reg. iur. Castr. in d. cons. 257. nu. 3. vers. sed respondeō, vol. 2. Qui secus in reo esse ibidem affirmat, quia si fuit actori condemnatus in illo iudicio, suas non potuit facere probationes, vel exceptiones exhibere, repertis iuribus post condemnationum, quæ tempore litis, seu quando fuit conuentus, non erāt in eius potestate, merito ex restitutionis in integrum beneficio subueniri illo casu debet, cum præfata clausula si qua mihi, vt post Castr. dixit Frāc. Cur. Iun. in cons. 18. nu. primo, vol. 2. Immo constito de illius iniustitia, supersedendum erit in executione, Veral. decis. 114. nu. 2. parte tertia, Et ex his habetur intellectus ad l. admonendi, ff. de iur. iur. Vbi priuatus propter instrumenta denuo

repetta

reperta, nō restituitur aduersus sententiam, nisi fuerit lata vigore falsi instrumenti, vel iuramenti necessario præstiti per aliam partem, quod tamen declara procedere, in actore, non in reo, vt per Imol. & Castr. loco cita. Quamuis Alex. in l. sub prętextu, nu. 5. C. de transl. Ias. in l. admonendi, num. 10. vers. ego teneo, vbi de communi, ff. de iur. iur. & in l. Imperatores, numero sexto, ff. de re iud. Oddus de rest. in integ. q. 72. arb. 3. nu. 53. cōtrarium teneāt, quod non prosequor. Et quamuis actori forsan ex pręmissis, non competat restitutio in integrum, tamen iuuari poterit exceptione dolo petis, quod restitutus es, l. dolo facit, ff. de dolo except. vel actione indebiti, officio iudicis, de quibus per Castr. d. cons. 257 numero tertio, & 4. vol. 2. Alex. cons. 69. num. 9. vol. 3. Hip. de Mars. in sing. 219. Io. And. in add. ad Specu. in tit. de instr. edit. §. postquam, num. 9. quamuis Alex. cōs. 169. nu. 12 vol. 3. contrariū afferat, & d. cons. 69. num. 5 & isto casu plus operatur exceptio quā actio, Staph. de lit. iust. C. ad prędicta, nu. primo, Rot. decis. tertia de excep. in nou. Sed
98 quadriennio lapso, maiori, nec etiam ex noua causa datur restitutio, hinc est, quod committitur causa cum clausula, prout de iure, Achil. decis. 8 de rest in integ. Hoc autem di-
99 cere non omittam, quod si concedatur restitutio in integrum ex instrumentis denuo repertis, vt solum ipsis nouis documentis vtatur, opus est, adeo quod nulla alia probatio cum ipsis venit admittenda, l. admonēdi ibi quibus solis vsurus sit, vbi Bar. & DD. ff. de iur. iur. idque ratione suadetur, quia illa tantum probatio admitti debet, in qua non fuit ille negligens, Franc. Cur. Iun. in d. cōs. 18. nu. tertio. Immo quod plus est, si pro habēda restitutione iura denuo reperta non sufficiant, non debet restitutio concedi, quia antiqua, iura iam lite finita non habentur in consideratione, neque ex iuribus nouiter repertis sententia tollitur, sed pręuia in integrum restitutione, quæ cum vigore ipsorum retractari petatur, non sunt alia iura antiqua retro producta attēdēda copulatiua aūt, & insimul ad hoc, vt maiori restitutio detur duo requirat. Primo, ꝙ iusta causa illā petendi subsit, secundo vt constet de lęsione, & noua causa quæ dicitur, quando nouæ probationes ad illam confirmandam afferuntur, decisio. 229, parte tertia, diu. numero secundo, quod verum intellige, de nouis probationibus super ętate, non autem super lęsione, vt ibi num. 3. latè, vnde noua lis, vel superueniēs, vel emergens ratione illius, quæ tunc vertebatur aliā, & diuersam, a veteri excussionem requirit, decis. diu. 630. numero 5. eod. lib. Quod in minoribus non procedit, & alias ęque priuilegiatis, Abb. in cap. ex literis numero 5. & 11. vers. restitutio, vero in integrum eod. tit. de in integ. rest. subdens num. 7. vers. an autem sit dicendum, id non procedere in causa fauorabili, puta in causa matrimoniali, & simili, quia datur restitutio, etiam si iusta causa eam petendi fuerit per vnum testem, vel iuramentum probata. Nam vbi agitur de pe-
100 riculo animæ, quandocunque peti potest restitutio in integrum, quia sententia non transit in iudicatum, quod dic verum in matrimonio carnali, ratione peccati, vt declarat Felin. in capitulo primo, col. fi. de pręscrip. in quo nunquam sententia transit in iudicatum. Secus autem in matrimonio spirituali, quoad transit, Put. decis. 63. nu. 5. & seq. par. prima, Alleg. Felin. in cap. lator, de re iud. In
101 casibus autem, in quibus restitutio concessa fuit, hęredibus quoque proderit, Bald. in l. prima, C. de fideius. minor. l. prima, & ibi Bar. numero decimo, q. not. C. si adu. dotem l. non solum, ff. de restit. in integ. Conceditur etiam restitutio in integrū maiori ex causa
102 ignorantię iuris, si de damno euitādo agat, Bal. in trac. de rest. in integ. parte 1. q. 8. art. 11. per tot. Nam quando de illo agitur maioribus talis error non nocet, l. iuris ignorantia, & l. seq. ff. de iur. & fact. ignorantia, Gram.
103 cons. 225. numero vndecimo. Datur quoque commissio nostra cum clausula constito de bono iure, & sic condicionaliter, vel alia clausula simili, quare si non purificetur cōditio, cessabit restitutio, perinde, ac si con
104 cessa non foret. Paril. cons. 11. numero 2. vol. 4. Videamus modo, an commissio nostra restitutionis in integrum peti, & cumulari possit, cum cōmissione causę appellationis, & nullitatis, quę ita passim expeditur in Rom. Curia, cum clausula, nec non quatenus opus sit restitutionis in integrum, pro vt de iure, saltim ex clausula generali, si qua mihi &c. quæ omnia ideo simul in vna, & eadem met commissione coadunātur, & sic plura capitula etiam diuersa, qa in ea peti, & cumulari possunt, Rot. decis. 7. numero 2. de rescrip. in nou. Tunc autem, si non valet appellatio stante re iudicata, petitur ad effugiēdas impensas, ac pro celeriori expeditione, vt eidem iudici etiam causa restitutionis in integrum, committatur, prout de iure, quia si illud appellationis remediū vtile sibi non videt, alijs, nempe nullitatis, vel restitutionis, in integrū iuuari possit. At si non aderit clausula, prout de iure, quando restitutio petitur, debet per R. P. D. meum Referenda-

rium

rium addi, vel in fine commissionis, prout de iure, si in corpore commissionis desit. Si
105 vero commissio erit extra curiam, cũ postea breue expediatur, in illa particula posita in calce Cõmissionis, & cum absolutione a cẽsuris, &c. In illius fine debet addi clausula & p vt de iure, quia alio modo per Signaturam iustitię restitutio in integrum non conceditur, quæ clausula, prout de iure importat, vt iudex cui, commissio dirigitur, videat, an restitutio de iure sit concedenda, nec ne, Achil. decisione octaua. numero secundo de rest. in integ. in fine: & vbi in eadem commissione causa nullitatis, & restitutionis in integrum fuerint intentatæ, eadem sententia terminari dicuntur, Put. dec.
106 429. parte secunda, Sed notanter scias, maximam esse differentiam, quando clausula ista, prout de iure apponitur in corpore cõmissionis, vel in fine in Signatura Placet D. N. PP. provt de iure, nam verbum, pro v t de iure appositũ in corpore cõmissionis, facit lum, vt in clausula, in qua appositum est, prout de iure, rescriptum censeatur, vt in facto nostro, & committitur causa appellationis, & nullitatis, nec non quatenus opus sit restitutionis in integrum, tunc si subiungatur, pro vt de iure, restitutio solum prout de iure concessa erit, & causę appellationis, & nullitatis demandata simpliciter, quia clausula pręfata tantum modo illam particulam, vbi adaptata fuit, restringit, & appellatio, ac causa nullitatis purè commissæ remanent. Sed si in Signatura placet, prout de iure apposita fuerit, erit adeò tota commissio restricta, quod in omnibus petitis cẽsenda erit prout de iure concessa, & regulata, quia talis clausula in fine rescripti apposita, refertur ad omnia, quæ præcedunt, & supra narrantur, Abb. in cap. secundo requiris, de appel. Barto. in l. talis scriptura, ff. de legat. 1. Ideo melius erit, vt recordẽtur Domini Procuratores, componẽdo commissionem, in corpore talem clausulam suo loco ponere, sin secus erit arbitrarium D. Referendario illam, vel loco suo in corpore addere, vel in Signatura Placet, prout de iure, secundum quam postea illã Illustris. Cardinalis Præ-
107 fectus regulatur Forus nõ mutatur in cõmissione, & causa restitutionis in integrũ, quia est de appenditijs primæ instantiæ, & sic causa, vel demãdatur eidem iudici, a quo sententia processit, vel iudici, corã quo causa appellationis introducitur, vel est iam introducta, Cassad. decis. 2. nu. 2. vers. ratio differentiæ de procur. Immo est species appellationis, quia, ea facta, vel concessa, in causa proceditur ad instar, & ac si foret appellatũ. Ias. in l. 4. §. condemnatum, nu. 27. de re iud. l. pręsens, ff. de minor. sed secus est in causa appellationis, & nullitatis, nam in eodẽ rescripto, simul iungi non possunt, sed bene copulatiuè, & conditionaliter, quia si sentẽtia est nulla, nõ indiget, vt ab ea appelletur, si nomine sententiæ caret, nec in rerum natura haberi debet, vnde aduersus eam causam restitutionis in integrum, seu appellationis cõmittere opus non est, vt latè in cõmis. sanat. nullit. memini, quò te remitto, ne
108 bis idem repetendo tędio afficiaris. Tamẽ non abs re erit, vt restitutionem in integrũ petens, sententiam nullam dicat, & si qua est, in integrum restitui petat, vt dicit Abb. in cap. cum olim, el secundo nu. 10. de App. Nã hoc modo (vt dixi) cumulari causę pręfatę, Valent. decis. 7. de rest. spol. in nou. ad quod vide Bal. tenentem simul supradicta, intentari posse, in repet. l. editę, num. 86. C. de eden. Innoc. in cap. constitutus in Glos. in verbo nullam, numero secundo, de restit. in integr. Et an in pręmissis requiratur litis contestatio, vide decis. Rot. 3. de rest. in integ. in nou. Multum inter se restitutio, &
109 nullitas differunt, Nam restitutio in integrum pręsupponit sententiam, vel contractum, siue actum valere, sed ex illo lęsionẽ oriri. At nullitas ipso iure nullum contractum, actum, vel sententiam pręsupponit, dato quod, nec lęsio adsit, & sic etiam nulla sententia, Paris. cons. 97. num. 33. & 34. vol. primo, & cons. 100. num. 36. eod. lib. Glos. & DD. in l. non, & C. de priuil. min. Quando petitur restitutio in integrum aduersus rem iudicatam, diuersimodè in varijs stati-
110 bus intentatur. Adsunt multoties tres sententiæ conformes, vltra clausulam, prout de iure, vt dixi solitam, alia clausula additur Parito iudicato, seu sine pręiudicio rei iudicatę, aut sine pręiudicio trium conformiũ, quando aliqua considerabilis nullitas afferatur, & id ratione, quia si reperitur commissio signata simpliciter cum clausula, prout de iure executio impeditur regulariter, donec de illa an sit admittẽda, nec ne discutiatur, Lancell. de attent. recurs. pend. cap. 18. num. 26. par. 2. quia cum restitutio in integrum (vt dixi) species sit appellationis l. præses, ff. de minor. ideo sicut appellatio iudicatum suspendit, ita pariter restitutio, Benint. decis.
111 85. num. 17. Sed distingue, quod dixi appellatione pendente, nil fore innouãdum, intelligendum in actum contrarium ipsius appellationis, secus autem in actu apposito prosecutionis, vt bene, Bald. in l. per hanc nu. 3. vers.

vers. oppono, C. de temp. app. Sed quando
112 adest clausula parito iudicato, tunc restitutio in integrum non erit sufficiens illorum executionem retardare, d. clem. vt calumniis, de re iudi. Bald. in l. vnic. C. ne lic. ter. prou. Alex in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Imol. in collect. com. opin. lib. quarto, concl. 25. Vnde si stante cōmissione cum dicta clausula parito iudicato fiat citatio ad dicendū contra commissionem, cum rescriptum sit conditionale, nisi prius iudicato pareatur, non erit censenda lis introducta. Socin. cons. 99. col. tertia, vers. tertio autem, vol. 4. Put. decis. 429. parte prima, etiam si incidenter petatur, & peti possit coram iudice, Alex. & Castr. in l. non potest, §. si minor,
113 num. 6. ff. de iur. iur. Quod amplia procedere, tam in causa Ecclesiastica, quam profana, vel etiam spirituali, criminali, aut mixta, Glos. in d. clem. in verb. quauis, & ibi Card. 2. quæstione, & multis alijs modis, cū plurimis limitationibus, & ampliationibus
114 relatis, per Imol. vbi supra. Importatq; clausula parito, vt orator possessionem dimittat, fructus restituat, ac expensas reficiat, antequam in causa ad vlteriora procedatur, decis. 3. de except. in nou. & decis secunda, de lit. cont. in antiq. Staphyl. de lit. Iust. capit. quando petitur, nu. 8. & 9. C. si. de rest. spol. Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 3. num. 10. Tholom. decis. 23. Lancel. vbi supra num. 127. & 128. Subdens num. 126. per commissionem, cum tali clausula, non censeri litem introductam, nisi prius iudicato pareatur,
115 Vnde merito nisi constet de earum, vel aliqua ipsarum iniustitia, contra tres conformes, nisi modo præmisso, non est retardanda executio, decis. prima, de rest. in integ. in antiq. Decis. 1. eod. tit. in nou. de quo vide Vant. in tract. de nullit. in tit. quot. & intra quod temp. nume. 7. & Salic. in duabus ll. C. si sep. in inte. rest. pet. Benint. decis. 85. nu. 6. & 9. q. vbi num. 10. id etiam in minore procedere tenet, nisi aduersus tres sententias tā diffinitiuas, quam interlocutorias de aliqua causa doceat, propter quam verisimiliter, restitutio, stante læsione, concedatur, Innoc. in cap. auditis, num. 2. & 3. & in capit. ex litteris num. 1. & 2. de rest. in integ. Nam petens se restitui in integrum aduersus tres sētentias conformes, de noua causa docere debet, d. l. minor autem magistratus in fi. ff. de minor. Bellam. decis. 409. vt vide Gabr. omnino in lib. com. opin. tit. de exeq. rei iud.
116 concl. prima. Sed qd si latę sunt tres sententiæ conformes, & tertia quæ in pluribus capitibus, vti grauantibus appellantem declarat, male iudicatum, & propterea reuocat alias priores, easq; in minori quantitate confirmat in alijs capitibus, quæro an isto casu possint vocari conformes? & dico quod non, Immo priores sententias condemnatorias in maiori summa fore nullas ipso iure, dixit Put. deci. 323. lib. primo, & ita in his terminis in vna Larinēsis frumenti, coram Illustrissimo D. Cardinali Blanchetto, 1578. in qua iterum 10. Decembris 1577. Domini tenuerunt, sententiam pro parte nullam, non posse reformari, nec confirmari, ex quo in sententijs minor summa nō in est in maiori, & quod non sint conformes, habetur etiam ex decis. Bisign. 29. num. 2. Grau. cōs. 174. nu. 2. Gaur. concl. 56. lib. 1. Fallit in causa matrimoniali, vbi deflorraretur, puella, vel in causa retractabili, vbi de illarum nullitate agitur, quia non rescribitur cum d. clausula parito, decis. Cap. Tholos. 430. & quamuis inhibitum vigore commissionis restitutio-
117 nis in integrum, cum clausula pro vt de iure post tres conformes non facit, vt iudex in tertia instantia procedens dicatur attentare. Put. decis. 121. parte prima, secus si vnica lata foret sententia, quæ pariter in iudicatum transijsset, & post inhibitionem ad executionem processum, quia eo casu esset atten-
118 tata, Put. decis. 299. par. prima, Et licet iudex non impediatur vigore commissionis nostræ per restitutionem in integrum in
119 trium conformium executione. Tamen bene per allegationem solutionis impediretur, etiam quo ad fructus, quod pariter amplia procedere, in casu, in quo duę sentētię conformes rem iudicatam constituerēt, a quibus non est licitum appellare, vt in statuto vrbis, & ceu omnium locorum continetur. Paris. cons. 109. numero 5. vol. 4. Bal.
120 in l. vltima, col. fin. C. de sent. & inter om. iud. Quamuis facilius concedatur restitutio in integrum aduersus duas conformes, ex statutis iudicatam facientes, quā si tres latæ forent sententiæ, vt bene Gabriel. late cons. 49. numero primo. Hinc est, quod si quispiam contra se tres sententias in causa beneficiali reportet conformes, eo casu vacare per obitum illius dicitur beneficium, etiā si non fuerit facta executio, Ruin. cons. 29. columna prima, & seq. volumine tertio, Gabr. lib. com. opin. tit. de re iudi. concl. 1. nu.
121 secundo. Aut vnica lata fuit sententia, quę pariter transitum fecit in iudicatum: & iterum Staphyl. ibi distinguit. Aut lata est parte præsente, aut parte absente, seu per contradictas, primo casu si parte pręsente, danda est commissio cum clausulis supra positis,

ris, secundo si parte absente, solum datur clausula, refectis expensis, in quibus aduersarium fatigauit, & id, quia causa non fuit plenè discussa, quare propter dictam absentiam non tenetur dimittere possessionem: Nam si partium assertione merita causæ panduntur, l. fin. C. si per vim, vel al. mo. capitulo graue, trigesimaquinta dist. non debet exequi, & cogi isto secundo casu, vti ille, qui citatus, & auditus succubuit, Immò Staphyl. ibid. numero vndecimo, dicit etiã in hoc secundo casu dicta locum habere, si fuerit primo citatus personaliter, & deinde per cõtradictas, secus verò si fuerit per edictum, quia cum verosimiliter ignorantiam præsumere posset, non indigebat commissione restitutionis in integrum. Sed potuit sibi per appellationem, a die habitę notitiæ
122 prouidere. Dicitur autem talis citatio per contradictas, vel edictum, quædam iuris fictio, quæ tales sic, pro personaliter citatis habere facit, nam ex quadam iuris præsumptione ius facere præsumit, talem sic citatum habuisse notitiam, & ad ipsum peruenisse citationem, licet ptopter absentiam potuerit non peruenire, vel etiam si sciuit, fuit forte legitimè impeditus in veniendo, vel forte mittendo, vndę si iudicem non contempsit, potius contumacia ficta, quam vera censenda est, capitulo venerabilis, §. porro vers. ijsdem est de senten. excom. in sexto, Vbi si primo modo citatus notitiam non habuit, & sic comparere non valuit in termino præfixo, ob id fuerit ab ordinario excommunicatus, si ad metropolitanum appellatur, deductis coram eo narratis, in primis venit absoluendus. Valde autem iniquum esset, si per talem ctam citationem partis ius auferretur, & defensio, & sic restitutio in integrum, siuè appellatio, quę Diabolo, si in iudicio esset de neganda non veniret, capitulo cum speciali de Appellatione capitulo cum inter, de excep. Satis autem est, quod si citatus non cõpareat, ex lata sententia afficiatur. Sed quãdo expresse de scientia citationis constaret, & de contemptu, tunc non esset appellans audiendus, Rot. decisione decimasexta, de dol. & cont. in nou. Felinus in capitulo quoniam frequenter, §. porro numero decimo nono, vt lit. non cont. Immò lata sententia contra citatum, per contradictas, quæ transiuit in iudicatum, non demandabitur executioni, Achil. decisione nona, de re iudicata.
123 Quando autem per contradictas duæ vel tres latæ sententiæ forent, pariter ibi firmat Staphil. quod propter nimiam partis contumaciam apponatur clausula parito iudicato, quod durum videtur, nec potest esse, quia si vna lata, eo modo transit in iudicatum, non est alijs opus, & dato (vt ipse dicit) quod plures sint sententiæ, nihilominus simili uia, omnes quo prima latæ sunt, & factæ citationes, ac deficit notitia, Vnde satis erit in expensis in prima, secunda, ac interdum tertia instantia illum condemnare, quia si ex capite iustæ ignorantiæ datur restitutio contra sententiam, vt supra dixi, locum tale assumptum habebit in hoc facto, in quo ignorauit citationem, vel progressum causæ, vnde æquitas non petitur, quod ęqualis sit conditionis cum eo, qui habuit citationis notitiam, ac iure medio condemnatus
124 fuit. Sed opinio pręfata Staphyl. repulsa fuit per Rotam, & in ea non seruatur, quia Rota vult, vt pareatur iudicato, etiam in illis terminis, quando non adest nullitas resultans ex eisdem actis, de qua incontinenti doceri posset, vt per Verall. decisio. ducentesima quinquagesima sexta, parte prima: Ea nempe ratione, quia prima citatio exequitur legitime in partibus, postea in curia per contradictas. Nec contrariatur deci. alleg. Achil. nona de re iud. quia cum ibi versaretur in dicto capitulo priuilegiato, voluerunt Domini, quod a censuris absoluerentur, & non dicitur, an in Rota, vel alibi inflictæ fuerint. Immo, quod rem iudicatam in Rota passus, etiam per solam sententiam rotalem in causa restitutionis in integrum non veniat audiendus, nisi refectis expensis, denuo resolutum extitit vt ex decisione, Cæsar. de Gras. prima, numero decimoquarto, de re indicata, cum non præsumatur calumniari, si sententiæ ferantur per contradictas, & in contumacem fictum qui illas non vidit, sicuti quando partium assertione causæ merita, patefacta sunt, ideo in dicta Clementina non comprehenditur: Ibique Staphyl. subdit, quod clausula parito, iudicato in commissione nostra veniat apponenda, etiam si vnica lata sit sen-
125 tentia, quæ in iudicatum transiuerit, nec etiam vniuersaliter placet: ea nempè ratione, quia si perpendamus verba Clementinæ præfatæ, vt calumnijs, de tribus conformibus loquitur, quibus stantibus audientia denegatur, quare durum videtur inferre, quod dispositum in tribus, & quando per tot instantias benè omnia fuerunt rimata, in vna sola locum eodem mo-

do habeat, sed nè Staphyl. perperam locutum fuisse dicamus intelligitur (meo iudicio, vt dixi) locum habere in Rota ad d. dec. Veral. & Put. deci. 285. parte secunda, secus quando extra Rotam, & ita procedit Staphyl. opinio, de quo vide Veral. decisio trigesimaquinta, parte prima, & Lancell. de attent. capitulo decimooctauo, numero decimo, & centesimodecimosexro. Alias extensionem facere, cum simus in exhorbitãtibus, maximè vbi militat diuersa ratio, & status durum esset, l. prima, ff. de const. princ. capitulo sanè, de priuil. Nam ad meram illorum pænam, quæ per tres sententias pertinaciter succubuerunt, inducta fuit clem. præfata, vt ex lectura patet, ergo eam extendere, quando vnica sententia adest, absurdũ foret, quia cui licet quod est plus non debet licere in pęnalibus quod est minus, & inter plus, & minus, & sic inter vnam, & tres instantias, debet differentia dari, capitulo cui licet, de reg. iur. in sexto, plus aũt dicitur cõtumax, succũbens p tres sententias, illo, qui per vnã, Igitur pęna apposita ĩ casu maiori, nõ debet extendi ad casum minorẽ, & hanc sententiã contra Staphyl. secuta in hoc etiã fuit Rota coram Ptolomeo de mense Martij 1538. in vna Toletana Heremitorij, vt in d. deci. vbi Petrus Orticę suæ Ecclesiæ debe ri quasdam dicimas prætendebat, & Petrus de Vissio ex aduerso suæ Parrochiali visus absolutus, & in expensis condemnatus ortiz. & cum appellationem minime prosecutus esset, in iudicatum sentẽtia transiuit. Tamen obtenta aduersus lapsum fatalium per ortiz. restitutione in integrum, fuit in Rota dubitatum, an absque expensarum refectione esset audiendus, & Domini vnanimiter pro affirmatiua resoluerunt, ea ratione moti, quia quando adest vnica sententia, & pendet articulus restitutionis, omnia conquiescunt, secus autem si tres conformes, quia miserationis gratia tunc restituitur, & eo casu datur clausula parito iudicato. Verall. decisi. 255. libro 1. neque per Rotæ auditoriũ, a quo addiscere in iudicando omnes debemus, contra tres conformes in integrum restitutio impertitur, nisi prius constet de earum, vel alterius ipsarum iniustitia, vt habetur in decis. quinta, de rest. in integ. in antiq. per doctrinam Innoc. in capitulo cum ex literis, eodem titulo. Nam si de iure contra vnam sententiam competit restitutio in integrum, ergo refectis expensis nõ erit deneganda, Et quamuis Vestr. in sua prax. libro octauo, capitulo tertio, numero vndecimo, vers. & prędicta, afferat cuidã qui contra sententiam per contradictas reportauerat, in integrum restitutionem denegatam fuisse, eo, quia post dictam sententiam pati voluit executoriales, censuras, & brachium seculare, & in eis indurato corde perseuerauit, Sed (vt dixi) quando contra sententiam restitutio petitur debent illam petentis probationes luce meridiana clariores esse: & quando ad eius oppugnationem venit, nunquam defertur iuramentum in supplimentum probationis, Bald. in l. cum circa numero quinto, C. si min. se mai, dix. & in l. in consilio, numero quinto, C. quibus, & ap. quot. in int. rest. pon. & quamuis loco citato Vestr. eadem Staf. verba recensendo, cum Staphy. transeat, tamen stantibus supradictis validissimis rationibus, ac Rotæ resolutione relata per me, opinionem veriorem credo, quia authoritates Doctorum non discussis legibus, & rationibus per eos adductis sequi periculosum est, Nos terminus aues immitamur, qua vna volãte, cęteri inconsultę sequũtur Dec. cons. 449. la

126 te Sarmient. select. sent. libro primo, c. sexto, numero quarto, circa med. Ideo, quarum sententiarum melior sit, cogitandum relinquo. Sed non abs re erit, quando rescribi in hoc casu contingat, expensarum refectionem Rotæ arbitrio demandare, propter multa, quæ ob causæ personarum facti, ac iurium qualitatem ponderanda veniunt. Argum. tex. in lege tu magis, C.

127 de testibus. Et an propter nouam appellationem, a tertio ignorante interpositam, illarum exeqvutio sit superfedenda, vide Rebuff. super concordant. Franc. in Rubric. de friuol. appellatio. §. ab interlocutoria, versic. item tres sententiæ suspenduntur, cum latè adductis. Sed quando tertio est ius quæsitum, venit restitutio in integrum deneganda, Ruin. cons. 97. numero septimo volumine tertio, Veral. decisione centesimatrigesimasexta, parte secunda, nisi colorata causa degustata, vt per Achil. decisione tertia, & quarta, de rest. in integ.

129 Poterit pręterea alia oriri quæstio. quis succubuit per tres sententias conformes, nihilominus appella. non contentus, appellationis causam Rotæ demandari facit. Pars appellata, porrecta commissione reformatoria, obtinet Auditori Rotæ, cui præinserta dirigebatur, rescribi, vt quotidie fieri solet, vel A. C. vt suam moderetur inhibitionem cõstito de tribus conformibus, & causam ad

130 partes remittat. In Curia nõ adsũt, nisi tria publica

publica sententiarũ instrumẽta de partibus, ex quibus sententię conformes apparẽt, sed non adest processus, Pars aduersa dicebat de nullitate, eo quia Rota solet registra videre, tamen fuit resolutum pro moderatione inhibitionis, quia Domini dixerunt, pro illa obtinenda pręfatum instrumentum sententiarum sufficere, sicq; si pars aduersa de nullitate, dicebat suum regesta, vel processus exhibere erat, quia pro sententijs stabat pręsumptio, & ad id quod dicebatur, Rotam non credere sententiis, nisi exhibito regesto, ac ex actis illis iustificatis verũ esse, quãdo agitur de executione sententiarum, vel quando Rota esset iudicatura, Domini dixerunt, quia tunc non venirent dicta instrumenta attendenda, sed ad effectum remittendi causam de tribus conformibus per dicta instrumenta constare sat erat, vt latè Put. decis. 204. parte prima. At si trium conformium sententiarum executio tractetur, & in actis aderit commissio causę nullitatis, postea protestatio partis, quod prius de nullitate videatur, dum de nullitate iudex videt, cessari in executione debet. Put. dec. 60. par. tertia. Paris. cons. 107. in princ. parte quarta.

SVMMARIO.

1 *Commissio restitutionis in integ. narrato in ea fore sumum iudicato paritum in omnibus datur prout de iure.*

2 *Commissio semper in ventre habet clausulam prout de iure.*

3 *Commissio inepta nisi contra eam opponatur iurisdictionem tribuit, & praiudicat rei iudicatæ.*

5 *Clausula prout de iure quare in commissione Signa cura Iustitia addatur.*

6 *Commissio restitutionis in integrum cum clausula dimissa possessione datur in beneficialibus.*

7 *Commissio restitutionis in integrum, si ex pluribus narratis vnum verificetur sufficit.*

8 *Restitutione in integ. pendente, nil nouandum in negotio principali.*

9 *Commissio præfixionis termini ad docendũ de causis, ob quas veniat restituendus in integrum quare inuenta.*

10 *Appellationi locus est, si pronunciatur super restitutione in integrum vel non.*

11 *Processus ad vlteriora repulsioni, ac expresse declarationi æquippollet.*

12 *Commissio restitutionis in integ. quando contra desertionem, & cursum fatalium concedatur.*

13 *Commissio restitutionis in integ. si breue tempus assignetur ad committendũ cãm eo elapso datur.*

14 *Commissio restitutionis in integ. absenti ex causa reipublicę datur nec præscriptio currit contra eã.*

15 *Commissio restitutionis in integrum impedito accedere ex facto inimicorum vel insidijs datur limit. vt num. 20. 16.*
Amplia vt num. 21. 17

18 *Officiales Sanctæ sedis Apostolicę, nisi de mãdato Sanctitatis Suæ inquiri non possunt.*

19 *Clausula si qua mihi iusta causa, non alterat restitutionis naturam.*

20 *Restitutionis in integrum aduersus lapsus fataliũ, quare detur absque litis contestatione.*

21 *Restitutio in integ. aduersus lapsum fatalium facit, vt alia aduersus sententiam non sit petenda.*

22 *Restitutione in integ. aduersus lapsum instantię datur ex iusto impedimento.*

23 *Restitutio in integ. an detur aduersus pręscriptionem, vel ex capite ignorantiæ, limita, & declara, prout hic.*

24 *Restitutio in integ. an aduersus præscriptionem 40. annorum an detur minori, & alijs.*

25 *Restitutio in integ. minori an, & quando aduersus tres conformes detur.*

26 *Præscriptio 40. annorum an contra Ecclesiasticã currat.*

27 *Restitutio in integ. perpetuo ex enormissima læsione Ecclesiæ, vel 40. annorum, an detur.*

28 *Ecclesia vel similis contra aliam Ecclesiam non restitutio in integ. nisi refectis expensis.*

29 *Hęreditas minori quando damnosa dicatur.*

30 *Minor aduersus omissum inuentarium restituitur, & restitutione pendente a creditoribus non Ampliari vt num. 31.*

31 *Minor restituitur aduersus aditam hæreditatem damnosam.*
Declara vt ibidem.

32 *Minori bonis hęreditarijs distr[illegible] denegatur restitutio in integ.*

33 *Restitutio in integrum duos in se effectus habet, & quos.*

34 *Res iudicata quæ sit.*

35 *Iurisdictio delegata in Rom. Curia lata sententia expirat.*

36 *Clausula, vel quod alias exequutioni locus sit dicat, quare in commissione exequutoriali ponatur.*

37 *Commissio exequutorialis an sit superflua, & numero 44.*

38 *Decisio iuris canonici præualet decisioni iuris ciuilis etiam in terris imperij.*

39 *Iurisdictio, prouenit ratione territorij.*

40 *Commissio executorialis est necessaria in Ro. Curia.*

41 *Delegatus recusante ordinario, suam exequi potest sententiam.*

42 *Clem. Auditor, de rescrip. intellectus.*

43 *Iudex a quo appellationi deferens, suam sententiã non potest amplius exequi.*

C A P. II.

1 COmmissio restitutionis in integrum iudicato in omnibus paritum, etiam quo ad expensarum refectionem, adeo, quod amplius in nullo parēdum remanebat amplius, narrando Signatura iustitiæ, porrecta fuit, in qua causam restitutionis in integrū
2 committi pete batur, concessaque extitit, sed cum clausula prout de iure, quæ clausula, licet omittatur, nihilominus semper tacite commissio illam in ventre habet, & intelligitur pro vt de iure, Cresc. deci. prima de rescrip. l. nec damnosa, & l. rescripta, C. de prec. Imp. offer. l. oēs. C. si contra ius, vel vtil. pub. Quamuis Rota in vna Toletana cappellanię 14. Aprilis 1595. coram D. Mellino dixerit, clausulam parito iudicato non obstare, quin ad vlteriora procedi nequeat, quādo respectu negotij principalis nil aliud illi, contra quem rescribitur, præter patientiam verbalem tenetur præstare, ex decis. Put. 252. parte prima, & Mohed. 225. & ita pariter censuit Rota in alia Burgensis iurisdictionis, coram D. Seraphyno 29. Octobris 1588. neque talem clausulam, quo ad expensas obstare, quando præsupponitur res iudicata, & de illa non apparet, & ita quoque coram eodē D. Seraphyno Rota cēsuit in vna Mediolanensis cappellaniæ 13. & 27. Maij 1591. asserendo, stilum Signaturæ esse talē dare clausulam, quando adsunt tres conformes, & non vna, etiam si non interposita appellatione, vel non prosecuta in iudicatum transiuerit. Quamuis Rotę munus esse non credo iudicare de Signaturę stilo, variabili ob casuum diuersitatē, Sed caute
3 pars, contra quam talis exhibetur commissio, agat, opponendo contra illam omnia, quæ suum fauorem concernunt, nam alias
4 iurisdictionem tribueret, adeo, quod si agi illius vigore patiatur, valde sibi præiudicet & Ias. in l. præscriptione numero tertio, vbi Bar. 3. col. & Fulg. i primo not. C. si con. ius. vel vtil. pub. reprobando Bal. sententiam in l. fi. C. sent. resc. nō pos. Dec. & Scrib. in cap. ceterū de rescrip. & quatenus auxilio clem. vt calumniis de re iud. ibi, nullatenus audiatur, iuuari vellet, non valeret, quia quando coram iudice actus, fieri non potuit sine iurisdictiōe, si pars patitur, quod ille actus fiat reducitur consensus, Bellam. decis 684. vers. item confitetur, & decis. 707. vers. propterea quia, Quare cum hoc partis vtilitatem respiciat, Achil. decis 27. alias 12. de rescrip. imputet sibi, si causam agi passa fuit de re iudicata non opponendo non implendo, vel alias exceptiones sibi competentes, quas & opponere poterat, Ias. in l. vniuersa, C. de prec. Impe. offer. Bar. in l. eleganter, col. 2. ff. de dolo: videtur autem talia patiendo renūciasse fauori suo, vnde regula succedit, quod scienti, & patienti iniuria inferatur, Sed quę ro qua de causa in commissione restitutionis in integrum, in prophanis Signatura

iustitiæ

iustitię apponat clausulam, prout de iure, & dico rationem esse, quia in prophanis talis restitutio non conceditur, sed causa committitur iudici, vt dixi supra primo cap. iure medio terminanda, & cum Papa nolit ius tertij, maximè ex sententia acquisitum in illis prophanis tollere, ideo ponitur d. clausula, tunc vero abrogat, quando specialiter exprimit derogare, vel tollere, siue sit pręiudicium extinctiuum, siue dilatiuum, cap. quãuis, & cap. si propter de rescrip. in 6. cap. si super, & cap. statuimus de offic. deleg. eod. lib. Rebuf. in Glos. concord. Franc. in verbo forma mãdati Apostolici, vers. duodecimo, de iure tertii. Secus autẽ est in beneficialib. vbi Papa latiores habet habenas. Staphyl. de lit. Iust. cap. est notandum, num. 15. cap. ex tuarum, de vsu Pal. l. 1. §. si quis a Principe, & 5, merito, ff. ne quid in loc. pub. cap. 2. de pręd. in 6. & latè Gabr. lib. 3. com. opin. in tit. de iur. quęs. non toll. concl. 1. nume. 9. & sequ.

6 Datur autem in beneficialibus commissio restitutionis cum clausula dimissa possessione, vt Staph. ibidem ca. quando petitur nu. 93. & in cap. verum quia, num. 11. Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 3. num. 13. alias restitutio non competit in illo casu, vt supra dixi. Vnũ

7 autem in hoc proposito non te lateat, quod & si plura narrentur in commissione pro obtinenda restitutione in integrum contra sententiam, tamen si cetera sint falsa, vnum

8 fore verum sufficit, secundum, Bellam. dec. 280. Pendente itaque restitutionis causa, nil nouãdum fore in negotio principali, dicit tex. in l. vnica, C. si in integ. rest. pet. & Abb. in c. suscitata nu. 8. & 10. de rest. in integr. Spec. §. vlt. nu. 1. de rest. in integ. quod etiam pro regula obseruandum ponit Cassad. decis. 5. nu. 5. de Appel. Innoc. in ca. tum ex literis nu. 4. & 6. de rest. in integ. l. qui pro prio, §. item, ff. de proc. l. nam postea, §. si minor, ff. de iur. iur. Couar. prac. quęst. capit. 27. nu. 7. l. vnica, C. in integ. rest. post. nec quid not. si. Aufr. ad Cap. Tholos. q. 54. Paris. cons. 54. col. fi. vol. 4. l. 4 §. condemnatum vbi Ias. nu. 26. ff. de re iud. vbi Imol. Alex. & Cuma. ob id, si causa restitutionis pendente, sententia interim lata executioni mandetur, omnia per viam attentati erunt reuocanda. Paris. cons. 100. nu. 80. & seq. vol. 1. & nu. 81. asserens id procedere, dato etiam dubio an restitutio in integrum esset concedenda, necne, & altiorem requireret indaginem, quod tamen limita non habere locum, Quando adsunt tres sententię conformes, quia respectu pendentiæ causę nullitatis, earum executio non impeditur, decis. 3. de except. in no. Benint. decis. 8. nu. 85. num. sexto, & nono,

9 Quare ad citius causas expediendas, Praxis Ro. Curiæ, adinuenit, vt præsentata in actis commissione restitutionis in integrũ, pars illam reformari instet, petẽdo eidem iudici, cui causa restitutionis in integrum demandata fuit, vt præfixo aliquo breui, & peremptorio termino ad docendnm de causis, propter quas veniat restituendus in integrum, quo elapso, & nihil, quod releuet, docto, cõstito de re iudicata, vel quod alias executioni locus sit, exequatur, &c. vt in Formulario Commissionis, cuius vigore solet statui terminus ordinariè ad secundam, vel arbitrio iudicis, illud etiam ex causa prorogando, vnde termino assignato elapso, & alias non docto de causis, propter quas veniat restituendus, poterit exequi sententia. Tamen

10 id faciat relaxando mandatum, absque eo, quod pronunciet restitutionẽ fore, vel non concedendam, quia dum procedit ad vlteriora, tacite illam reicit, declaratq; non competere, vt dixi in præcedenti capitulo, & bene Rom. cons. 310. n. 2. vers. vnde visus cum add. At si nullam cõpetere restitutionẽ pronunciauerit, appellationi locus erit, dabitq; cõmissio causæ appellationis, sed si pars nõ appellet, sibi imputet, Deci. consil. 436. nu. 6. quod cauti iudices, (vt dixi) faciunt, non pronunciando, & sic materiam appellandi tollunt, & ita obseruat Rota, Cæl. de Gras. deci.

11 3. nu. 13. de restit. in integ. Nã iste processus ad vlteriora repulsioni, & expresse declarationi ęquipollet, c. ex parte, el 2. & ibi Abb. de App. Bar. in l. a procedente in fi. C. de dilat. Rom. cons. 220. Vnde quoque cauti litigantes, debent ab huiusmodi processu ad vlteriora appellare, Ferret. cons. 83. n. 6. alias dato etiam, quod res iudicata adesset, si patiatur illam in sui fauorem habens super ea discuti, & ferri sententia, & valebit, & erit attendenda Fely. in cap. cum inter monasterium, num. 16. & 23. de re Iud. Rom. cons. 174. num. 8. Aret. cons. 73. col. 2. vers. & profecto articulus, Dec. in cap. quoniam cõtra num. 38. de probat. Rebuf. cum alleg. in l. quod iussit num. 14. ff. de re iud. & DD. in l. vnic. C. de in integ. restit. Afflic. decis. 356. num. 3. Cap. Tholos. decis. 54. Ceph. cons. 180. num. nonagesimosecundo, volumine secũdo, tractantes, an pendente causa restitutionis in integrum impediatur executio, de quo vide etiam Puteum decisio. 446. libro secundo, in fine de Appellatione, Commissio nostra, pariter non denegatur contra desertionem, & fatalium cursum, quoties appellatio remansit deserta, ob dilationis pendentiam, quæ cursum bienij nõ impedit, & tamen ipsa pendẽte nihil

 potest

potest fieri, Cassad.decis.9.num. 10. vers.da
17 to sine præiuditio veri de App.ac etiam,quã
do nimis breuis terminus assignatus esset,
in quo ob loci distantiam testes examinari,
seù iura haberi non possent, vt ibidem Cas-
sad. Quia constat de legitimis impedimen-
tis,ex quibus prosequendi appellationem
impossibilitas, seù producendi iura cogno-
scitur, contra dictam peremptionem datur
commissio restitutionis in integrum, Alex.
cons.41.num.13.vol.3.Rom.in l.secunda,ff.
18 de re iud.& cons.220.num. 9. Absenti autẽ
ex causa Reipublicæ siue publica,illa durante
te præscriptio non currit, ob id si indefen-
sus succumbat , datur in integrũ restitutio,
& tanti temporis, quanti reipublicæ causa
abfuit,vt dixit Innoc. in capi. ex transmissa,
numero primo,vers. licet dari possit de præ-
script. Et ob id totum tempus præfatæ neces
sariæ absentiç subducitur:Pariter,vt ibidem
Innoc. num.2.dixit si bello vel hostium in-
sidijs præpeditus quis fuerit, ita ꝙ accedere
ad litis prosecutionem minime potuerit,vt
etiam videtur colligi ex cap. Pia,& cap.por-
ro 16 quæst. 4. licet condemnatio interces-
serit, detecta postea absentia reuocabitur,
tam in principali,quam quo ad expẽsas, per
viam restitutionis in integrum, etiam si nõ
fuerit appellatio interposita, seù ex præfata
cã pronuncietur pariter si fuerit sñia diffini-
tiua nulla reuocabit vti secundũ diuersas opi
niones relatas, per Innoc. in capitulo quçre
lam num.2.in verbo destinauerit de procur.
capit.præsentium cum Bertoldus de sent.
& re iud.l.quæsitum,ff.eod.tit.Quod amplia
quoque, si in iudicio sistere præmisisset, ex
præfata causa,quia etiam si foret promissio
pçnalis,daretur exceptio,vt ibi Imol.l.2.ff. si
19 quis caut.l.si cum die §. si quis ex litigatori-
bus, ff. de arbitr. Idque declara procedere,
dummodo non reliquerit, vel relinquere
potuerit procuratorem,aut si tempore,quo
cçpit esse absens,non adhuc erat cçptum iu
dicium,quia tenebatur illo casu procurato-
rẽ relinquere,l. Papinianus exuli, vbi Bar. in
princ.ff. de minor. Sed ꝑsupposita legitima
defensione in hoc casu, nihilominus ita ad
appellandum restituitur, quemadmodum
indefensus ad totam causam,l. fi. ff. de in in-
teg. restit. l.qui absente, C.de procur. In-
noc.loc.cit.num.2.vers.vbi autem. Tunc ve
ro iusta aderit causa, si procurator non ap-
pellauerit,quo casu eo maxime restitundus
erit quia vbi alicuius dolo factum est, quo
minus quis compareat,& contra ipsum pro
nuncietur in causa, quæ non recipit interes-
se,ad id restituitur, quod ratione huius ab-
sentiæ sibi contingit,cap. ex literis de in in-
teg. restitut. Hinc videmus summum Pon-
tificem in extrauag. cum Mathæus,de Hç-
ret.mandare ne contra officiales, vel Nun-
cios Sanctç Sedis Apostolicç etiã per inqui-
sitores hçreticç prauitatis,absque speciali Sã
ctis.suæ rescripto de præfato canone, siue ex
trauaganti faciente mentionem,procedere
vetitum. Quare si absentibus tale priuile-
gium impertitum fuit, publicis deditis mu-
neribus, ne indefensi remaneant, non erit
illis restitutio in integrum deneganda, vt su
pra dixi ex clausula generali saltum si qua mi
hi iusta causa esse videatur, per Signaturam
iustitiæ,ac pro vt de Iure,& tam minori quã
maiori, Spec.in §. fi.col.pen. vers. quid si hç
res ex quibus causis mai. Et licet Vulpianus,
in l.hoc edictum eodem tit. de præfata clau-
sula, si qua mihi iusta causa, loquendo, in d.
legis fine posita ac pariter in l. 1. eodem tit.
illã nõ esse hodie in vsu dicat, vt pariter asse-
ruit Alex. in l. admonendi, nu. 5. ff. de iur.
iur. quia succurritur per Principum consti-
tutiones,& per Senatus consulta, de iure ci-
uili, Nihilominus verius contrariũ est, quia
si committitur causa, fit secundum iuris di-
23 spositionem,idest ex præfata clausula gene-
rali, quç restitutionis naturam non alterat,
vt dixere Paul. de Castr. in d. l.admonendi,
num.7.& Alex.num.5.de quo vide omnino
Paris.cõs. 19.nu.247. Et vol.2. visa postea per
Iudicẽ limitata rescripti forma, in cõsequẽs
gustat,an causa adsit talis, ꝙ restitutio cõce-
denda veniat, vel deneganda, si de non iure
agentis apparebit.Rot.dec.16.nu. 1. de rest.
spol.in nou. de quo late, Gab. lib.2. co.opin.
24 in tit.de rest.in integ.concl.2. Restitutio in
integrum aduersus lapsum fatalium, ideo
absque litis contestatione conceditur, quia
petitur non principaliter, sed incidenter, dũ-
modo iudicis officio non postuletur, Rot.
dec.3.num.1.de rest.in integ.in nou.& ideo
incidenter, quia ortum habuit ante, ex lite
pendente,decis.Bisign. vnic. eodem tit. vn-
de dicta de causa, vt ibi Bisign. subdit,ad illã
impetrandã non requiritur speciale mãda-
tum, deci.2.nu.1.& dec.3.nu.1.eod.tit.in an
25 tiq. Nam quando aduersus fatalium lapsus
obtenta sit restitutio in integrum, nõ est alia
aduersus sententiam restitutione opus, cum
illa sufficiat:& ratio est, quia illa sentẽtia nõ
est noui iuris inductoria, sed potius prioris
declaratoria, & ideo sat est restitutionẽ ad-
uersus id, quod declarabat habere, vt ibidẽ
Bisign.numero 3. Incipit etenim currere,
a fine lapsus fatalium, vti etiam ad appellan-
dum, Cçl.de Gras.decis. 13. numero tertio,
26 de rest.in integ. Neque minus erit aduersus
instantiç perẽptionẽ deneganda restitutio, si

iustum

iustum adfuerit impedimentũ, Alex. conſ. 42.num.13.volum.3. ſaltim ex dicta clauſu la generali, Pariſ.conſ. 100. numero 7. volu-
27 mine primo. Sed an contra præſcriptionẽ reſtitutio detur, videamus: & breuiter dico, quando contra ignorantem, etiam ex igno rãtia præſumpta decurſa fuerit, tunc datur, Pariſ. vbi ſupra, prout eſt caſus in l. ſi partẽ, verſic. ſi per fundum, ff. quem.ſeru. ammit. Quod generaliter verum non eſt, quia ſi in caſu dictæ legis probabilis ignorantia, & iuſta aderit, vt in hærede, debitum ſolutũ per teſta torem neſciente, & ſimilibus, tunc da ri poterit: at ſi fuerit ignorantia craſſa, vel ſu pina, eo caſu denegatur, ſec. Felin. in cap. vi gilanti, num.4. de præſcript. Imol. in cap. fi. col.46.eod.tit. Alex.conſ.71. num.3. vol. 1. & conſ.4.num.19.volumine ſecundo, & cõ ſilio 72. numero ſexto, volumine tertio. Quod fallit in hærede maximè ſuo agente, tunc etenim intrat præſumptio, ꝙ vel facta defuncti ſciuerit, vel quod apud ipſum re- manſerint teſtatoris documenta, ex quibus veritas ſelici poſſit, vt latè Benint. deciſ.71. numero octauo, & ſeq. Sed quod ex clau- ſula generali prçfata ſaltim veniat reſtituen dus, dixit Corn. conſ. 184. num. 9. vol. 3. & eo facilius, ex facto alieno, de quo ignoran tia præſumitur, vt idem Corn.conſ.219.nu- mero duodecimo, volumine ſecũdo, Dec. conſ.564.num.19.Gozad.conſ.56.num.11. Ruin.conſ.26.num.19.volumine tertio, & conſ.64.num.8. & 19. volumine quarto, Pa riſ.conſ.23. num. 211. volum.1. Atſi ceſſa- bit cauſa ignorantię probabilis, veriſimilis, ſeu præſumptę, erit deneganda, quia igno- rantia non probabilis, vim ſcientiæ habet, & non poteſt dici ignorantia iuſta, vel veri- ſimilis, neque probabilis, ſed dicitur nequi tia, & potius diſſoluta, ideo iſto caſu cum ſcire nolit, habetur pro ſciente, Bald. in l. qui contra, C. de inceſt. nupt. Benint. de- ciſ.21.num.3. & 4. Nam ille eſt tutus, im- mo tutiſſimus in iſto facto, quod ei reſtitu tio non competat, vt per Alex. in l. cum fi- lius, §. in hac num.4. ff. de verb.oblig. Et quã uis poſſet contra longiſſimi temporis præ- ſcriptionem allegari ignorantia, ſemper a- pud incertum poſſeſſio remaneret, l. bonũ publicum, ff. de vſucap. Vnde cum ſit con- tra caſum d. legis ad miſerorum ſegnitiem & longi temporis errorem, nõ debet ex ab- rupto, ẽt ex præfata clauſula gñali concedi, c. vigilanti de præſcript. vbi Abb. & Doct. Ancher. conſ. 170. num. 34. & 5. Bart. in l. ſi quis autem, ff. de ruin.act.priu. alias ſi con cederetur ita de plano aduerſus dictam præ ſcriptionem, ſequeretur abſurdum, quod cauſa, vel præſcriptio non eſſet legitimè fi- nita, cum habens pro ſe præſcriptionẽ, ma- ximè triginta annorum; ſit pleniſſima mu- nitione ſecurus, l omnes in fine, C. de præ ſcrip.30.ann. Et ſic tollit reſtitutionem, qđ tamen declarat Franc.Aret. in conſ. 104. in numero quinto, in præſcriptione quadra-
28 ginta annorum. Quia aut ſit ex capite ſciẽ- tiæ, aut ignorantiæ, in prophanis tamen lo- quendo, non datur reſtitutio in integrum, ſecus autem, erit ſi 20. ſeu 30. annorũ erit, licet ſub iudice adhuc litem eſſe afferat, ſed an aduerſus præſcriptionẽ quadraginta an- norum, minori in integrum reſtitutio de- tur? pro parte negatiua reſpondet, Alex. in conſ.169 numero tertio, volumine ſecun- do, & conſilio 84. numero tertio, & quar- to, volumine primo. Et quod ex capite igno rantiæ concedatur ſucceſſori in hæredita- te aduerſus ſententiam. Nihilominus pro parte affirmatiua tenuit Ancher.cõſ.170.nu mero primo, Dec.conſ.175. numero deci- motertio, Franc.Aret. Viden. in conſil.104. numero quinto. In hac autem commiſſio nis conceſſione, cauſæ ignorantiæ ponde- randæ, & perpendendæ bene veniunt, & tunc, ſi viſæ fuerint releuantes, poterit con- cedi commiſſio, ſin ſecus denegari. Licet in Signatra S. D. N. gratioſa reſtitutio in in tegrum aduerſus præſcriptionem peti poſ- ſit, cum ſupradicto moderamine, & conce di ſolet ex cauſa, quãus minor, cõtra quem non eſt completa præſcriptio, poſſit ſe ex- cuſare ex capite ignorantiæ geſtorum, ab auo, & durãte tempore minoris ætatis, præ ſcriptionem etiam ſtatutariam ceſſare face re Put.deciſ.443. numero quinto, parte pri-
29 ma. Et an contra tres conformes minori concedatur reſtitutio? variæ modo negati- uam, Bald. & Alex. ſententiam, ne tres ſen- tentiæ tanto labore, & diſpendio obtentæ, ſint ludibrio, vt latè Caſſad. deciſione pri- ma, de reſtit. in integ. ſaltim quando vel ex nouis, aut antiquis documentis aliquid ca- lumniæ ſuſpitionem excludens non appa- ret: & aliquãdo affirmatiuam amplexi ſunt ſententiam, Rot. diuerſ. parte prima, deci- ſio. 46. & deciſ. 346. numero octauo, & ſe- quent. Quia eo caſu ceſſat reſtitutio, vbi nul litas ſeſe offert, deciſ.180.num.2.eadem par te 1. diuerſ. Neque datur, niſi quando peten ti enormiſſimum afferatur damnum, vel probetur, deciſio. 34. numero primo, & ſecundo, parte ſecunda, diuerſ. Licet talis præſcriptio contra Eccleſiam non currat,
30 vt per Abb. in capitulo cum contingat, nu- mero

mero vndecimo, de for. comp. & in capitulo auditis, num. 5. de restit. in integ. ibi. Cui datur etiam post quadraginta annos, Card. clem. 1. quæst. 9. eod. titulo, quamuis glo. ibi contrariam asserat, quam sequitur, & approbat alia glo. in cap. ad audientiam, eod. titulo, Quod ne nimium in diuersa messe Vager, ac falcem ponam, vlterius non prosequor, Quamuis ex speciali priuilegio, coram Iudice Ecclesiastico possit Ecclesia vti proprio ipsius Ecclesiæ iure, eamq; contra laicum petere, cap. 1. vbi Abb. num. 18. eodem titulo, Rom. sing. 112. Innoc. in cap. cum sit generale vbi Abb. num. 10. Marian. Socin. num. 13. de form. comp. quod est ex particulari illius priuilegio, licet contrariū tenuerit, Couar. var. res. capitulo quarto, numero secundo, quod autem pro communi concordia præfatorum Doctorum intellige, quando iudex Ecclesiasticus est cōmunis clerico, & laico, Sed vnum dicit Corne. cons. 181. num. 49. volum. 2. Aduersus

31 enormem læsionem Ecclesiæ in perpetuū restitutionem competere, idque credo verum, & de præscriptione longissimi temporis, meminit Dec. cons. 36. numero secundo, & qđ contra præscriptionē 40. Sed minorem 100. annorū Ecclesiæ restitutio in integrum impertiatur, dixit Ruin. cons. 103. num. 6. & 20. cum latè addut. volum. 5. Ta-

32 men si Ecclesia, vel Collegium, aduersus aliam Ecclesiam, Collegium, vel similes, æquè priuilegiatas petat se in integ. restitui, expensas reficere dēt, Achil. decis. 14. de re

33 iud. Damnosa dicitur minori hæreditas, quādo pro ære alieno soluendo nō sufficit, Guid. Papa decis. 142. nu. 2. vnde si tutor fuerit in ipsius damnum morosus, minor non restituit, Guid. Papa decis. 433. numero 4. Similiter, quando contrauenit voluntati testatoris, vel bona alienauit, Castr. cons. 259. numero octauo, volum. 1. Grau. cons. 193. numero primo, & sequ. & num. 5. & melius cons. 204. num. 24. in fin. Et quando possit contra tutores agere, si ex eorum defectu id factum fuit, dicunt Bar. in l. fi in fasti, numero vndecimo, versic. Et ideo, C. de iure delib. Ruin cons. 119. num. 18. versic. Postquam, lib. 5. Rol. a Val. cons. 10. num. 11. &

34 Seq. volum. 2. Restituitur etiam minor aduersus omissam inuentarij confectionem, §. fi. versic. Pupillis, & ibi glo. in verb. nihil Auth. de her. & falc. glo. in l. auxilium in verbo cessabit, ff. de minor. Bart. in l. ait prætor in princ. ff. de iud. Bald. in l. fi. in princ. & numero quinto, versic. Secundo quęro, C. de iur. delib. & in l. fi. num. 4. ff. ex quib. caus. in integ. restit. non est necess. & in l. 1. sub numero primo, versic. Secundo not. C. si hęr. se ab hæred. abstin. Ang. in l. 1. §. si hæc stipulatio, numero primo, versic. Tempus, qđ datur, ff. si cui plusquā ꝑ leg. falc. & in tract. de inuent. num. 4. Paul. de Castr. cons. 36. numero secūdo, volum. 2. Guid. Pap. dec. 473. num. 4. Bald. in l. fi. in 2. colum. versic. Item fallit. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess. & in l. fi. in princ. C. de iur. deliber. Innoc. in c. fi. vbi glo. in verbo ad appellationem, de in integ. restit. adeo quod, interim præfata restitutione pendente, a creditoribus molestari non valeat, Bald. in l. ait prætor, in princip. ff. de minor. per reg. l. 1. C. de restit. in integ. post. Et in terminis Sforza Oddus, in tract. de restit. in integr. parte secunda, quæst. 89. art. 7. num. 54. Bero. ibi num. 55. ampliat, id procedere pariter in casu, in quo possit dolus præsumi contra minorem, propter nimis tarde petitam in integrum restitutionem, Bero. cons. 69. nu. 69. volum. 1. Rol. a Val. cons. 10. num. 6. volumine quarto, decis Pedem. 55. num. 18. par. 3. Quamuis contrarium asserat Suarez, in lib. com. opin. in verbo minores, num. 174. Et illam denegandam, nisi probato hæreditatem, de qua agitur fore damnosam, in eo affirmant, deci. Guid. Pap. 141. Natt. consilio 214. numero nono, volumine secondo, Alexand. cons. 21. nu. 6. volum. 1. Franc. Marc. decis. Delfin. 49. nu. 4. parte prima, Missing. 4. cent. Obs. num. 6. Rolan. in tract. de inuēt. par. 2. q. 5. artic. 1. vers. Sed non quod, Ioan. Maur. in tract. de restitut. in integ. cap. 120. & 130. numero primo. Sed aduersus aditam hęreditatem, vt postea illam tanquam damnosam repudiare valeat, pariter minori restitutio datur, l. 1. vbi Bal. C. si se. ab her. abstin. l. impuberib. vbi glo. vnic. & Doct. ff. de acquir. hęred. Bart. & glo. in l. ait prętor, §. restitutus, ff. de minor. l. necessarijs, vbi Bart. in princip. ff. de acquir. hęred. Ac similiter, vt illam adire queat ex capite ignorantię, puta, quia absens nesciuit testamētum, Alex. cons. 20. nu. 30. volum. 1. & cons. 163. num. 3. volum. 2. & cons. 86. num. 2. volumine tertio, Bar. in l. Panthomius, vbi Imol. & Castr. ff. de acquir. hæred. Quod procedere declara, dummodo non adsit præscriptio 40. annorum, quia tunc non datur, Alexand. dicto cons. 163. numero septimo, &

37 cons. 151. in fi. volum. 2. Sed quando ad hęreditatem repudiandam cum beneficio legis, & inuentarij conceditur restitutio, debet re integra cōcedi, videlicet, quando bona hęreditaria non sint distracta, l. quod si minor.

minor. §. sceuola, ff. de minor. Quia si adest distractus, incassum restitutio petit, & idẽ si se hæreditati imiscuerit, quia ex illo actu iam alijs ius est quæsitum, Quod hęreditarijs bonis non sufficientibus hæres de suo adita simpliciter hæreditate, teneatur creditoribus, confectio nempè inuentarii hæreditatem iacentem præsumere facit, Rol. a Val. cons. 63. num. 55. & sequent. volumine quarto. Vnde omnia iura adeunti sunt reseruata, perinde, ac si non adiisset, l. fi. §. in computatione, vbi Bald. in prima op-
38 pos. C. de iur. delib. Habet autem in se restitutio in integrum duos effectus, scilicet effectum decisiuum, qui consistit in sententia, & effectum suspensiuum, & iste consistit in ipsa in integrum restitutione introducta in iudicio, & suspẽsiuus effectus operatur, pendente restitutione in integrum, put in appellatione, vt nil nouetur. Benint. decis. 85. nu. 15. Bald. in l. fi. colum. 2. C. si ex
39 fals. instr. Est autem res iudicata sec. Modestinum iureconsultum nostrum, in l. 1. ff. de re iud. illa, quæ per absolutionem, vel condemnationem liti finem imponit, vt per Vestr. in sua prax. libro octauo, cap. vltimo, numero primo, ex actione iudicati, seu in factum, quæ ex hac re iudicata descendit, & oritur, vt litigatores in iudicio, quasi cõ traxisse videantur, adeo, quod is, cum quo lis fuit propter sententiæ condemnationẽ, ex quasi contractu conueniri possit, igitur lex, vt liti finis aliquãdo sit, vnius validę, seu validarum sententiarum, quæ rem iudicatam cõstituunt, executionem dare statuit, nam ideo valida sententia, vel sententiæ esse debent, quia si nulla sit, ei sententiæ nomen, nec competit, nec executionis priuilegium, præcipuè si a parte opponatur, vt plenius in commis. sanat. nullit. tetigi, & dixit Specul. de exeq. sent. §. nunc dicendum, nu
40 mero quinto. Sed quia in causis commissarijs in Rom. Cur. lata sententia iurisdictio expirat, ex eo etiam, quia commissa causæ decisione, non est executio demandata, de quo vide Bertach. in verbo cognitio, numero decimo, vers. 5. cum addut. Ob id expeditur commissio vulgariter executorialis nũcupata, quæ vt dixit Put. decis. 376. num. 8. parte prima, fit ad cautelam in præfata curia, vbi iudici a quo, seu alteri demandari petitur, quod constito de re iudicata exequatur suam, vel aliorum sententiã, & ideo ponitur clausula constito de re iudicata, ne vltra alias rationes cogatur supplicans ad obseruationem quatuor terminorum, vt facere debet narrata re iudicata ob non prosequutionem appellationis infra debitum tempus, & additur alia clausula, vel quod alias executioni locus sit, ac mandatum, seu mandata opportuna, & necessaria præmissorum occasione, sub suo paruo sigillo regula contraria non obstante decernat, & relaxet, expensasve taxet, & moderetur, &c. Et stilus iste vocatur Papalis, de quo meminit Rot. decis. 2. versic. Et habet, de appell. in antiq. suffulta auctoritate tex. in cap. plerumque de rescript. & in l. fi. C de temp. ap
41 pellat. Et ideo ponitur clausula, vel quod alias executioni locus sit, quia vigore statuti Vrbis, de quo libro primo, cap. 178. duæ sententiæ conformes (vt dixi) faciunt remiudicatam, Sed quia ex alio capite, priuilegio, seu dispositione, executioni locus esse potest: ideo ponuntur ibi præfata verba, tuncque locus statuto erit, quando litigantes illi subsunt, & in omnibus tribunalibus Paris. cons. 109. num. 7. volumine quarto, & ob id statutum Vrbis, quod duę sententiæ habeant vim trium, & rem iudicatam constituant, pariter in pręfata clem. vt calumnijs comprehenditur, vt ibi Paris. num. 15. Bald. in l. fi. colum. fi. C. de sep. & intemp. iud. & in Rom. Curia, fit ad cautelam, Put. decis. 376. num. 8. parte 1. Couar. vbi supra.
42 Commissio, namque ista ex dispositione capituli significasti, & in cap. litteris, de offic. deleg. superflua videtur, quia ibi Summus Pontifex, delegatum suam exequi post se sententiam, seu iudici ordinario eius executionem remittere posse, dicit, qua exequuta, cum suo munere functus dicatur, videtur vana, & inanis, & ea opus non esse, immo, quod infra annum iudex delegatus Papę suam sententiam exequi possit, dicit Specul. in §. nunc dicendum, numero tertio, de exeq. sent. & regula, quod suam sententiam iudex delegatus exequi nõ valeat, militat de iure ciuili, secus autem de iure canonico, vt ex supra relatis apparet. Sed habemus, quod si aliquid reperitur de iure cęsa eo dubium, quando de iure canonico decisum sit, statur decisioni iuris canonici, etiam si simus in terris imperij, capitulo per uenerabilem, §. medium qui fil. sint
43 legit. Vnde Paul. Apost. ad Collos. cap. 6. dicit, Nescitis quoniam Angelos iudicabitis, quãto magis, & sæcularia? Idemque habetur in capit. primo, de nou. oper. nũc. & per canon. in cap. Rainucius de testa. Alex. in l. a diuo pio, num. 3. ff. de re iudic. vnde si ius canonicum ita seruat, superflua erit talis commissio, maximè in delegatis, a Principe, vt dixi etiam a Summo Pontifice, & ita

tenuit

tenuit Marant. de ordin. iud. parte quarta, distinct. 5. num. 45. & par. 6. §. Tertius, & vltimus actus, numero quarto. Sed pro huius quæstionis resolutione, nec dicendum, nec præsumendum venit, quod Romanæ Cur. Praxis, in eis compilandis, expediendis, ac vtendis tamdiu vsu sit recepta, ac absque iuris, & rationis adminiculo id fecerit. Qđ primum pateat, quia passim tenorem commissionum super causarum decisione, si in eis dicimus audiendas, decidendas, cognoscendas, fineque debito terminandas committere, & mandare, vnde ex facultate, attributa, illis sic per sententiam decisis, vel expeditis, suo delegatus est munere functus, adeo quod in causa se amplius intromittere, nequit, stante, quod causæ cognitio demandata sibi iam expirauerit, vnde caret iurisdictione, nisi denuo vigore nostræ cōmissionis detur, ad executionem procedere nō poterit, quid ex defectu iurisdictionis omnia nulla forent, & de facili pars ita executionem obtinens, in expensis iniuriose tamen quando victoriam reportauit, veniret condemnanda: Vnde nimirum si per nostram commissionem executorialem dictam denuo iurisdictio excitatur, iura etenim, & rationes in contrarium supra allegatæ vera sunt, sed pro concordia dicendū venit, quod talis commissio in Curia Romana: non sit dicenda superflua, immo necessarijssima, & vrgentissima, quia propter Papæ præsentiam in ea non datur ordinaria, sed aut ex generali delegatione ipsius Pontificis, vti in iudicibus ordinarijs videmus, aut, vt in facto nostro ex speciali commissione in ea iudicatur, Archid. in cap. experientiæ 11. quæst. 1. & Ratio est, quia iu-
44 risdictio prouenit ratione territorij, ob id merito in sua iurisdictione ordinariè Episcopi in delinquentes animaduertere possunt, capitulo cum contingat de for. comp. c. placuit 6. quæst. 3. cap. de raptor. At in facto nostro, cum iste iudex delegatus sit, nō habet territorium, Gomes. in compen. vtr.
45 Signat. vers. præsentiam Papæ, &c. Igitur iure medio, lata sententia, iurisdictio ad Papam concedentem deuoluitur, & in consequens nostra commissio, in qua executio demandatur finaliter necessaria est censenda, vt bene Fel. in cap. si quis contra, numero quinto, de for. comp. Hinc videmus quod quando Vrbis Gubernator, Auditor Cameræ, vel Tribunal Illustrissimi Vicarij, causas cognoscunt, quia illis data fuit ordinaria iurisdictio, non indigent postea commissione executoriali in causis ordinarijs, vt scriptum reliquit, Quintil. Mandos. magnus practicus, & Aduocatus in Rom. Cur. qui multa ędidit in tract. commiss. in commiss. exequutoriali, versic. causarum Auditoris, & sic concludo, & iuribus, & rationibus supra narratis ita in Ro. Cur. seruari, & iura pro cōtraria parte adducta locū hēre extra Ro. Cur. qa ibi non adest præsentia Papę. Ob idvsq; ad debitū finē cām perducere delegati possunt, vel exequendo, vel iudicibus ordinarijs executionem demandando. Ad quod etiam considero, quod tales communes exequutoriales in Rom. Cur. facile expediuntur, secus extra Curiam, ideo ex diuersitate causæ, mutatur etiam stilus, Staphy. de aduocato, §. non est videndum numero secundo cum addit. Hinc videmus alias regulam per Rotam fuisse firmatam, quod licet annum ad suam sententiam exequendā delegatus habeat de iure, cap. quærenti de offic. delegat. tamen Auditor Rotæ suam sententiam exequi minimè poterat, nisi ex Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Cancellarij, seu Camerarij ordine prouideatur, vt colligitur ex decis. 39. de sent. & re iudic. in antiq. & idem dixit Cassad. in decis. 13. num. 4. de rescript. & in decis. 3. de dol. & contum. Licet hodie Domini Rotæ Auditores habeant ampliores facultates ex Bulla Innocentiana, ad hoc, ne tam ampla regesta fiant, prouidendo litigantium indemnitati, quod nō prosequor. Sed quādo iudex ordinarius, cui delegatus
46 pro suæ sententiæ executionem rogauerit, vel commiserit, obedire, vel exequi recusat, tunc hoc probato idem delegatus ad illius executionem procedere poterit, vt habetur in cap. significasti, de offic. deleg. Bar. in l. a diuo Pio, num. 2. de re iud. Guid. Pa-
47 pa decis. 60. Nec supradictis contrariare videtur clem. Auditor de rescript. quia loquitur in diuersis terminis: Nam ibi Auditor duarum personarum vice fungitur, videlicet iudicis officio in sententiando, & executoris in conferendo, vnde per talem collationem iniuria, vel præiudicium nemini affertur, quia si ad Papam pertinet talis collatio, nihil refert (vt dixit inibi glo. in verbo circuitus, & in verbo prouidere. An per Auditorem, seu executorem conferantur.
48 Vnum in hoc scias, quod si iudex, a quo appellationi detulit, non potest amplius, tunc sentētiam suam latam exequi, sed iudex ad quem causæ appellationis cognitio demandatur, quia ex illo actu delationis, appellatio, a se iurisdictionem omnimodè abdicauit, adeo quod amplius in causa se ingere-

re,

re,neque, Rol. a Val. latè conf. 77. num. 2.
49 volum. 2. Sed maximum fundamentum faciunt procuratores in diligentia hanc cōmissionem executorialem impetrando, quam impetratam, licet in actis producāt: parum, aut nihil prodest, quando post, vel ante reperitur expedita commissio nostra restitutionis in intergum, quia opus est, vt ante præsentatam commissionem restitutionis in integrum, si non in totum consumata, Saltem cepta sit executio, quare, quādo re, & tempore præsentatæ commissionis facta, vel cepta dicitur exequutio iuris, & quando est consumata, seu cepta, tunc dicitur executio facti, vnde illo casu non retractatur facta, nec cepta impeditur post p superuenientem commissionem restitutionis in integrū, & quatenus obtineatur post præmissa commissio, ac executio impediatur, statim reformatur, quod commissio re
51 stitutionis in integrum stet, perinde, ac si signata fuisset cum clausula parito iudicato, vel sine retardatione vlterioris executionis, aut sine præiudicio vlterioris legitimę executionis, secundū facti contingentiā, q̄ clausula legitimè additur per Signaturam, si ali
52 quid releuans opponit veniens contra executionē. Sed quando solum adest executio iuris, & sic cōmissio executorialis præsentata, tunc per cōmissionem restitutionis in integrū retardatur eius effectus, donec videatur, an veniat concedenda, vel deneganda, ob id bene præmissæ, ceptæ executiones iuris, & facti vocantur alias in executione iuris sequeretur absurdum, quod contra regulas re integra, nullum effectum apportaret restitutio, vt per dec. Benint. 85. nu. 15. & si illa cępta, vel cōsumata ex tali cōmissione restitutionis in integrū, quis reportaret commodum, aliud orreretur iure resistēte quod ex sui mora, vel negligentia vtile, quis sentiret, vnde dum Domini procuratores, eam expediri commissionem curāt, in vno satisfaciunt, quia diligentes apparent, & vtilitatem ex ea reportare poterunt, si causa restitutionis in integrum (vt dixi) non committatur. Reperta, sed expedita commissione, alia restitutionis in integrum, quamuis ista executorialis modo tamen, & forma prænarratis in actis producta fuerint, nil obesse valebit ad resistendum causæ restitutionis in integrum, vt dixi, ob id non est faciendum fundamentum, quando ad causæ restitutionis commissionem impediendam allegant in actis commissionem excutorialem fore præsentatam, & qd̄ præfata commissio executorialis restitutionem in integrum impedire nequeat, de cōmuni, Rip. in l. 4. §. condemnatum, num. 31. & in fi. versic. Aliquando petitur restitutio, ff. de re iud. Rota diuers. decis 346. num. 6. parte prima, vbi plures citantur Decisiones Put. Cott. & Veral. Put. decis. 285. libro secundo, Alex. cons. 62. colum. 2. versic. Nā præsupponitur, & cons. 223. colum. fin. vers. quia ita vol. 6. Castr. in Auth. quæ supplicatio, nu. 3. versic. vel dum melius, C. de prec. imper. offer. Socin. cons. 68. num. 4. circa fi. vol. 3. Cotta, decis. 161. & decis. 178. Cæs. de Gras. decis. 21. de restit. in integ. & latè Lancel. de attent. restit. pend. cap. 18. num. 13. num. 116. & 118. & maximè quando commissio, prout de iure signata fuit, executionem impedire non potest, cum iudicato de iure in primis, & ante omnia parendum sit, Veral. decis. 248. incip. licet secundum Staphyl. libro 1. & 155. eod. lib. & ita coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Blanch. tenuit Rota in vna Arianen.
53 tertiæ partis, die Lunæ 5. Iulij 1574. Immo quod plus est, aduersus rem iudicatam non solet dari gratiosa restitutio, Bald. in l. 1. numero vndecimo, C. ne lic. ter. prou. Alexan. in d. l. 4. §. condemnatum, nu. 26. ff. de re iudic. Couar. pract. quæst. cap. 25. num. 71. Mis sing. sing. obseru. cent. 3. decis. 84. etiam si constaret de bono iure, Rot. decis. 286. numero sexto, parte tertia, diuers. Et de hac cōmissione gratiosa in integr. rest. vide Cassad. deci. 2. num. 1. de procur. Quamuis, præuia commissione assignatione termini ad docendum de causis propter quas veniat restituendus ille, qui commissionem impetrauit prædictam, nihil quod releuet termino lapso docto, constito de re iudicata exe
54 quatur hoc facto consultum sit. Quando executorialis non est in actis, ordinariè, quatuor termini substantiales seruantur, videlicet ad docendum de appellatione, & eius legitima p̄secutione, primo pro prima, secundo pro secunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, vt per Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. vlt. num. 8. decis. 35. de sent. & re iud. in antiq. Sed ne nimis in longum causa iam p rem iudicatam finita trahatur, vt ēt appellandi anxia tolli possit, a pronuncia super desertione, vel super re iudicata, q̄ de iure denegari non deberet, vti Vestr. loco citato, capitulo decimo, numero quinto, in fi. versic. Solent, consueuit poni in dicta commissione executoriali clausula, vt præfixo aliquo breui, & peremptorio termino, loco dictorum terminorum substantialium, eidem Aduersario, ad docendum de appellatione,

tione, vel eius legitima executione, quo elapso, & nihil, quod releuet. docto, vel ad docendum de causis, propter quas veniat restituendus in integrum, constito de re iudicata, vel quod alias executioni locus sit, ad executionem procedat: de qua clausula præfixo aliquo breui, & peremptorio termino ad docendū de appel. vide latè, Bar. in l. 1. nu. 9. ff. nil. nou. appel. pend. Sed quis terminorū substātialiū seruationē introduxerit, & de illis, vide decis. 2. de rescrip. in nou. Et quales sint alij termini substantiales, quorū omis-
55 sio vitiet processum, vide Bellam. decis. 17. Talis autē clausula, vel quod alias executioni locus sit, dat iudici facultatem sententiā exequendi, si veniat relaxanda executio, vti in simili de alia clausula expensas taxet, & moderetur, Vbi necessario omnes, & singu
56 las expensas verba sunt apponenda, Quia si absque illis verbis simpliciter taxandi expensas facultas tribuitur, intelligitur solum de coram ipso factis: quando vero sunt apposita illa verba, omnes, & singulas, comprehēdit omnes expensas in tota causa, corā quocumque iudice passas, vt latius supra tetigi in commiss. appel. loquendo de expensarū taxatione, pro quo vide q̄ recēsuit Vestr. in
57 sua prax. lib. 8. nu. 10. cum addut. Et quando de expensis taxandis loquebar, intelligi de factis, non autem de faciendis, vt latè dixit Mandos. in tract. commiss. in commiss. exequutor. in verbo factas, quamuis etiam comprehendantur (vt subdit ibi) expensæ faciendæ in ipsa met taxatione, coram eodem iudice, nam licet futuræ illæ dicantur, quia sunt de eodem actu contiguo, & instā
58 tia connexæ, eędem esse apparent. Expensæ tamen pro procuratore, & Aduocato in taxatione de stilo Curiæ non ponuntur, vti ibi per eum, quem videas, sed arbitrio iudicis taxantis sunt repositæ. Seruatis autem terminis substantialibus, vel loco illorum alio breui, & peremptorio, qui est ordinariè ad secundam, vel alias iudicis arbitrio, iuxta formam commissionis, si extra statum Ec-
59 clesiasticū litteræ relaxatæ diriguntur. Primum Principis nomen, & tituli, vbi veniūt exequendæ, deinde aliorum iudicum, & iustitiæ ministrorum apponuntur, præcipiendo inferioribus ministris, post benigna, solita verba, etiam sub excommunicationis pęna, sed quando contra inferiorem (vt dixi)
60 fulminatur, Tollitur persona Regum, & cæterorum Principum, & loco illius alia subnectuntur verba, puta in Domino exhortamur: & ratio est, quia contra tales supremos, non dantur per Cancellariā litteræ cō-tentiosę, quāuis talis delegati, ac iudices Papæ, & potius exhortatio Papæ met, in mādatis Apostolicis apposita, exhortationis, siue consilij loco, sint necessario parendū venit, succedāt, q̄bus vt dixit Staphyl. de l. lit. iust. c. petenti cōmitti, nu. 8. Soc. cons. 260. nu. 26.
61 vol. 2. Qui in materia possessorij non dari restitutionē in integrum asserit, rationib. ibi per eū adductis, quem vide, Cęs. de Gras. decis. 16. nu. 14. de prob. Sed Domini de Rota concedi voluerunt, vt apparere ex aliquib. signis, q̄n per possessorium inferretur enormissima lęsio, & damnum, Achil. decis. 5. de rest. in integ. Et ad id faciunt add. per Rip. in c. sæpè, col. 1. de rest. spol. & Frāc. de Curt. in l. admonendi, nu. 203 ff. de iur. iur. Immo q̄ ēt maiorib. in s̄nia lata possessorio dēt restitutio, voluit deci. Cęs. de Gras. 2. de rest. in integ. Licet in minori non habeat difficultatem, dato, quod in possessorio adsit res iudicata glo. & Doct. in l. vnic. C. si de mo m. pos. Menoch. de adipisc. pos. rem. 4. nu. 81.
62 Odd. de rest. in integ. numero 42. Incolatus licet non contrahatur, nisi p decenniū, tñ in Vrbe Rom. fallit, nam eo ipso, q̄ quis habitat, & constituit domiciliū, aut sedem, dicitur incola, & Ciuium Romanorū priuilegijs gaudet, sec. lo. de Plat. in l. vnic. C. de priuil. corp. Vrb. Viden. Luc. pet. in sua prax. tit. qui for. subd. nu. 4 glo. in l. Ciues in ver-
63 bo collectiones iuxta, C. de incol. lib. 10. Ea ratione, quia Roma communis est Patria, & quilibet de Imperio Rom. in ea dicitur, l. Roma, vbi Bar. ff. ad munic. Dec. in c. meminimus, n. 19. de app. Bar. videndus, in d. l. Ciues, nu. 9. l. in Vrbe Roma, ff. de stat. hom. Alc. in disput. c. 21. Ac p̄sumptio est, vt q̄s de illa Ciuitate, in qua inhabitat sit, Bar. in l. 15. postquā, nu. 15. ff. de acquir. hæred. Gram. decisio 61. num. 11. Bissign. decis. 19. num. 3. de appell. & ideo conciues, vti fratres extra eorum patriam se diligere solent, Host. in cap. accedens il secondo 1. col. versic. Quinimmo, & ibi Abb. num. 7. Fel. nu. 1. vt lit.
64 pend. Marant. de iud. par. 6. vlt. actu in verbo, & quandoque appellatur, num. 39. Probatio ætatis per testes fieri potest, Bart. in l. l. de ętate, ff. de minor. Grat. cons. 42. numero quarto, volu. 1. Odd. de restitut. in integr.
65 quæst. 37. nu. 3. & 21. Incolarum appellatione, veniunt etiam districtuales, Rebuf. in l. pupillus, §. incola in princ. ff. de verb. signif. Abb. cons. 52. numero sexto, libro secun-
66 do. Quia districtus est propriè dictum, vel territoriū accedens Ciuitati, in subiectione, vltra fines, simul cū Ciuitate statutos, intra quos, quicquid est, vocatur territoriū, l. pupillus,

pillus, §. Territorium, ff. de verborum significatione, & ideo bene Territorium dictũ, a iure terrendi, quod magistratus habet, Aret. consilio septuagesimoseptimo, numero primo, & sequent. Commissio exequutorialis prænarrata non tollit, neque impedit iudicium attentatorum vti priuilegiatum, quia in primis, & ante omnia sunt reuocanda, & procedendum in attentantis odium, & eo magis, cum alteri parti sit ius quæsitum, quod Papa non vult auferre, vt per Veral. decisione decimaquar-
67 ta, parte prima. Restitutio in spolio, seu spolij purgatio fit quatuor modis. Primo quo ad possessionem. Secundo, quo ad expensas. Tertio, quo ad fructus. Quarto, quo ad damna, & interesse, vt dixit Rota decisione 626. numero tertio, parte tertia,
68 diuers. Sententia in causa restitutionis in integrum lata post quatuor annos absq; iurisdictione dicitur, Clem. vnic. in verb. fieri, de restitut. in integrum, vbi glo. Cæs. de Gras. decisione decimatertia, de restitut. in
69 integrum. Restitutio in integrum, quæ fit ex verbis sententiæ, Titium fore restituendum; verbalis est: Cassad. decisione tertia, numero decimo septimo, de caus. possess. & propr. At in beneficialibus restitutio in integrum non datur sine titulo colorato, ne detur vitiosus ingressus, decisio. Cassad. prima, numero primo, quarto, & septimo, de restitutione spolia-
71 torum. Sententiam super electione in rem iudicatam non transire, tenuit Innoc. in capitulo olim, numero quinto, de dol.
72 & contum. Restitutio in integrum non datur in interloquutorijs, vel in denegatione restitutionis in integrum, quia damnum non ex eis, sed ex contumacia sequitur, idem Innocent. in capitulo coram Felicis, numero secundo, de restitut. in inte-
73 grum. Subrogatus non potest ad exequutionem procedere, nisi citata parte, Bald. in l. Ordo, columna fin. versi. not. in hoc, C. de exeq. rei iudic. Et quamuis Fulgos. consilio centesimo octuagesimo tertio, contrarium teneat, ea ratione suffultus, quia idem antecessor, & successor sint. Tamen pro conciliãdis dictis opinionibus, Dec. in cap. ex ratione, numero vigesimo primo, de appellatione, dicit quod Fulg. sententia succedit, quando successor vidit acta, siue processum causæ, Secus vero si non habuit notitiam, Quod fallit, quando pro parte facta esset exequutio, & commissio præcederet de toto debito, quia tunc citatione opus non esset, vt ibi Dec. ac in multis alijs casibus relatis, per Alexand. in l. a Di-
74 uo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. Sententia lata super tori separatione, non transire in iudicatum, dicit Felin. in capitulo lator, numero quarto, & seq. de re iudic. quem videas.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis in integrum, & appellationis commissio in simul concurrere possunt.*
2 *Venditori, an rem emptam vel iustum precium supplere stat emptoris arbitrio.*
3 *Venditor etiam si contrauenire non iurauerit, læsus iustum precium suppleri petere potest.*
Dummodo læsio sit vltra dimidiam, & quomodo intelligatur, num. 4.
5 *Iuramentum minoris, an impediat restitutionem in integ. ex l. 2. C. de resc. vend.*
Declara, vt num. 6.
7 *L. 2. C. de resc. vend. remedium, quando intrat, habet locum etiam si enormissimæ læsioni sit renunciatum.*
8 *L. 2. C. de resc. vend. habet locum etiam in subhastatione facta per viam Curiæ.*
9 *Læsio celebrato contractu superueniens, non dat restitutioni in integrum causam.*
10 *Læsio nisi probetur, non præsumitur.*
11 *Læsio enormissima, quæ dicatur.*
12 *L. 2. C. de resc. vend. an habeat locum in terris subiectis Sanctæ Rom. Ecclesiæ, & num. 14.*
13 *Moræ purgatio quando admittatur, non obstante iuramento.*
15 *Moræ purgatio de iure canonico, lite contestata impeditur.*
16 *L. 2. C. de resc. vend. non procedit, quando vna pars agit ad pœnam, si pro parte sua non adimpleuit.*
17 *Adimplementum contentorum in contractu quis probare debeat.*
18 *Contraueniens primo contractui, incidit in pœnam & alter potest postea contrauenire.*
19 *L. 2. C. de resc. vend. non habet locum inter mercatores.*
20 *L. 2. C. de resc. vend. an habeat locum fide data.*
21 *L. 2. C. de resc. vend. an habeat locum in vniuersitate, & quomodo.*
22 *L. 2. C. de resc. vend. habet locum, tam in actore, quam in reo.*
23 *Contractus claudicare non debent.*
24 *L. 2. C. de resc. vend. nõ habet locum in ijs, quæ vsu consumuntur, nec seruari possunt.*

25 *L. 2. C. de resc. vend. an intret si ei renuncietur in contractu iurato.*
26 *L. 2. C. de resc. vend. habet tam in maiore, quam minore locum.*
27 *L. 2. C. de resc. vend. in transactione ac quouis alio contractu intrat, & vbique.*
28 *L. 2. C. de resc. vend. an tollatur ex clausula in contractu, si quid plus valet donauit, &c.*
29 *L. 2. C. de resc. vend. non intrat quando eodem tempore ambę partes debent adimplere.*
30 *Dominus, vt incidat in pœnam gestorum per procuratorem, scientiam habuiße non præsumitur.*
31 *Spoliatus ante omnia est restituendus, vsque ad quadriennium.*
Declara, vt num. 32.
33 *Spoliatus duo extrema probare debet.*
34 *Spoliatus quando fructus restituere non teneatur.*
35 *Spoliatus non solum ad fructus perceptos, sed ad illos quos percipere potest, restituitur.*
36 *Spoliator non violentum a die mote litis ad fructus solet condemnare.*
Declara, vt num. 37.
Amplia etiam si fructus sint consumpti. nu. 38.
39 *Actio spolij etiam si Ecclesia fuerit spoliata competat.*
Amplia etiam si res fuerit perempta, nu. 40.
Amplia etiam si momento possederit, nu. 41.
42 *Spolium vltimum est purgandum.*
43 *Spoliatus etiam contra hæredem spoliatoris restituitur, & contra Ecclesiam & alios.*
44 *Spoliatus etiam, vsque ad mille annos est restituendus etiam contra eum qui spolium habuit ratum.*
45 *Spoliatus si cedat spolio, non auditur, nisi eo purgato.*
46 *Spoliatus integre non restitutus, petitorium in quacumque parte iudicij suspendere potest.*
47 *Restitutio in integr. in causa poßeßorij nisi fuerit priuilegiatus, vt minor, Ecclesia, & similis, non datur.*
48 *Cap. reintegranda 3. quæst. 1. quando etiam ad rem mobilem se extendat.*
49 *Cap. reintegranda, 3. q. 1. Iudicium in foro conscientiæ periculosissimum est.*
50 *Cap. reintegranda, 3. q. 1. tam in rebus Ecclesiæ, quam in prophanis locum habet.*
51 *Cap. reintegranda, 3. q. 1. perpetuo competat.*
52 *Probare duo neceße est pro obtinen. capit. reintegranda, 3. q. 1. beneficio.*
53 *Succeßor singularis spoliati ex rem cap. reintegranda, 3. q. 1. restituitur.*
54 *Spoliatus ex rem cap. reintegranda etiam contra titulum, & bona fide possidentem restituitur.*
55 *Triennalis poßeßo spoliatori non suffragatur.*
56 *Spoliatus qui erat in poßeßione vigore gratię Apostolicæ restituitur etiam si spolietur a secundo habente gratiam Apostolicam motu proprio, ex certa scientia.*
Limita, vt num. 57.
58 *Spoliatus, qui paßus fuit super proprietate probationes recipi non restituitur.*
59 *Spolium in prophanis, & beneficialibus diuersimodè tractatur.*
60 *Spoliatus si de non suo iure constat non restituitur etiam si non apparet de iure spoliatoris.*
Limita, vt num. 61.
Limita non procedere in prophanis, vt num. 62.
Sub limita, vt ibid.
Limita quando notoriè constat de Dominio spoliatoris, vt nu. 63.
64 *Spoliatoris Dominium, quando notoriè constare dicitur.*
Spoliatus, qui proprio suo facto cecidit a posseßione non restituitur.
Amplia, vt num. 65.
Amplia denuo, vt num. 66. & Limita, & Declara, vt ibid.
67 *Resignatio beneficij simoniace facta, neque præiudicat, neque ius resignante abdicat.*
68 *Resignans beneficium, quando contra resignatarium spolio agat.*
69 *Resignans beneficium si ante admissam resignationem a superiore spolietur, restituitur.*
70 *Poßeßione ex contractu nullo transferens, non restituitur.*
71 *Spoliatus beneficio reseruato, in quo ex decreto irritanti erat intrusus, non restituitur.*
72 *Spoliatus in beneficio reseruato se intrudens, non restituitur.*
Limita, vt num. 73.
Limita secundo, vt num. 74.
Limita tertio, vt num. 75.
76 *Intrusus in beneficio litigioso ex ordinarij collatione non restituitur.*
77 *Spoliatus beneficio per collectores & subcollectores spoßeßo, restituitur.*
Limita, vt num. 28.
78 *Spoliatus beneficio Sedi Apostolicæ reseruato ex collatione ordinarij restituitur.*
Limita, vt num. 79.
Limita, vt num. 80.
81 *Spoliatus prouisus a Papa restituitur, etiam si esset beneficium reseruatum.*
82 *Spoliatus per Iudicem regulariter non restituitur, etiam si iniustè.*
Limita primo, vt num. 83.
Limita secundo, vt num. 84.
Limita tertio, vt num. 85.
86 *Spoliatus beneficio, de quo quis incapax erat non venit restituendus, vt simoniacus.*
Limita, vt num. 87.
Sublimita, vt num. 88.

Execra-

152 *Statuta Vrbis per 40. milliaria ſe extendunt, ſublata ſalis focatici diſtinctione.*
153 *Commiſſio, quando exequutio ſit facta, quomodo detur ſuper nullitate.*
154 *Commiſſio, vbi petitur iudici inhiberi in præiudicium exequutorialium, quando detur.*
155 *Commiſſio, in qua orator poſſeſſorio relicto, in petitorio procedi petat, qualiter danda.*
156 *Commiſſio, vt teſtibus examinatis in poſſeſſorio, & mortuis, fides detur in petitorio, quomodo ſignari ſoleat.*

CAP. III.

1 REſtitutionis in integrum appellationis ſpecies quodam modo eſſe videtur. Quando ſiue maior, ſiue minor, (vt dixi ſupra) in cõmiſ. relax. iur. c. 5. nu. 39. enormiter læſus, ſiue leſi ex venditione ſe reperiũtur, vel aſſerunt, quia reſt. in integrum dari interdũ poteſt, Abb. in cap. cum dilecti. colum. 2. de empt. & vendit. Gabr. lib. 3. com. opin. in tit. de empt. & vend. concluſ. 1. nu. 12. Subdẽs, n. 14. etiam ad fructus perceptos ex ipſa re. Sed an, & quãdo ad fructuum reſtitutionẽ teneatur, vide Couar. var. reſ. lib. 2. c. 3. Ideo in præmiſſis ex remedio, l. 2. C. de reſc. vẽd. Sibi ſuccurri petunt, vel per repoſitionem ad priſtinũ per petentem reſtituto, ſiue ſuppleto iuſto precio ab emptore, vnde hac nactus occaſione, aliqua in hoc articulo, &
2 in d. l. 2. materia, ſuccinctè ſubnectẽda fore cenſui, & an velit iuſtum ſupplere precium, vel rem venditori reſtituere, in emptoris arbitriũ repoſitum fore aſſerunt, Abb. de cõi, in cap. cum dilecto, colum. fi. de empt. & vẽdit. Bart. in præfata l. 2. num. 16. Gozad. conſilio 44. col. 2. Iaſ. in l. vbi autem §. illud, colum. 1. num. ff. de verb. oblig. Licet in quolibet alio contractu bonæ fidei, & etiam ſtricti iuris, locum habeat, vt hic Bart. verſic. Quid in alijs contractibus, col. 2. Et Bal. in 7. oppoſ. & verſic. Tertio quæro, Salic. verſic. Quarto quæro, Corn. conſ. 240. num. 1. volumine quarto, Iaſ. in l. de quibus, num. 29. ff. legibus, de communi atteſtans, vt in contractu locationis, & etiam conductorem com
3 prehendit, ſi reperitur ſecundum illius termini læſus, ẽt ſi non cõtrauenire iurauerit nihilominus iuſti precij ſupplemẽtũ petere
4 non prohibetur. Dummodo lęſio ſit vltra dimidiã iuſti precij, habito reſpectu ad tps celebrati contractus, non aũt ad tẽpus anterius, vel poſterius, vt hic, Doc. Imol. in d. c. dilecti, 2. not. Soc. conſ. 48. num. 3. vol. 4. Vnde ſunt æſtimatores eligendi, qui de valore illius tpis benè conſcij, & informati eſſe poſ
5 ſint, Bertran. conſ. 33. nu. 3. volu. 2. Ponamus itaq; 1. regulam, quod minoris iuramentũ ex præfatę, l. 2. remedio reſtitutionẽ impediat, quod ſine difficultate procedere dixit, Grau. in conſ. 188. cum plur. concord. nu. 3. & de cõi conſ. 114 nu. 9. verſic. Et eo magis, ſi ratione minoris ętatis inſtrumẽto contra
6 uenire non iurauerit, vt ibidem, nu. 3. Declara procedere ſupradicta, dummodo vltra dimidiam adſit læſio, vel nimis exceſſiua, Gozad. conſ. 114 nu. 9. verſic. Et idem in minore, & licet ſecus Doctores teneant, tñ Rota contra dictam communem Doct. ſnĩam cenſuit, & ſeruat, nempè, quod tale minorum iuramentum, d. l. 2. remedium minimè impediat, quia non alterat vltra contractus naturam, Caſſad deciſ. vnic. per tot. de empt. & vend. & idem Grau. cõſ. 192. nu. 2. Imol. hic remed. 2. Quod habere locum ẽt in maioribus, ibidem tenuit, Grau. n. 3. Quã do vltra dimidim nimis exceſſiua læſio eſ
7 ſet, quia dolus hoc caſu arguitur. Hoc autẽ te non lateat, quod vbicumque remedium huiuſce legis intrat, comprehendit ẽt ſi fuiſ ſet renunciatum enormi, & enormiſſimæ læſioni cum iuramento ſpeciali, etiam adiecta clauſula (ſi qd plus valet, donauit) alijſq; ſimilibus efficaciſſimis, ex triplici ratione, Quarum prima, eſt quod tales clauſulæ de ſtilo notariorum apponuntur. Secunda ex ſuſpitione, quæ oritur de facili, quando appoſitę ſunt clauſulę maiores, & efficaciores, Tertio quia eadem facilitate, quo ad ita cõtrahendum inductus quis fuit, pariter debet concedi, & induci ad contra ipſam legem, cui ſic faciliter renũciatum fuit, veniendũ, Caſſad præfata dec. vnic. nu. 2. 3. & 4. Grau.
8 d. conſ. nu. 9. Immo quod plus eſt, lex noſtra quoque in ſubhaſtatione, vel, vt dicitur venditione neceſſaria locum habet, etiam ſi ad incantum, ac plus offerenti deliberetur, & vendatur, Paul. de Caſtr. in l. ſi quis, C. de reuoc. donat. Aret. in §. ſi quis agens, num. 3. inſtit. de actio. Cagn. hic num. 161. vbi tam canoniſtarum, quam legiſtarum hanc communem fore ſententiam aſſerit Alex. conſilio centeſimodecimoſeptimo, in fi. volumine ſeptimo, Sarmien. deciſione ſexageſſimatertia. Quod declara, dummodo venditio ſit per viam Curiæ, ſecus autem ſi bona ipſemet Dñs ſubhaſtare faceret, quia tunc huius legis remediũ ceſſabit per Gab. loco citato, numero 62. Idque ẽt amplia procedere contra ſingularem ſucceſſo-

rem,

rem, vt per Sarnen. loco cit. Bald. hic q. 13.
9 Pantalen. in rep. hic limit. 8. Et ob id læsio
dēt probari, & cōsiderari de tpe celebrati cō
tractus, quia ex superuenienti læsione, non
datur restitutio, ēt si fuerit Ecclesia, & simi
les priuilegiati, Gram. cons. 186. num. 4. Ias.
cons. 54. num. 4. & cons. 55. versic. Præterea
10 ad cognoscenda, nu. 1. vol. 1. Dumq; resti-
tuendus prætendit manifeste læsionē hāc,
probare debet, alias nec læsio esset attendē-
da, quia non præsumitur, illaq; non proba-
ta, in cōsequens restitutio denegatur, Abb.
in c. 1. nu. 2. versic. Secundo, quod manife-
stè apparet, de in integ. resti. Tuncq; enor-
11 missima dicitur, quando in tota re, vel cau
sa est, Socin. cons. 266. num. 24. vol. 2. Ias. cō-
12 silio 54. num. 5. volum. 1. Et licet multi ex
nostris iurisconsultis de canonica æqui-
tate legem hanc in terris Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ subiectis, non habere locum asse-
rant, quod originale Bald. dictum fuit, in l.
qui crimen, q. 11. C. qui accusat. non possess.
Alex. hic nu. 7. versic. Fallit ēt de æquitate
canonica, & Ias. num. 26. versic. Limita præ
dicta, in hoc non obstante iuramento, qñ
altera pars damnum passa fuerit, purgatio
moræ admittatur. Ant. Imol. Butr. in cap.
13 dilecti de arbit. Hier. Zannet. optimè cum
concordat in tracta. de differ. inter ius ciu.
& can. 55. differ. nu. 91. Bal. in l. si pacto quo
pœnam, C. de pact. Dec. cons. 138. nu. 6. vers.
Et ad hoc ēt bene facit, Curt. in tract. feud.
par. 4. q. 24. Lanfr. de Orian. in cap. quoniā
cōtra falsam, in verbo depositiones, de pro
bat. Et ideo quo ad pœnam de iure canoni
co mora purgari semper poterit, Paris. cons.
19. num. 243. volum. 2 Io. Crot. in l. si casu
iam, quęst. 5. vbi Bart. nu. 49. versic. Fallit de
ęquitate canonica, ff. de verb. oblig. vbi etiā
Rip. num. 93. id ponit pro limitatione, quā-
uis contrariam partem asserens, postea sub-
14 nectat. Quod declara non procedere in fo
ro pœnitentiali, in quo de iure canonico si
altera pars damnū passa non fuerit, quoad
pęnam semper purgari mora poterit, & ita
dicta Doct. asserentium de iure canonico, l.
si quis maior non procedere, declarari de-
bent non habere locum in foro pœnitentia
li, Sed bene in contentioso, in quo nec mo-
ra purgatur, nec pœna euitari potest, & ita
concordantur supradictæ opiniones Doct.
inter se variæ, Iac. de Nigris in l. si insulam,
vbi Alex. num. 12. ff. de verb. oblig. Roman.
sing. 444. & cons. 427. numero septimo, &
octauo, Gozad. consilio quinquagesimo
septimo, numero quinto, versic. Septimo
de æquitate canonica, & idem Ruin. in con
silio 20. num. 4. vol. 4. Corn. cons. 121. nu. 15.
versic. Nec obstat, quod dicit Bal. volum. 1.
Mora autem de iure canonico propter vir-
tutem, & efficaciā iuramenti purgari mini-
mè valet, Iaco. de Nigr. & Alex. vbi supra,
num. 12. Curt. iun. hic in fi. Ruin. d. cons. 20.
num. 7. & seq. Corn. d. cons. 121. num. 16. &
17. vol. 1. Præterea de canonica æquitate,
15 quotiescumque lis fuerit cōtestata, moræ
purgatio impeditur, sicuti etiam contractu
conditionali existente, exempli gratia, quā
do conductor soluerit, non molestetur, Mo
16 hed. decis. 26. Quamuis non procedat hæc
lex, quod vna pars agere possit ad pęnam, si
alia non adimpleuit ex parte sua omnia in
contractu contenta, Corn. cons. 264. num. 6.
volumine tertio, Alex. cons. 32. in fi. vol. 2.
Ancher. cons. 331. col. 1. in fi. versic. Tertio
aduertendum, Aym. cons. 142. num. 13. &
17 & seq. Quod onus adimplementi parti agē
ti probare incumbit, quia interim non
adimplementum allegare sufficit, Alex. cō-
silio 111. num. 7. volumine secundo, & con
silio 29. in princ. volumine quarto, Corn.
cons. 101. num. 14. volum. 1. quos refert, &
sequitur Grau. cons. 192. num. 15. & lex præ
fata operatur, quod quotiescumq; vna pars
non adimpleuerit, si prius pro parte sua con
trauentum fuerit, nihilominus adimplere
tenetur; & tamē alia pars aduersa liberatur
ab omni eo, quod debebat in dicto contra-
ctu. Vnde si altera pars prius contrauenit, ēt
18 ipsa liberè contrauenire valet, nam solum
tunc primus contraueniens in pœnam inci
dit, & ob id secundo contrauenire est per-
missum, Mars. sing. 50. incip. Mora magnū
periculum, Alex. cons. 96. in fi. volu. 6. Felin.
in cap. peruenit, el secondo, num. 4. de iure
iur. Dec. in l. cum proponas in fi. C. de pact.
Quod procedit etiam si in minimo contra-
uentum fuerit dato, quod in nummo non
19 adimpleuerit, Grau. cons. 182. num. 18. Li-
mita tamen, l. hanc locum inter merrcato-
res no habere, inter quos de mera æquitate
proceditur, vnde mora semper purgari in-
ter ipsos potest, iuramento non obstante,
dummodo pars aduersa damnum passa nō
fuerit, vt hic Purpu. 23. not. num. 79. Rip. in
d. l. si insulam, numero 94. versic. Ex ijs in-
fertur, quamuis contrarium asseruerit Ias.
quod virtute iuramenti, etiam vti alij com
prehendantur, in cons. 82. numero 1. & 2.
20 vol. 1. Immo, quod non solū non habeat lo
cū, qñ fuerit præstitum iuramentum, verū
etiam quando fuerit præstita fides, quod ta-
men intellige, quando sub fide, non alias iu
rato promittunt, vt per Hieron. Zannet.

in d. tract. de differ. int. ius can. & ciu. 55.
21 diff. num. 92. Limita etiam hanc, l. non habere, vt Doc. dicunt, locum in vniuersitate. Id intelligi debere, quo ad pœnam periurij, & infamiæ, non aũt quantũ ad pœnã priuationis commodi contractus, Ias. cons. 118. num. 13. volum. 1. & in l. nostra, numero septimo, & octauo, vbi etiam, Curt. iun. nu. 22. Cagn. nu. 17. Purpur. cons. 530. num. 20. & ita tenuit Rota in illa Rom. Hæreditatis de Porta, coram R. P. D. Mellino 29. Nouẽ
22 bris 1595. Vbi Rot. ex magis recepta snia, tam in actore, quam in reo locum habere censuit, vt etiam hic per Bart. num. 12. Salic. num. 5. Iac. de S. Georg. num. 63. Thomas Parpal. num. 109. Curt. iun. nu. 28. Ruin. cõs. 172. num. 1. volum. 4. Caccial. de transact. q. 15. Gabr. lib. com. opin. in tit. de transact. conclus. 1. num. 57. Quia eundem effectũ iuramentum contra reum operatur, sicut contra actorem, nam claudicatio illius iudi
23 cij in dubio in contractibus, præsertim correlatiuis, siue correspectiuis interuenire nõ
24 debet. Limita quoque, l. hanc locum non habere, in ijs, quæ vsu consumuntur, & seruando seruari non possunt, glo. in l. lex, quæ vbi Salic. ĩ fi. C. de admin. tut. & in l. si fine, §. idem Fauuni, ff. de minor. Tales autem res absque sollemnitate alienantur, & pariter, absq; iudicis decreto, & ita corã D. Cantuc. Episcopo Lauretano, tenuit die 15. Decembris 1578. De quo est decis. diuers 89. par. 2.
25 Alex. cons. 125. sub nu. 4. vol. 1. Et an hẽat locum, quando illi cum iuramento, & iudicis decreto renunciatur, in contractu, vide Alex. cons. 42. nu. 9. & 10. vol. 1. tenendo in primo cap. pro negatiua, & in secũda, Soci. reg. 226. & ita coram R. P. D. Aldobrãdino hodie S. D. N. Clem. VIII. dum Rotæ Auditor esset, olim sub die 26. Februarij 1579. tenuit Rota, in vna Tudertina Castri. Et pro contractu præsumitur, donec contrarium probetur, Gabr. cõm. opin. tit. de sent. conclus. 5. num. 2. Gemin. cons. 48. num. 6. Paris. cons. 24. num. 4. & 5. vol. 4. Et Gab. loco cit. num. 134. conclus. 5. & latius Gab. loco citato, in tit. de empt. & vend. Limitando, & ampliando ambas supradictas quæstiones, multaq; de hac. l. si quis maior congerit cõclus. 1. per tot. lib. 3. licet Put. decis. 123. lib. 3.
26 dicat, l. hanc non habere locum in minore.
27 Sed in maiore. Ampla, l. nostrã non solũ sibi in transactione, sed in quolibet alio contractu locũ vindicare, & ista de causa de cõi Stilo solet in quocumq; contractu iuramẽtum apponi, & sic practicatur, vt hic Ias. nu. 11. Crot. in d. l. si insulam, ff. de verb. oblig. num. 48. & hic Curt. iun. hanc fore receptã Doct. sniam, nu. 30. testatur Ruin. cons. 198. num. 6. vol. 1. Corn. pariter de cõi cons. 121. nu. 15. vol. 1. Quod vt hic per Ias. num. 7. & seq. locum habet in Ciuitatibus, Castris, Villis, & vbiq; vti ẽt Curt. iun. num. 22. Idque tamẽ dic procedecere, post secutam sniam declaratoriam, quia antequam feratur, præmissorum pœnam non incurrit, Crot. in d. l. si insulam, num. 49. & 68. Alex. & Ias. vbi
28 supra, num. 15. Et an remedium legis nostræ tollatur, quando in cõtractu adest clausula solita poni, si quid plus valet, donauit, etiam donatione inter viuos, &c. Latè vide Gab. in dicta conclus. 1. de empt. & vend. nu
29 mero 52. & 53. & Boer. decis. 242. Similiter non procedit. quando eodem tempore ambę partes adimplere debebant, & nemo id fecit, nam hoc casu neutra ipsarum periura est, neque legis nostræ, pœnam commisit, vt hic Curt. iun. num. 32. Matthes. not. 50. per documentum, Bald. post glo. in capitulo tertio, de iur. iur. vbi firmatur regula,
30 Quod periurus periuro nihil addit. Scientiam autem gestorum per procuratorem dominum habere non præsumitur, quo ad hoc, vt si dominus contra fecerit, in pœnã, l. huius incidat, decis. Simonet. 193. per decis. 20 de dol. & cont. in antiq. ad quod faciunt relata per Ias. in l. 2. col. 3. versic. adde etiam, C. de iure emphyt. quamuis contrarium afferere videatur, Ro. cõs. 481. nu. 4. per Gab. d. conclus. 1. num. 26. Ista autem satis breuiter, in ampla huc materia d. l. 2. dicta pro nunc sint, & multa alia videas ex Gabr. d. conclus. 1. de empt. & vendit. cum Ampliat. Fallentiis, & limitationibus, cuius dicta non refero. Modo aliqua in materia spolij subnectamus, & quando, & quomo-
31 do spoliatus veniat restituendus, Ponamus itaque primo regulam ordinariam, & tritã, ante omnia spoliatum fore restituendum, c. in litteris de rest. spol. l. si quis ad se fundũ C. ad l. Iul. vnd. vi. Spec. in tit. de petit. posses. in prin. ẽt oĩ postposita exceptione, c. cõquerente de restit. spol. & non solũ quo ad proprietatẽ, & possessionem; sed ẽt vsq; ad quadrantem, tam in possessione, quã fructib. & expensis litis integraliter, alias rũdere nõ tenetur super cæteris, nisi plena satisfactione cõsequuta, de eo restituto, idq; verũ est tam in Rota, quã extra illam in spoliatoris odiũ, Abb. in c. cũ dilectus, & c. fi. de ord. cog. Marant. de ord. iud. par. 4. dist. 6. q. 3. num. 35. in Glo. d. c. conquerente, in verbo integre, vbi Bald. & Doct. Paris. cons. 1. num. 147. volumine 1. Ias. in l. Sancimus versic. Octauo extende,

extende, C. de Iudic. Tiraq. de retra. cõuent. §. 4. in Glos. 1. num. 23. Cap. Tholos. decis. 60. nisi ex hac restitutione oriretur publicum malum, vel scandalum, siuè prauum exemplum, de quo vide Put. decis. 326. nu.
32 tertio, & sequ. parte secunda. Ratio est quia possessione sua nemo absque causæ cognitione priuãdus venit, cap. primo, 12. q. 5. cap. placuit, 16. q. 6. l. si quis, ff. vnde vi, l. fin. C. si per uim. Innoc. in ca. inter quatuor, nu. 2. de maior. & obed. Ideo si aliqua res peti cõtingat, illi sunt vocandi de cuorũ interesse agit, & quos tangit, sin secus absentibus nõ vocatis præiudicium non infertur pro gesta, contra præsentes, ad hoc, vt agens verus successor fiat, nisi absens cãm hãc sciat, & patiatur, vt ibi Innoc. numero tertio. Sed præmissa declara in restitutione, quæ petitur ab ipso spoliatore: at quando exceptio spoliationis a tertio opponeretur, & causa esset criminalis, tunc restituere maiorem partẽ sat esset, vt late Gabr. concl. prima, numero 12. & seq. libro quinto, de restitut. spoli. Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune num. 30. ff. de acq. poss. Milis in suo repert. in verbo
33 expensę, & fructus. Dico autem spoliatus probare debet, nempe spolium, & possessionem tempore spolij, capitulo cum ad sedẽ de restit. spol. l. 11. §. hoc interdictum, ff. de vi, & vi arm. Et secundo, spoliantis possessionem de pręsenti. Amplia etiam id in tãtum esse verum, quod si spoliatus postquã
34 fuerit per sententiam (vt præmittitur) plenarie restitutus in petitorio succubuerit, nõ tenetur restituere fructus perceptos vsque ad litis contestationem in possessorio, decis. Cap. Tholos. 492. Amplia secundo, quod
35 non tantum ad fructus perceptos spoliatus restitui debet, sed etiam ad illos, qui per spoliatorem percipi potuerunt, capitulo accedens, el 1. & ibi Abb. in penult. not. vt lit. non cont. Et c. grauis, de rest. spol. Rip. ĩ d. §. nihil commune numero 30. Licet regulariter Rota spoliatorem non violẽtum a die
36 motæ litis in fructibus condemnare soleat, non autem a die spolii, decis. 4. & decis. 10. de rest. spol. in nou. Cassad. decis. prima, de caus. poss. & prop. Io. Paul. Decis. 120. & 136.
37 Veral. decis. 27. parte secunda, hoc tamen intelligi debet, si ad rem aliquam principaliter agitur, cuius fructus accessorie veniunt restituendi, nam tunc quoque a die motę litis, restitutio est facienda de supradictis fructibus, secus quando agitur principaliter ad ipsos fructus, quos principaliter quis petit tã quam spoliatus, vt exempli gratia, in annuis pręstationibus, in quibus spoliatus potest petere iudicio possessorio ipsos fructus subtractos, & de hoc vide omnino dec. in vna Mediolanen. fructuum facta coram Illustrissimo D. Cardinali Plato 26. Maii 1598.
38 Quam decis. amplia, dato etiam quod fructus essent consumpti, siue pro fructibus consumptis pecunię essent dandæ. Bart. in l. item illa, columna secunda, ff. de const. pec. Achil. decis. 19. numero primo, & secundo de rest. spol. Competit etiam actio spolii, si
39 fuerit Ecclesia, quæ suis bonis spoliata sit Rot. decis. prima, numero quarto, de rest. spol. in nou. Paris. cons. 24. numero quinto, & seq. vol. primo, & dispositio capituli, si clericus laicum, de for. comp. in hoc locũ non habet, vt ibi Abb. numero tertio, & Socin. in capitulo cum sit generale, nu. 14. columna secunda, vers. cum dicit eod. titu.
40 Lapus Alleg. 58. num. 7. Tertio amplia etiã si res fuerit perempta, quia ante omnia ad illius ęstimationem restitui debet, non obstãte allegata exceptione compensationis, quã
41 tumuis clarę, & liquidę, vt Rip. loc. cit. nu. 48. Quarto amplia, quod per Rotam etiam si momento possederit, spoliatus restituitur, Cassad. decis. 20. in fin. de præb. Et licet spoliatus prius suum spoliatorem spoliasset
42 nihilominus venit restituendus, quia vltimum spolium illud est, quod purgandum venit l. tertia, §. cum igitur, & l. qui possessionem, ff. de iur. iuran. Abb. in capitulo olim. el primo, de rest. spol. & in cap. fin. col. tertia, in fin. de ord. cogn. per Salic. & DD. in l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de ui. pu
43 bl. Immo contra spoliatoris hæredem quoque est spoliatus restituendus, quia vitium spolii reale rem sequitur in quemuis vadat, sicut lepra leprosum, Cresc. decis. 3. de rest. spol. quoque venit restituendus contra Ecclesiam, & similes, cuius nomine spolium factum fuit, Rip. vbi supra numero 56. dato, quod spoliator in spolio fuerit per Principem confirmatus. Tamen, vt ibi dixit Rip.
44 num. 63. & 64. vsque ad mille annos venit restituendus in possessorio per Alleg. Lap. 189. & ideo est spolii actio priuilegiata, quia vllo vnquam tempore neque si 100. annorum, & vltra spatiũ lapsum esset de iure communi perscribitur. Cassad. decis. 6. de restit. spol. Sarn. in reg. de trien. q. 10. ad fi. sub nu. 7. vers. sed istis nõ obstantibus, Mohed. dec. 342. alias 18. de rest. spol. Put. decis. 115. par. 1. ita Rota denuo censuit coram Illustrissimo Mãtica in vna Sabinen. spolii 24. Ianuarii 1594. Vnde nec per regulam de triennali, siue quãuis aliam præscriptionem, nullo vnquam tẽpore tutus dici poterit, quia non

præscribit

prescribit Cassad. dec. 6. de rest. spol. Sarmie. decis. 42. Simonet. decis. 86. & non solum restituitur contra spoliatorem, verum etiã contra illum, qui spolium suo nomine factum, ratum habuit, vt ibidem Rip. nu. 31.
45 & quod plus est si spoliator fatendo spoliũ illi cesserit, nihilominus in negotio principali procedi minimè poterit, nisi prius pur-
46 gato spolio, Verall. decis. 43. parte 1. Et id in tantum verum est, quod si non fuerit integraliter restitutus, poterit in quacumque parte iudicij petitorium suspendere, donec & quousque integraliter sibi soluatur, vel sa-
47 tisfiat, Put. decis. 298. parte secunda. Quando autem in causa possessorij sententia lata transitum in iudicatum fecisset: Tunc nisi fuerit persona priuilegiata, vti minor, Ecclesia, vel similis, non datur restitutio, vti idem Put. decis. 37. parte prima: & in prophanis vlterius modo materiam hanc non prosequor, quia latè cum ampliationibus, & limitationibus cumulatur, per Gabr. libro 5. com. opin. tit. de rest. spol. concl. 1. & 2. quę videre poteris. Deueniamus modo ad spo-
48 lium, quod ex remedio capituli teintegrãda, 3. q. 5. intentatur, & in hoc scias, quod illius vigore etiam ad rem mobilem, qua fuerat spoliatus, & pro qua nullum aliud competit interdictum, restitui debet, vt ibi Rip. numero 54. & quamuis sibi illatam vim nõ probauerit, nihilominus ex dicti capituli remedio subuenitur, nã satis est, quod olim possederit, & non hodie, vel sine iusta causa, a sua ceciderit possessione, vt est communis opinio, de qua Socin. cons. 266. nu. 17. vol. 1. Dec. cons. 252. num. 2. Immò etiam, contra tertium in re sine vitio succedentẽ,
49 restituitur, vt ibi Rip. num. 53. Taleque remedium capituli reintegranda, quamuis huiusmodi iudicium periculosissimum sit, multas lites, controuersias, & publica dãna pariens, cum animæ interitu practicatur, vt patet ex supra relatis in materia iactationũ, de quo pariter late meminit Sarmiẽ. select.
50 sent. lib. 2. c. 3. nu. 1. & seq. Quod etiam locũ habet, vltra bona Ecclesiastica, & clericos, etiam in causis laicorũ, & prophanis. Butr. in capitulo cum ad sedem, de rest. spol. Innoc. & Io. And. in cap. sępe, eod. tit. Bal. in l. si coloni. C. de agric. & censit. lib. 10. Ange. cons. 154. Socin. vbi supra, & in l. rem, quæ nobis, ff. de acq. hęred. Turzan. in lib. com. o-
51 pin. concl. 110. Et istius capituli remedium perpetuo, sine temporis præfinitione competit, vt per Put. decis. 119. par. 1. & ita cẽsuit nuperrime, Rota in vna Sabinẽsi spoli, coram Illustrissimo Mantica 24. Ianuarij 1594.

decis. Cassad. 6. de rescri. Sarnen. in reg. de trien. q. 11. ad fin. sub num. 3. vers. & istis nõ obstantibus Mohed. decis. 342. alias 15. de
52 rest. spol. Ac ad illam obtinendam ex dicto cap. dispositione duo probare sat erit, quæ primum, & secundum extremum vocantur, idest, possedisse, & alium hodie possidere, Put. deci. 270. lib. 3. cap. consultationibus, de offic. deleg. Rot. decis. vlt. de rest. spol. in nou. cap. olim, el primo, vbi Abb. eod. titu. Idem Abb. cons. 23. num. 2. vol. 2. sed primũ extremum, cum parui sit prẹiudicii, per prẹsumptiones, & indicia probare sufficit, vel per semiplenam probationem, Bar. in l. 1. §. fi. in princ. C. vbi in rem actio, Matthesi. not. 2. Ias. in l. admonendi, num. 273. vbi Curt. nu. 68. C. de iur. iur. Dec. in ca. cum causam, num. 4. de probat. & cons. 56. num. 1. At Rota contrarium seruat, quia vult clare primũ extremum probari, Tholom. decis. 115. & hanc receptiorem fore sententiam asserũt, Alex. cons. 193. in fi. vol. 6. Afflic. decis. 364. num. 5. late Cagn. in l. impari, nu. 5. ff. de reg. iur. Quæ non procedũt, qñ agitur interdicto siue remedio recuperandæ. Put. decis. 457.
53 parte 2. Successor etiam singularis spoliati ex huius ope restituitur, quia hoc est remedium in re rescriptum, Mohed. decis. 40. Socin. in d. l. remque nobis num. 10. & ita pluries tenuisse Rotam testatur, Cresc. dec. 3. de restit. spol. Sed si prius spoliatus petitorium intentasset, & deinde illi renunciasset, nihilominus restituitur, quia ex intentato iudicio non videtur Aduersarium Dominũ fateri, vt sibi exceptio dominii obstare possit, sed solũ liti, & causæ, ac rei vendicatione renunciasse, vt per Bar. in d. §. nihil commune, num. 5. post glos. Immo restituitur spo-
54 liatus ex huius c. remedio, etiam cõtra titulum, & bona fide possidentem, Deci. consi. 252. numero 4. hanc communem esse opinionem asserens, quam sequitur Cassad. decis. 7. de restit. spol. & communem quoque clamat Ripa in dicta l. rem quę nobis, num. 24. & 27. & latius in cap. sæpe, nume. 28. vers. contrariam opinionem de restit. spoli. Re-
55 gula autem de triennali possessore spoliato ri non suffragatur, Put. deci. 36. num. 14 par.
56 1. Spoliatus, qui erat in possessione vigore gratię Apostolicę restituitur, etiam si fuerit spoliatus per secũdum, habentem gratiam vigore motus proprii, in quo ex certa scientia reuocabatur dicta gratia, ex potestatis plenitudine, dans facultatem capiendi possessionem propria authoritate, addita clausula amoto inde omni, & quocunque illicito detentore, Mohed. decis. 96. vbi de his

omnibus

57 omnibus pulchras allegat rationes. Quod tamen verum intellige, nisi adsit decretum irritans maxime in regressu, quia adeo spoliatus afficit possessionem, vt non veniat restituendus, Put. dec. 142 parte secunda: tunc
58 que spoliatus non restituitur, quando passus fuit recipi super proprietate pbationes, dummodo per eas constet de Aduersarij probantis dominio, Patis. cons. 11. numero 18. vol. 4. Diuerso autem modo procedetur
59 in spolio, quando versamur in beneficialibus, a prophanis: nã vt (supra dixi) in prophanis sufficit possessionem suam, & illam aduersarij probare, & quia exceptio dominij obstare non potest, restituitur ad dominiũ: secus vero in beneficialibus, quia spoliatus isto casu non restituitur, nisi vltra possessionem, & spolium per possessionem aduersarij, doceat de titulo, saltẽ colorato, ne detur vitiosus ingressus, Cassad. deci. prima. num. 9. & 10. & latius in decis. 4. nu. 2. de rest. spol. & in decis. 6. post princ. de caus. pos. & propr. Rot. decis. vlt. vers. præterea, in beneficialibus, de restit. spol. in nou. Oldr. cons. 1. nu. 4. Paul. de Castr. cons. 233. ad confirmationem eorum, num. 4. vol. 1. Glos. fin. in clem. vnic. de caus. poss. & propr. & de communi depo sito in cap. 1. num. 17. tertia, q. 1. Quod tamẽ
60 amplia procedere, vt non restituatur spoliatus, si de non iure ipsius constet, dato quod non appareat de iure spoliatoris, vt per Soc. in Trac. fallent. reg. 379. in 10. fallen. vers.
61 quod licet, Quod limita, nisi constet de nõ iure proprietatis notorie in eo, quo prosequitur, quia tunc ne detur vitiosus ingressus non restituitur, Cassad. decis. 1. num. 6. & decisio, 3. vers. & hoc, vt notorius defectus, de rest. spol. Rot. decis. 1. & decis. 24. eod. titulo in antiq. Io. de Silu. in trac. de benef. par. 3. q. 10. nu. 8. Rip. in d. §. nihil commune nu. 70. Id tamen. Primo exemplificari potest in eo, qui se in beneficio intrusit reseruato, Secundo in illo spoliato penitus incapace. Tertio in eo, qui petit se restitui sine titulo, vt latius sigillatim, infra dicam, Limita tamen
62 supradicta non procedere in prophanis, in quibus spoliatus restituitur, dato quod notorie constaret de non iure ipsius, cũ (vt dixi) sibi exceptio dominii obstare non possit, tamen sublimita hanc limitationem non procedere, quando duo copulatiue concurrũt, videlicet, quod præsumptio iuris sit pro nõ iure spoliati, & pro iure spoliantis, quia hoc casu spoliatus non restituitur. Soc. in d. trac. fallen. reg. 379. 11. Fallen. Rip. in d. §. nihil cõ-
63 mune nu. 77. & 78. Limita quoque supradicta, quando notorie constaret dicto Dominio spoliatoris, quia hoc casu spoliatus non restitueretur. Socin. in dicto §. nihil commune num. 7. Sin autem non constaret notorie de dominio spoliatoris, licet offerret incontinenti se dominium suum probaturum, non erit audiendus, immo tali allegatione non attenta, venit spoliatus restituendus, Bar. in dicto §. nihil commune num. 2.
64 & Rip. numero 52. Notorie vero tunc de spoliatoris dominio constare dicitur, quando spoliatus dat de re iudicata in sui fauorẽ super petitorio, quæ inducit notorietatem dominij, & repellit agentem spolio, vt communiter contra Bar. tenent DD. in d. § nihil commune, & ibi late disputando, Alex. nu. 12. 13. & 14. Socin nume. 7. Ias. numero 43. Rip. nume. 35. & 69. Quod tamen dicas procedere, quando iudex pro spoliato super petitorio tulit sententiam, ex quo plene probauit de dominio suo, alioquin si tulisset simpliciter absolutoriam, ex quo spoliatus in petitorio nihil probauit, non obstaret postea huiusmodi exceptio ágẽti possessorio, vt per Bald. in d. §. nihil commune col. 1. circa medium, vers. quoad propositum, Ias. nume. 3. & numero 43. Alex. numero 12. & seq. Rip.
65 numero 44. Præterea, quando proprio suo facto, vel contractu spoliatus cecidit a possessione, non restituitur, neque ex remedio prædicti capit. reintegranda, Cassad. deci. 4. numero sexto, vers. proprio, namque facto de rest. spol. Socin. in dicta l. rem, quæ nobis numero 8. Alex. cons 92. num. 5. vol. primo, Rip. in dicto §. nihil commune, numero 39. in 20. fall. Et supradicta in multis exemplificari possunt, Primo in resignante, qui si spolietur a resignatario, non restituitur, nã tunc proprio facto, & titulum, & possessionem nedum naturalem, verum etiam ciuilem a se abdicauit, Rot. decis. 2. de rerum perm. in antiq. Oldrad. cons. 227. num. 5. & ita dixit Soci. in d. l. rem quæ nobis. col. ii. Quod amplia etiam, si resignans post resignationem remanserit in possessione facti, idest in detentione, Butr. in cap. accepta in fi. vers. vlt. quæro de renunciat. Cassad. decis. quarta, de rest. spol. Staphyl. de lit. gratiç, & Iust. fal. 66. Sarnen. super reg. cancel. de annali q. 57. & de triennali q. 24. num. 8. quamuis contrariũ asseruerit Abb. in cap. solliciti, col. 2. vers. nũ quid autem si post, & ibi Imol. col. 2. vers. cir
66 ca primum de rest. spol. Secũdo amplia procedere pariter, si resignatio sit nulla, puta, quando fit in manibus laici, vel alterius potestatem non habentis conferendi beneficia, vel admittendi eã, & licet per huiusmodi resignationem non abdicetur titulus, abdicatur

dicatur tamen possessio, quæ träsfertur quo
que ex contractu nullo, l. 1. §. si vir, vbi DD.
omnes, ff. de acq. poss. & per consequēs ve-
nit restituēda, quia facto proprio cecidit ab
ea, Socin. in d. l. rem quæ nobis, nu. 8. & ita
in terminis de resignatione nulla teneat, Io.
Andr. & Innoc. in capi. quod in dubijs, vbi
Abb. num. 7. de rest. spol. quod comprobat
latissimè. Tiraq. de retrac. con. sagn. §. 26.
glos. 2. nu. 10. Limita tamen præmissa non
procedere, quādo resignatio facta esset sub
conditione, & ob nō seruationem illius red
deretur nulla, quia eo casu, cum voluntas re
signantis fuerit condictionata, nec titulus,
nec possessio transfertur, Rot. decis. prima,
de renūciat, in antiq. Limita autem supradi-
cta, dummodo resignatio facta fuerit ante
spolium, nā si spolium subsequuta fuit, tex
quo resignatio non præsumitur spontanea,
sed meticulosa, resignans erit restituendus,
ad tex. in cap. sollicitę, de rest. spol. vbi Abb.
num. 44. post alios Gram. consi. ciuil. 86. col.
2. Soc. in Trac. fallent. reg. 377. fal. 2. Quod
declara, & intellige, dummodo non probe-
tur expresse, quod resignatio fuerit facta
sponte post spolium, quia hoc casu resignās
non restituitur, nā cessat præsumptio, quod
resignatio fuerit facta meticulose, vt Socin.
67 d. reg. 377. vlt. fall. Limita secundo in resi-
gnatione simoniaca, quæ neq; præiudicat,
neque nil abdicat a resignante, decis. Rot. 7.
de renunc. in antiq. Cap. Tholos. & in addit.
Aufr. deci. 438. Paris. conf. 143. vers. vlterius,
vol. 4. Sarn. in d. reg. de trienn. q. 12. num. 9.
vers. secus vero si haberet, Cassad. decis. 3.
de renun. quamuis in contrariam fuerit sen
tentiam. Tiraq. loco prox. cit. d. § 26. Glos. 2.
68 num. 10 Limita tertio, quod licet resignans
non possit agere contra resignatarium, si ab
ipso spolietur, quod eo casu possit agere cō
tra tertium, si ab eo spoliari pariter contin-
gat, dummodo resignans post resignationē
in possessione remanserit, alias si illam di-
miserit, neque contra tertium restituere-
tur, Rot. decis. prima, de renunc. in nou. isto
que modo semper Rota interpretata fuit,
vt dixit ibi in addito Papa num. 8. & seq.
contra Calde. cons. 4. eod. tit. & sic testatur,
Cassad. dec. 4. de rest. spol. & latissime Sarn.
69 q. 57. num. 5. & 6. Limita quarto, si resignās
esset spoliatus, antequam resignatio esset
admissa per superiorem, quia indistincte re
stitueretur, vt per Cassad. decis. 2. nume. 4.
de renunciat. Tandem secundo exemplifi-
70 ca, & amplia regulam principalem in eo,
qui transtulit possessionem ex cōtractu nul
lo, quia neque ex remedio cap. reintegran-

da restituitur, late Socin. d. cons. 266. & est
71 decisio. Achil. prima, de renunc. Pariter,
spoliatus beneficio reseruato, in quo fuerat
intrusus propter decretum irritans in reser-
uatione appositum, quod titulum, & pos-
sessionem inficit, non restituitur, Cassad. de-
cis. prima, & vlt. de caus. poss. & propr. & de-
cis. prima, de rest. spol. Rot. dec. 2. eod. tit. in
antiq. Sarnen. latissime in reg. de ann. q. 23.
nu. 3. & late Aene. de Falcon. in trac. reseru.
4. par. princ. q. 21. effect. Rip. in d. §. nihil cō-
72 mune num. 88. fall. 11. Exemplificari id pri-
mo potest in spoliato, qui se intrusit in bene
ficio vacante in Curia, vel vt dicitur apud se
dem, quod ex vi dicti decreti irritantis ap-
positi, non restituitur, c. 1. & cap. 2. de pręb.
in sexto, Rot. decis. 3. num. 3. de rest. spol. in
no. Aeneas a Falcon. loc. cit. de effec. 21. Cas
sad. decis. prima, de caus. poss. & prop. & de-
cis. 1. de rest. spol. Mohed. decis. 184. Secun-
do exemplificari potest in spoliato, qui se
intrusit in beneficio per reseruationem spe-
cialem alteri reseruato, & erat in literis ac-
cessus, & regressus coadiutoriarum, & alia-
rum specialium reseruationum, quia decre
tum reseruationum specialium, & in corpo
re iuris clausum, de quo supra proximo exē
plo, & his, quę infra sequūtur, ęquiparantur,
Cassad. d. decis. 1. de caus. poss. & prop. & de-
cis. 2. de rest. spol. Simonet. decis. 14. & decis.
73 78. Mohed. decis. 84. Limita primo supradi
ctum exemplum quatenus loquatur de re-
gressu, vt ita demum procedat, quando ad-
sint qualitates regressus, & illius, in cuius fa-
uorem fuit reseruatus, verificatæ, quia cum
regressus antea potuerit esse inualidus, non
inficit, possessionem, Ant. Aug. decis. tertia,
74 vers. minus obstante. Limita secundo, dū-
modo literę sint expeditę, quia ante illarū,
expeditionem decretū non inficit, Mohed.
75 decis. 306. Limita tertio in decreto apposi-
to in regressu ob nō solutionem pensionis,
quia ante rem iudicatam tale decretum nō
inficit, Ant. Aug. decisio. tertia, & decisio.
76 692. Exemplificari tertio potest in eo, qui se
intrusit in beneficio litigioso ex collatione
ordinarii, quia nō restituitur propter decre-
tum irritans, de quo in cap. 2. vt lit. pend. in
sexto, Rot. dec. 3. in prima addit. de rest. spol.
in nou. Cassad. decis. vlt. numero tertio, & 4.
77 de caus. pos. & prop. Exemplifica quarto, in
beneficijs collectorum, subcollectorū, Cap-
pellanorum, & aliarum personarum, quo-
rum beneficia sunt reseruata per regulas cā
cellarę, cum decreto irritanti, nam si quis
illis spolietur, ex vi dicti decreti non restitui
78 tur, Aeneas de Falcon. vbi supra. Limita
tamen

tamen istud quartum exemplum, dummodo statim constet, vel constare posit, quod ille sit talis, nam si posit de facili apparere quod ille non erat Cappellanus, collector, vel similis, nõ esset denegãda restitutio spoliato, Aeneas de Falcon. vbi supra, asserẽs ita esse intelligendam Rot. decis. 3. nume. 3. de rest. spol. in nou. Exemplifica Quinto in prouiso ab ordinario in sex mensibus Papę reseruatis propter decretum irritans quoque appositum in regula reseruatoria, Cassad. decis. secunda, de rest. spol. Limita prædictã reseruationem, vt non procedat in intruso contra decretum appositum in reseruatione principali ad incertum corpus beneficii, vsque ad certam summam, vel in expectatiuis quia tale decretum irritans non inficit, & ideo ante omnia spoliatus venit restituẽdus, Cassad. deci. 4. & decis. septima, de rest.
79 spol. Simonet. deci. 14. Limita secundo, vt non procedat in decreto apposito in prouisione, quæ fit de vacante, quod non inficit, sicut quando apponitur in prouisione de vacaturo, vnde huiusmodi decreto non obstante, restitui debet talis prouisus, Cassad.
80 decis. 2. de rest. spol. Simonet. decis. 14 Limita tertio, in prouiso ab altero, præterquã Episcopo, in sex mensibus ad ipsum pertinentibus vigore alternatiuę cum decreto irritanti, quia si fuerit spoliatus, restituitur, cũ tale decretum non inficiat, Cassad. decis. 2. numero 4. de rest. spol. Simonet. dec. 14. Li
81 mita. quarto, si spoliatus fuisset prouisus a Papa, nam eo casu restituitur, etiam si fuisset intrusus in beneficio reseruato, quia licet decretum liget etiam Papam, Tamen quia Papa tollere, vel suspẽdere decretum valet, & sic an voluerit, nec ne dubium remaneat: non autẽ an potuerit, reseruatur hoc discutiendum in Petitorio, Cresc. deci. 5. num. 1. de rest. spol. Rotam seruare asserens, & est decis. tertia, eodem tit. in nou. Præterea non
82 restituitur spoliatus regulariter, quãdo per Iudicem id factum fuerit, l. iuste possidet, ff. de acq. pos. Quod pariter amplia procedere, si per Iudicem iniuste spoliatus existat, vt bene declarat Socin. cons. 12. num. 10. vol.
83 1. Limita relata non procedere, quando ordine iuris non seruato Iudex processerit, vel nulliter, aut iniuste fecerit, Abb. in ca. conquæstus nu. 8. de rest. spol. Gab. lib. com. app. tit. de rest. spol. concl. prima, nu. 109. & nu. 112. Veral. deci. 186. parte tertia, & corã D. Seraphino tenuit Rota, in vna Romana Vineæ 17. Aprilis 1587. Ita pariter si nulliter, vel tamquam priuatus. Quia indistinctè hoc casu spoliatus restituitur: & sic concordantur opiniones contrariæ, quod tenentes spoliatum per Iudicem non fore restituendũ, intelligantur, quando iudicialiter processit, & DD. contrariam sententiam sequẽtes loquuntur, quando (vt dixi) nulliter processit, vt declarat Socin. dicto cons. 12. num. 10. & seq. vol. 1. Abb. in ca. cum dilectus, vlt. not. de rescrip. quia id, quod de facto factum, de facto debet reuocari, ca. causam matrimonii, vbi glos. Abb. & cęteri. de offic. delega. Abb. in cap. cum causa, quarto not. eod. tit. Vbi fortius dicit, quod nullam exequẽti sententiam resistere licet, Fel. in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, col. 11. vers. sexto notabili, de constit. Rip. in d. §. nihil commune, num. 58. Host. in sum. de rest. spol. §. quando facienda sit restitutio, in princ. Bellam. dec. 108. Sarn. decis. 42. de quo vide Bellam. decis. 105. tenentẽ, ob id tale spoliatum restitui, quia tex. in l. iuste possidet, intelligitur quando legitime Iudex processit, sin secus, debet Iudex absque difficultate reuocare, quod perperam, seu de facto fecit, nec aliqua causæ
84 cognitio requiritur amplius. Limita secundo, quando Iudex fuerit incompetens, nam tũc, siue iuste processerit, siue non, indistinctè spoliatus restituitur, vt per Socin. dicto
85 cons. 12. numero decimo. Limita tertio, quando spoliatus etiam per sententiam iustam fecerit resistentiam eius executioni, qua non obstante, spolians etiam habens facultatem ingrediendi possessionem propria authoritate, ipsum spoliatum ante omnia restituere debet, nam sibi met imputet, quia ad Iudicem pro executoribus habendis non iuit, Ripa in d. §. nihil commune de cõmu-
86 ni attestans, nu. 59. Spoliatus præterea beneficio, ad quod penitus erat incapax, si petat restitui, non debet audiri, Bal. in l. prima, circa fin. vers. Solutio distingue, C. de Appell. Quod primo exemplificari potest in simoniaco reali, qui licet spoliatus, non restituitur, cum sit excommunicatus ipso iure, per extrauag. Pauli. 2. cum detestabile, &c. Cassad. decisione prima, de simon. Rip. in d. §. nihil commune in 17. fall. Sarnen. in reg. de
86 trien. q. 12. numero tertio, Dicas tamen prę dictam regulam non procedere in Simonia co ignorãte, dũ tertius, puta pater, vel alius daret pecuniam, ad hoc vt filius consequatur beneficium, Sarnen. de trien. q. 12. n. 10.
88 Limita tamen limitationem prædictam, dummodo Simoniacus ignorans habuerit beneficium per obitum, nã si illud habuisset per resignationem Simoniacam, non restitueretur, Sarn. vbi supra, nu. 9. vers. si ha-
89 beret titulum. Exemplifica secundo in execrabili,

crabili, quia nõ restituitur, Sarn. reg. de annal. q. 55. vers. sed vlterius cogitant, & q. 51. numero tertio, de trien. q. 10. num. 8. Cresc. dec. 220. Achil. decis. prima, alias 262. de rest.
90 spol. Limita tamen, dummodo execrabilis post commissam execrabilitatem non steterit per triennium in possessione, nam si tunc spoliaretur, esset restituendus propter titulum insurgētem ex regula de triennali, vt not. Sarnen. in d. q. 10. nu. 22. reg. de trien.
91 Exemplifica tertio in hęretico, qui non restituitur, Sarn. in reg. de annal. q. 52. nu. 3. cap. quia vere, dist. 7. Soci. in trac. fallent. reg. 30. Fall. 7. versic. hinc est quod opponi potest.
92 Exemplifica, Quarto, in laico qui non potest restitui ad beneficium, Rip. in d. §. nihil commune, num. 81. in 11. fallent. Quod tamen,
93 vna cum supradictis limita, & intellige, vt procedat, dummodo exceptio inhabilitatis sit notoria, vel probata, & nõ probãda, Tho. de Than. decis. 20. Et in hac materia spolij
94 regulam firmes. Quod semper vltimũ spolium sit purgandum, l. 3. §. cum igitur, & l. qui possessorem, ff. de vi, & vi arm. & late per Abb. in cap. cum olim. el 1. de rest. spol. & in cap. fin. col. 3. in fi. & seq. de ord. cogn. Salic. & alii DD. in l. si quis ad se fundum,
95 C. ad l. Iul. de vi publ. & priu. Ideo cum spolij vitium sit reale, & rem (vt dixi) sequatur quocũque vadat, quoque contra hęredem intentatur, & ita pluries tenuisse Rotã dicit Cresc. decis. 3. de rest. spol. Exceptio autem spoliationis solum illũ repellit, qui tenetur vnde vi, Abb. in cap. cum dilectus, num. 12. de ord. cogn. cuius dicta approbauit Rota, vt per Sarmien. dec. 44. Et quod istęc sit cõmunis opinio, asserit, Cap. Tholos. dec. 405. & decis. Neap. 19. Milis. in suo repert. in ver-
96 bo possessorium deducens. Amplia supra relata in excommunicato, qui non potest intentare possessorium restitutorium, Guid. Pap. decis. 131. Cap. Tholos. decis. 172. Innoc. in cap. pastoralis in fin. de appell. Quod
97 tamen declara, quando de excommunicatione opponeretur per partem, alias secus, vt in dicta dec. Cap. Tholos. ca. fi. de excep. in sexto. Et de restitutio. in iudicio Adipiscẽdæ, videas decisionẽ primã, de rest. spol. in
98 antiq. Non restituitur spoliatus, quando consensit super proprietate spoliatorem audiri, quia videtur renunciasse priuilegio restitutionis ab eo intentato, Put. decis. 29. nu. primo, parte tertia, Spoliator post tres con-
99 formes in possessorio non auditur, nisi purgato spolio, & parito iudicato, Clem. vt calumnijs de re iud. quod vltra restitutionem possessionis importat restitutionẽ fructuũ, cum damnis, & interesse, ac expensis per spoliatum passis, ca. conquerente, & cap. pisanis de rest. spol. decis. 296. diuers. parte tertia bene, Veral. decis. 185. & 189. parte 3. Ces. de Gras. de caus. pos. & prop. dec. 1. in fi. & dec. 2. nu. 5. ac dec. 5. nu. 8. de rest. spol. decis. 626. nume. tertio, parte tertia, cum add, diuers. Et id adeo verum est, quod si in vno nummo deficiat, non tenetur spoliatus respondere, capitulo conquerente vbi Bal. num. 1. de rest. spol. & ibi DD. quos secutos fuit Rota, Veral. deci. 184. parte tertia, Gab. concl. 1 numero 11. de rest. spol. lib. com. opi. Vnde si post præmissa detur commissio cum clausula constito de paupertate audiatur in petitorio, venit repellendus, Rot. diuers. parte
100 tertia decis. 160. & decis. 260. Et iste secundum aliquos non tantum perdit beneficiũ, cap. Odoardus, & cap. peruenit, sed omue ius, quod habet in prosecutione causæ super beneficio, quia acriter causam vsque ad tertiam sententiam tuendo, fuit in dolo manifesto, propter quod omni commodo priuatur, Mohed. decis. prima, & secunda, alias 117. & 118. de solut. Put. decis. 56. sub nu. 9. parte prima: Et eo magis si spoliũ fuerit vio
101 lẽtum, vel dolosum, vel talẽ præsumatur. Et satis est vt tale spolium dici possit, quando quis aliquem aliqua re ab alio possessa, sciens spoliando, perseuerauit temere vsque ad sententiam in lite, diuers. decis. 260. par. 3. Put. decis. 56. sub num. 9. lib. primo, ibi tamen quia tres sententię Mohed. decis. 1.
102 alias 117. Restitutio aduersus rem iudicatam in spolio non datur, nec clausula reseruatis fructibus in fine litis conceditur spoliatori, Put. decis. 36. num. 4. & decis. 37. par. 1.
103 Restitutio in integrum non ita de facili cõceditur post quam causa fuit demandata appellatione remota, & lata sententia, ob id requiritur vrgẽtissima causa, quia clausula appellatione remota redderetur frustratoria, & esset tollere Ius tertii radicatum in sentẽtia, Rot. decis. 26. numero 5. de conces. preb.
104 in antiq. Exceptio rei Iudicatę, si in eodem Iudicio intentetur diuersa actio non præiudicat, & ex ea agere potest Innoc. in cap. fin. per tot. de ord. cogn. ratio est, quia talis exceptio ad non intentata se non extendit, & ad nõ cõprehensas actiones in sententia, ex qua res iudicata oritur, Socin. cons. decimooctauo, numero quadragesimoquinto, volu.
105 primo, Restitutio in integrum de iure ad penam augendam fisco denegatur. Boss. in tit. si adu. rem iud. numero nono, & in titulo, de supl. aduer. rem. Iud. numero sexto, & septimo, Gab. com. opin. lib. 7. conclus. 13. num.

numero quarto,& quinto,& de communi Odd. de rest.in integrum,quæstione tertia, numero octuagesimoquinto, versiculo in contrarium, Grau.consilio sexagesimooctauo,numero secundo, Veral. decisione du-
106 cētesima tertia, parte prima,Restitutio in integrum ad effectum adeundi hęreditatē cum beneficio legis, & inuentarii datur hęredi minori, l. prima, C. si vt omnibus hęred.l.impuberibus vbi glos. ff.de acq.hęred. Bar. & glos. in l.ait prętor,§.restitutus, ff. de minor.& in l.minor. ff.de acq. hæred. Bald. in l.id quod pauperibus, quæstione quinta, numero decimoseptimo, in fi. C. de Episc. & cler. Maxime non adita hæreditate, quia tunc non currit tempus,nisi a die aditionis, Borgn.in trac. de inuent. numero quinto, capitulo pen.& eod.trac. capitulo tertio, numero vndecimo, de communi, decis. Rot.
107 Lucen. Magon.quadragesima, numero 3. Vnde si pupillus decedat, rerum paternarū inuentario non confecto, substituto succurritur ex eodem remedio restitutionis in integrū, vti ipsi met pupillo succursum, si viueret,foret, Monticul.de inuent. dicto capitulo sexto,numero quarto, nam quatenus res esset integra, etiam lapso tempore, maxime minoribus concedetur, licet essent absque inuentario,vel illud minus legitime confecissent, quando solemnitates deficerent, quia tunc non dicitur agi de dolo prę-sumpto,Natt.cōsilio decimoseptimo,Odd. de resti. in integ. quæstione octuagesimanona,numero quinquagesimosexto, nihilominus veniunt restituendi,Montic. de inuent. vers. ergo principaliter numero sexagesimonono, Tiraq.de penis caus. quadragesimaquarta,Natt.consilio centesimoquadragesimo, nu. octauo, Ioseph,Ludou. decis. Perus.55.numero decimooctauo,&seq. Natt.consilio decimosexto,numero primo Rol.a val. consilio decimo, numero sexto, volumine quarto,&etiam maioribus,Odd. de restitutione in integ. quæstione octuagesimanona, numero quinquagesimo secū-
108 do, & quinquagesimotertio,Paris.consi. sexagesimoquinto, numero quinquagesimonono, volumine tertio,Odd. vbi supra quæstione quadragesimasexta,numero vi-
109 gesimoprimo, vt maiori prodest. Restitutio in integrum carcerato nō prodest, quia ea pēdente non debet relaxari,nec quicquā nouari stante facta iam executione in persona, quæ non suspenditur per restitutionē in integrum,nec impeditur,nisi causa finita Alex.cons.62.nu.4.& 5.& cons.223.num. 6.
110 vol. 8.Restitutio in integ. Ecclesiæ datur, aduersus omissa per procuratorē & gesta,c. 2.vbi glos.in verb.si se de rest.in int.in sexto, Alex.cons.115.numero 4.vol. 5. maxime si contra procuratorē regressum habere non debet,nec pōt, Oldr.cons.157.nu.3.Cassad.
111 deci. 5.nu. 3. de rest.in integ. Restitutionē in integrum in possessorio in beneficialibus locum habere,non in prophanis est, decis. Veral.297.par.3.Put.decis.36.nu.4. & decis. 77.par.1.Quod intelligitur in spolio,non in possessorio adipiscendæ,glos.in l.prima,vbi Ias.& DD.C. si de momen. posses. maximè Contar.limil.8.num.10. Alexan. cons.80.in princ. vol.7.Capic.deci.13.nu.10. Menoch. de adipisc.rem.4.num.406. Fallit præfata re-
112 gula in spolio,quia quando de iure communi competit,restitutio, non denegatur Io. Paul.decis.92.Veral.decis.87. lib.2. in ma-
113 nuscri. Hinc est,quod latis tribus cōformibus in spolio contra successorem, reperto postea nouiter instrumento, ex quo huius successoris autorem prius possessionem habuisse apparebat, stante probabili ignorantia,in integrum restitui petebat, maxime quia constabat de iuribus nouiter repertis, & sic ex clausula,si qua mihi iusta causa,nō veniebat denegāda,& ex eo, quia erat reus, & quamuis in spolio negetur restitutio, sed in petitorio,solū ex gratia speciali, illud procedit constito de bono iure,& ratio est,quia in beneficialibus non datur, licet sic in prophanis,quia durius contra spoliatorem agitur, cum sibi in petitorio succurri possit, Et
114 in dicto petitorio datur restitutio propter periculum animę, ne beneficium sine Canonica institutione obtineatur, quæ ratio peccati non militat in spolio, quando in petitorio(vt dixi) reparatur: tamē in hoc facto Rota dixit, vt ex deci.92. Tholom.esse restitutionem concedendam,per doctr. Alexan. in l.sub prætextu nu.5.C.de trans. Abb.in ca. suborta, num.16. Feli.nu.15.de re iudi. Soc. cons.86.nu.14.vol.1. Bal. & DD.in l.prima, C.de cond.in d.Abb.& DD.in cap. ex tenore,de Iud.de communi,Soc. iun. cons. 128. nu.158.vol.1.Io.Paul.decis.60. Simonet.decis.29.dicens de stilo curiæ, etiam post quadriennium, Boer.deci.307. col. 1. Rot.dec. 1.de rest.in integ.in nou.Cassad.decis.prima numero tertio,vers.aliquando vero,eod. tit. Cap.Tholos.dec.54.Mohed.dec.78.in fi.Veral.decis.494 par.tertia, tamen instrumenta nouiter reperta,non debentur cumulari cū productis antiquis, Boer.dec.307.in fi. Gab. com.op.de rest.in integ.lib.2.concl.2. nu. 3.
115 Et quod omnino suspensa omni executione ex capite iniustitię, quando probatur ex

eisdem actis, concedatur restitutio in integrum asseruit Menoch. de adipisc. pos. rem. 4. nu. 912. Rota coram D. Seraph. Patriarca Alexand. in vna Auximana dotis 15. Nouẽb. 1574. Etiam si ex nouiter deductis petatur, Cassad. decis. 3. de rest. in integ. cõtra decis. 447. Veral. deci. 94. parte tertia. Iniustitia re-
116 sultans ex eisdem actis, non solum trium conformium executionem retardat, sed facit, vt quis sine aliqua paritione audiatur, Gab. lib. com. opin. tit. de excep. concl. 4. & de re Iud. concl. 1. Hier. Gabr. cons. 48. num. 5. vol. 2. Veral. deci. 264. per. 2. & ita tenuit nu per Rota corã D. Iusto in vna Colimbrien. Decanatus de anno 1595. Capi. reintegrãda, Remediũ etiam conductori datur Gozad. cons. 99. nume. 4. Put. decis. 13. per tot. lib. 1. Vnde creditor non potest colonum seu inquilinum expellere, Tiraq. in § 3. nume. 17. & 18. de retrac. 1. conuent. nam vnusquisq; detentor pro sua defensione habet remedium iuris ad recuperandum, & reintegrandum se in possessione, Cassad. deci. 4. nu. 8.
117 de rest. spol. Conductor potest iure retentionis re sibi locata vti, donec totum interesse sibi persolutum fuerit, neque ante expellendũ, erit, Bar. loquẽs de gñali hypoteca in l. qui fundum, ff. locat. Bal. & alij in l. emptores vers. quæro, C. eod. quod nullam habet difficultatem, vbi adest specialis hipotheca, decis. Pedem. 155. nume. 6. vers. attamen in
118 hoc omnes consentiunt. Restitutio in integrum nõn suspendit executionem vbi res iudicata originatur àb instrumento super literis Apostolicis, vel decreto habente paratam executionem celebrato, Affl. deci. 366. incip. fuit dubitatum, nume. 1. & secundo. Maran. de ord. Iud. par. sexta, actu 2. plurali
119 num. 111. vers. tertio limita Restitutio in integrum datur quando per possessionem illis infertur enormissimum damnũ, Achil. decis. quinta, de in integ. rest. Restitutio in integrum prohibita non est, nisi expresse id sit dictum, Bald. cons. 236. numero 1. libr. 2. Grau. cons. 201. Iob. non cons. 87. nume. 4. Boer. decis. 140. nu. 30. Contar. in l. vnic. C. si de mom. poss. lib. octauo, numero decimo,
120 Commissionem restitutionis in integrũ, ob animę periculum excommunicatus impetrare potest, Rot. decisio, septima, ante fi. de excep. in nou. Fel. in cap. significauerunt numero decimo, eod. tit. & ita tenuit Rota, coram D. Giptio in vna Burgensis Abbatiæ veneris 21 Junij 1591. & vbi si pars nõ oppo nit, processus sustinetur. Vt in dicta decisione, D. Giptij, & Rot. decis. 27. de sent. excom.
121 in antiq. Sublata appellatione, nõ censetur sublata restitutio in integrum, neque denegata Cin. in l. 2. C. si pen. Appell. &c. DD. & Glos. in l. 4. C. de pact. Vbi Ias. numero 15. & 16. Dec. numero 31. Mars. in rub. de fideius. numero 228. Franc. in cap. vlt. numero 169. de Appell. Rimin. cons. 87. numero 18. vol. secundo, Ruin. cons. 54. numero 12. vol. 5. Grau. cons. 201. numero 33. Rol. a val. cons. 68. numero 31. & seq. volumine secundo, Tob. Non cons. 87. num. secundo, & sequ. Odd. de communi de rest. in integ. q. 6. art. secundo, & 6. cum alleg. Quod fallit, nisi nominatim tollatur, Bal. cons. 236. in fi. li. 1. Grau. dicto cons. & Iob. non loc. cit. Boer. decis. 140. numero tertio, Restitutio in integrum executionem factam impedire nequit, Alex. cons. 223. numero sexto, volu. 6. Rip. in l. quaria, §, condemnatum, num. 3. ff. de re iud. Mohed. decis. 117. Simoner. decis. 77. Put. decis. decima, de rest. in integ. In cri
123 minalibus autem restitutio in integrum, per solum Principem, & non alium conceditur, Paris. cons. primo, numero primo, & 59. vol. quarto, Bald. in l. seruus cap. ad l. ful.
124 de vi pub. Maior aduersus non confectum inuentarium, vel eius omissionem non restituitur in integrum, nisi magna subsistente causa, nempe si adita hæreditate reperiatur magno ære alieno conflata, quod aditionis tempore ignorabat, §. extraneis instit. de Her. qual. & dif. l. secunda, §. si quid col. 3. ff. de cond. indeb. Odd. de rest. in inte. par. 2. q. 76. art. 5. num. 12. & seq. Quamuis inuentarium ab hęrede confectum, fideicommissario prosit, etiam non facta cessione, Bald. in aut. sed non testator numero nono, C. ad l. falcidiam: ratio est, quia ius excipiẽdi transit sine cessione Montic. de inuent. cap. 6. nu mero primo, Grau. cons. 597. num. tertio,
126 Restitutio in integrum contra fiscum, aduersus lapsum fatalium nõ denegatur. Boss. in tit. de fisco, & eius priuil. num. 76. Magon decis. Lucen. 58. nume. secundo, l. secunda, C. si aduer. fisc. rest. pet. ratio est, quia iure
127 cõi vtitur. Restitutio in integrũ si p mortẽ procuratoris si non fuit causa defensa, dari debet, Cassad. dec. sexta, numero quarto, & quinto, de appell. cum a pari impedimentum procuratoris, & principalis procedant, Fel. in capitulo ex ratione numero 24. vers. & idem dicendum, de rest. in integ. maxime quando contra procuratorem recursus haberi non potest, Oldr. cons. 167. numero tertio, Cassad. decisio. quinta, numero tertio, de App. Veral. decis. 85. parte secũda, Paleot.
128 dec. 22. Dec. cons. 56. nu. 1. Contra intrusum lite pendente executoriales exequi debent,

bent, perinde ac si contra illum relaxatæ forent particulariter, Cresc.decis.19.de sent. & re iud. Mohed.decis.1.eod.tit. Lancel.de attent.parte prima, capitulo tertio, vsque ad numerum 21. & tenetur illis intimatis, etiam si appellauerit a die habitæ notitię parere, possessionem dimittendo, vt ibi Cresc. decis. 1. de re iud. procedit inter litigantes tantum Rot.diuers.decis.230.par.prima, & etiam impedit restitutionem in spolio, Rot. in nou. decis. 149. & ita alias coram bo. me. Oradino Rota 12. Maij 1567. tenuit, in vna nullitatis Castrorum, sufficit enim constare de iure tertij apparenter, licet non apparenter, & concludenter, Felin.in c.veniens, el secundo, de test. restitutio in integrum, cessat imminente scandalo, Barbat. in trac.de pręstan. Card. in prima parte, nu. 48. & multas alias limitationes recenset Cortet.in trac.de post.reg. q.72. Appellatio datur in spolio ꝓpter misturam attentatorum, Bal.cons. 141. numero septimo, vol.primo, Lancell. de attent.parte tertia, tit. de Aegid. & in vna Cesenatensis coram D.Seraphino 10.Februarij
130 1576.& in alia Firmana hæreditatis, vel bonorum corā D.Oradino 6. Nouemb. 1562. Tertius, quando vult impedire spoliatū ne restituatur, incontinenti, & antequam spoliatus expediat causam lare, & aperte, de suo iure docere tenetur, Alexan.in l. si alienam, nume.10.ff.sol.mat.Gab. lib.com. opin. tit.de rest.spol.concl.1. nu. 46. Clem. 1.
131 de seq. possess. Restitutioni locus non est, quando per viam restitutionis in integrum fuit obtenta sententia reuocatoria rei iudica
132 tę. Cassad.decis.1.de seq. Clausula cum facultate restituendi in integrum non sufficit ad derogandum sententijs latis, Grau. cons. 68.num.2.& 3. Verall.decis.203.par.prima, Nec excipiens auditur, nisi purgato spolio, in quauis exceptione, Gram.cons.ciuil.84.& Princeps solus desertam, siue peremptam reuiuiscit instantiam. Capic. decis.162.nu.2.
133 Licet bona fideicommisso subiecta non possint alienari, tamen longo tempore in vita grauati, qui restituere tenetur, possunt locari, vel alienari, sed veniente morte ipsius, oīa reuocantur, l.fi.§.sed quia, C.com.de leg. l.seruo legato, §.1.& ibi Bar.ff.de leg. 1.Cast. cons.94.lib.2. Alex.cons.95.lib.1. Guid. pap.
134 dec 62. Inuentarium valet quantum ad citatos, & illis pręiudicat, quia solemniter omnia, quo ad eos gesta sunt, Bal. in aut. si omnes, vers. ex hoc ego infero, C.si ab hęred.abstin. Grau.cons.225. nu.5.quos refert Rol. a val.in trac.de inuent. in §. inuentarium nocet tertio, per totum. Quod amplia etiā pro cedere, si non citati fuerint in illius cōfectione præsentes. Vant. de null.ex def.cit.nu.17. quia citare, qui præsentes sunt, non est necesse, cū suppleatur citationis defectus ex pręsentia, Dec.cons. 449.numero 8. Qui iudicare potest, non est mirum si suam sententiā, exequi non valeat. Sarm.lib.1.select.sent. c. 14.num.11. Et executio sententiæ fit inuocato auxilio brachij secularis, cap.1.de off.ord. Archid.in c.literas, nu.39.de rest. spol. Clau-
135 sula constito de re iudicata, facit Iudicem mixtum adeo quod partes vocare debet, ac diffinitiue, vel tacite procedendo ad vlterora, vel expresse pronunciare tenetur, Fel. in cap.de cętero, num. 10. de sent. & re iudic. Glos.& DD.in Clem.pręsenti, in verbo constiterit de censib. & ideo illud verbum de, substantiam denotare scias, quod commissioni locus esse nequit, nisi de re iudicata cōstet, Corn. cons.167.nu.14.vol. 2. Vti pariter dicimus de clausula constito de assertis, quę similiter in rescripto conditionem denotat, & inducit, Veral.decis.228.num.3.par.2. Permissum ad tempus, post tempus denegatum censetur, l.statu liber, §. stichum, ff. de leg.2.l.imperator, ff.de postul. Paris.cons.68. num.32.vol.3.late Tiraq.de retta.conuen. §.
136 1.glos.2.nu.46. Commissio restitutionis in integrum, si dū testes examinantur fatalia lapsa sint, datur Mohed.decis.78.sed cum dicta clausula, prout de iure, Sententia ex præ-
11 rem. Dici etiam potest, ad tria iuramentū referri. Primo ad iurantem, a quo procedit, & sic iudicium sibi debetur. Secundo ad rem, de qua fit, & sibi veritas congruit, vt sermonis, & rei adęquatio fit. Tertio ad causam, pro qua fit, & tunc pariter sibi iustitia debita est, vt pro causa iusta præstetur, Sanctus Bonauent. 3. distinct. 39. in littera, & licet aliqua ex supradictis deficiente, iuramētum illicitum reddatur. Nihilominus, si id, super quo fuit appositum seruari potest, tenetur, quamuis præfata tria in totum, vel in parte in se non contineat, ac iurans peccauerit, & non rite iurauerit, quia si vitæ periculum, vel Animæ interitum non contineat, licet ad obseruantiam tunc non astringatur, Aym. conf. 189. num. 9. vt infra subnectam, ad illud implendum nihilominus tenetur. At si erit iuramentum in honestū, iustitiæ repugnat, si nociuum, iudicio Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 89. artic. 9. in corp.
12 quæst. 15. Duoque in iuramento considerãda sunt, vnum ex parte Dei, cuius testimonium inducitur, & quãtum ad hoc, maxima illi debetur reuerentia, vnde XIIII.
13 annorum minores, vt perfectæ rationis vsum non habentes, ab eo excluduntur, cum ex reuerentia debitum iuramentum præstare, & in consequens Periurium incurrere, nequeant, Bal. in l. qui iurasse, numero primo, ff. de iureiur. cap. ex litteris, el secondo de rescript. cap. paruuli 22. q. 5. Aliud, & secundum ex hominis parte considerandū venit, cuius dictū iuramento firmatur: non enim confirmatione hominis dictum indigeret, nisi de illo dubitaretur, Sāctus Thomas, vbi supra, artic. 90. quæst. 9. Sacerdoti-
14 bus autem, ac magnis personis iurare non licet, nam ipsorum dignitati derogatur, capitulo si quis presbyter, 2. quæst. 4. Sanctus ctus Thomas, secunda, secundæ, artic. 90. quæst. 10. quod tamen declara in illis causis quæ temporaliter offeruntur. Sed si presbyter a populo accusaretur, iuramento se expurgare posset, cap. presbyter, & cap. sequent. 11. quæstione quarta. Hinc Pelagius Papa huius nominis primus, cum de nonnullis criminibus delatus esset, vidente populo, Crucem, & Euangelium tangens, iu reiurando suscepto, se a criminibus expurgauit obiectis, vt ex eiusdem met Pelagij vi ta et Platina colligitur. Quamuis plus sit iu
15 rare per Deum, quam per Euangelium, id Sancto Augustino, ad Publicolam testante. Sed si in sanctis iurare contingat, etiam cum omni honestate faciendum erit, capitulo honestum, 22. quæst. 5. Praxis vero inoleuit, & sic consuetudo obseruat, quod su-
16 pra quancumque scriptura, etiam non sacra iuramentum præstari sufficiat, vt latè Viuius libro primo, commun. opin. 432.

Quam-

17 Quamuis in Episcopis, Sacerdotibus, & Prælatis, non requiratur aliquis scripturarum tactus, cap. fin. de iure calum. Io. And. in cap. vt Curia, de elect. Auth. si iudex, C. de Episc. & Cleric. decis. 7. de iure iur. in antiq. Sed tacto pectore tantum iurant, & ratio est, quia iuramento manus, quibus corpus, & sanguis Christi tractatur, & conficitur, pollui non debent, quod etiam ratione dignitatis, & præeminentiæ, in cæteris Romanæ Curiæ Prælatis hodiæ seruatur, in
18 causis tamen, in quibus a iure expresse nõ cauetur, vt Euangelijs tactis iuramenta præstentur, cap. ego N. de iure iur. cap. quoties, 1. quæstio. 8. Couar. in prima parte, relect. §. 1. num. 3. At iuxta facti qualitatem, tactis Euangelijs, vel scripturis, cæteri id facere
19 tenentur, sed quando Euangelio tacto iurant, maiori terrore concutiuntur, decis. 1. num. 4. de iur. cal. in nou. manuque tangi debet, & ita habetur ex Apocalipsi 10. Vidi stantem supra Mare, & supra Terram & leuauit manus suas in Cœlum, & iurauit per viuentem in sęcula sęculorum, vnde dum manum dicit, clare quod scriptura, seu aliæ res sacræ manu tangendæ sint, ostē dit, & ita dixit Bal. in repet. l. iusiurandum, vesic. item si detuli, ff. de iureiur. Quamuis res sacras tangere non sit necesse, cum Deũ in testem vocari, tantum sufficiat, Couar. relect. parte prima, §. 1. quęst. 5. in princ. vbi etiam quando sacra tangenda sint, meminit, num. 2. & 3. Quod pariter de iure Ciuili seruandum erit, l. 2. C. si adu. vend. Prę stantur autem ex diuersis causis iuramen-
20 ta, puta per Imperatorē, ad statum Orbis: per Regem, ad statum Regni, per Iudicem ad iustitiam conseruandam, per vassallum, ad fidelitatem erga Dominum per Notarium, ad officij legalitatem, a milite, pro sinceritate. A conciliandis, ad pacem tenendam, a declarantibus, ad litis decisionem, a promittentibus, ad necessitaem, & roboris præstationem, ac contractus confirmationem, & alijs de causis, de quib. meminit, Bal. in d. l. iusiurandi, vers. de quarta, quęst. principali. Multas esse præterea iuramēti species, patet, vt puta veritatis, de quo
21 per Innoc. in c. litteris, nu. 1. de iur. calumn. vbi de veritate iurari ait, quia veritas sciam veritatis respicit, & cum sciæ veritas ad pauca restringatur, ideo ad illam per iuramentũ facilius est respondere. Tale nempè iuramentũ calũniæ, per ipsos principales in qualibet causa pręstari dēt, l. 2. C. de iur. cal. ꝙ fallit, quando procurator habet speciale mandatũ ad id, quãuis aliqui Doct. contrariũ asserant Innoc. in capitulo primo, numero tertio. Et in capitulo cũ causam, nu. 15. de iur. cal. Iuramentũ credulitatis, qñ per verbũ credit, vel non credit positionibus respõ detur, de quo Marant. de ord. iudiciorum, versic. Aliqñ petitur cõpromissum, nu. 10. Iuramentum in litem, quando librum edere tutor recusat, aut inuentarium remisit sine decretis iudicis nõ obtemperauit, toto tit. C. de in lit. iuran. Bart. in l. Sed loci, §. Sed si quis, ff. si. reg. Iuramentũ in defectum plenæ probationis, de quo latè scrib. in l. admonendi, ff. de iureiur. Iuramentũ voluntariũ illud, ꝙ absq; iudicis mãdato prętatur, puta in furto, damno passo, & similibus. Iuramē tũ iudiciale, quod coram iudice præstatur, de quo omnes Doct. in d. l. iusiurandum, & illud actui coniungitur, sine quo actus subsistere nequit, de quo per Specul. in tit. de iur. delat. & per Bald. in l. nam postea, §. si petitor, num. 1. & 2. ff. de iureiur. & multas alias species, Spec. in tit. de iur. calumn. §. 1. & seq. commemorat, quem si libet percun-
22 tari poteris. Sed rem breuius perstringendo, glo. in l. 1. in verbo specialiter, & ibi Bald. numero quinto, C. de reb. cred. Tres tantum species recensent, quarum primam necessarium vocat, quando semiplena probatione præambula, iuramentum in supplementum datur, quod quando illi sit locus, nec ne, Iudicis arbitrio repositũ est, Bald. in l. comparationes, in fin. ff. de fide instrum. l. tu magis, C. de testibus. Secundam illam dixerunt, quæ a parte parti defertur, quando (vt dicitur) fit partitum, quod iuret, vel referat, & supradicta duo Iuramenta finem litibus imponunt, l. prima, ff. de rebus credit, l. fin. C. eodem titulo, nec retractatur, nisi per iura nouiter reperta, dicta l. fin. Abb. in capitulo fin. a numero sexto, vsque ad decimum, de iure iurand. Et istud iuramentum producit actionem, etiam contractibus inualidis vires addendo, & dum per iuramentum causa deciditur, non datur appellatio, l. generaliter, §. Sed iuramento, vbi Bart. numero primo, & Doct. C. de rebus cred. Ias. in repetit. l. admonendi, nu. quadragesimosecundo, ff. de iureiurand. licet addi Aliud iuramentum, affectionis dictum præmissis tribus speciebus possit, quod quatuor requirit. Primo quod sit actio bonæ fidei. Secundo, quod concurrat diligentia condemnati in restituendo. Tertio, quod res sit, in qua verisimiliter cadat Affectio. Quarto, & vltimo, quod tale petens iuramentum sit rei, vel litis

Dominus, Bar. in l. in actionibus, ff. de in lit. iur. vsq; ad num. 17. latè Ang. in §. praeterea nu. 17 instit. de actio. Plot. in l. si quando, C. vnde vi. Sed quia de praemissis speciebus loqui, nō est Tractatus nostri intētio, ita sicco pede praetereamus. Tertiā volūtarium, siue extraiudiciale appellauit, tamque ex voluntate, siue partium consensu procedens, qđ tamen in duabus subdiuiditur. Nam aliud erit assertorium, quando contrahentes tanti rem valere, ita gestam, seu se habere asserunt, Abb. in cap. si vero, num. 9. de iure iur. Aliud, & secundum supra legis auctoritatem, quod obligatorium vocant, est, qñ inter partes contrahendo, vel alia gesta iuramento vallantur, cap. cum contingat de iureiur. Curt. iun. cons. 8. nu. 17. & cons. 28.
23 & cons. 95. num. 9. volum. 2. Inter huiusmodi Iuramenta promissoria, & assertoria differentia est, quia iuramentum assertorium respicit praeteritum, & iuramentū promissoriū futurum, Sanct. Tho. secunda, secundae, quaest. 89. artic. 9. Nauar. in suo Manual. confess. ad secundū pręcept. c. 12. nu. 3. Quamuis ex iurō promissorio nulla obligatio Ciuilis, vel naturalis oriatur: & si altera eorum oriretur, accedere possit fideiussor, vt latè hunc articulū disputat Sarmien. select. sentent. lib. 1. cap. 3. num. 1. & sequ. Et quod ex iuramento promissorio oriatur actio, abunde dicit Rebuf. in l. si qs pro eo. ff. de fideiuss. & in tract. de pacific. possessor. num. 224 Tamen si animae periculum seruando iuramentum inferretur, ac aeternae saluti contrarium foret, non veniret attendendum, capit. innocens, 22 q. 4. Abb. in c. quanto, nu. 8. de iureiur. Borgn. Caualc. decis. 9. nu. 7. & 8. Afflict. decis. 20.
24 nu. 1. Matthesil. decis. 54. Ratio vrget, quia non debet esse iuramentum vinculum iniquitatis, cap. si vero de iureiur. Ancher. consilio 180. num. 10. Socin. iun. cons. 2. nu. 34. & cons. 24. num. 21. & cons. 46 nu. 26. vol. 3.
25 Afflict. decis. 322. nu. 9. Et si contra Ecclesię vtilitatem appositum apparebit, idem censendum erit, ac si vi, aut metu extortum foret, quia tunc non ligat, capit. quod contra mores, distinct. 8. cap. qui resistit, 11. quęst. 3. Abb. in cap. si quis, num. 7. de reb. Eccles. non alienan. & in cap. significasti, num. 7. de eo qui dux, in vno, quam pol. adult. imo periurium potius erit vocandum, Abb. in cap. 1. num. 9. de his, quae fin. a ma. par. cap. Idem dispositum erit in iuramento illius, qui iudicialiter prodigus declaratus fuit: Fed. de Sen. cons. 31. num. 2. & 3. ac in muliere, quae in actis, & conuersationibus scenicis perseuerare iurauit, nam tali iuramento non obstante, recedere poterit, Azo. in Sum, C. si adu. vend. num. 4. vti etiam de iu-
26 ramento cōtra bonos mores interposito, censendum venit, dico mores naturales, qđ retrahant nos a via recta, & optimo modo viuendi, Franc. Cur. cons. 66. nu. 6. Et ita intelligendus est tex. in cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. Nam in idem reincidit, quod tradit Alex. cons. 57. num. 17. volu. 2. Ratio est, quia in multis causis, vt plurimum iuramentum contra leges praestitū, etiam quod sit cōtra bonos mores ciuiles, tenet, cap. cum contingat, & cap. debitores, de iure iur. vbi canon. nam non omne iuramentum contra leges factum, contra bonos mores Ciuiles dici debet, quia quęlibet lex id concernens, seruanda est: & licet iuramentū appositum in cōtractu a iure reprobato, non teneat, quo ad ipsius validitatem, tamen seruari debet, Rot. decis. 6. de iure iur. in antiq. & decis. 18. nu. 3. de restit. spol. in nou. latè Couar. init. secundę part. relect.
27 a num. 1. ad fin. Sed praetermissa regrediendo. Duplex in proposito nostro iuramentū fore dicebam, aliud assertorium, & aliud praemissorium, de quibus latè Sarm. lib. 1. cap. 8. num. 10. & seq. Select. sentent. et sicut dixi iuramentum assertorium respicit
28 pręteritum, vel praesens, veritatem habere debet, ita etiam iuramentum promissoriū, qđ est de ijs, quae in futurum a nobis fienda sunt, Sanctus Thom. 2. 2. q. 8. artic. 6. in corp. Et vtrumque iuramentum, diuersimodè tamen, quandam obligationem habet, quia in iuramento, quod est de praeterito, vel de praesenti, obligatio non est respectu rei, quę iam fuit, vel est: sed respectu ipsius actus iuramēti, vt sit licet iurent id, quod iam verū fuit, vel est, vnde partes contra tale iuramentum venire, neque simulationem allegare, aut aliter rem actam esse, dicere non valent, Gallesi. ad oblig. Camer. par. 6. q. 1. numero 6. cum latè adductis. Sed in iuramento, quod praestatur de ijs, quae a nobis facienda sunt, e contra obligatio cadit, & super re, de qua quis iuramento affirmauit, causatur istaec obligatio ex aliquo diuino, puta ex reuerentia, quam Deo debemus, ex qua id, quod per eius nomen
29 promisimus, verificare tenemur. Ideo de pari secundum Canon. iuramentum, & votum procedunt, Abb. in capitulo si vero, numero secundo, & in capitulo debitores, & in capitulo primo, de iureiur. Gem.
30 consilio 60. num. 3. Quamuis Abb. inibi dicat maiorem vim in iuramēto, quā in voto

Eccle-

Ecclesiam facere, quia frequentius iuramẽtum est, ac maius deierandi periculũ in illo consistat, licet cæteris paribus, magis obligatoriũ sit votum, quã iuramentum, quod verum intellige de assertorio, nõ de promissorio, modis tñ, & forma traditis per Sum. Siluest. par 2. in verb. votũ, nu. 20. Sed eodẽ modo quis in iuramento assertorio, quo in promissorio peccat, ex eo, quia in vtroque pariter in testem Deus vocatur, vnde siue iuretur super præterito, siue super pręsenti, vel ẽt super futuro, non venit species distinguenda, Caiet. 2. 2. q. 89. artic. 1. Couar. in 1.
31 part. relect. § 1. num. 2. Qui inibi dicit, verũ iurare, ac falsum iurare, ad iuramentum assertoriũ pertinere, at fideliter iurare, & deierare, ad iuramentũ promissoriũ. Relaxatio
32 autem a iuramento promissorio aliquando conceditur, vel dispensari super ipso potest, sed non semper, ne illusoria reddantur iuramenta, quæ seruanda sunt, l. 1. C. si adu. vend. Et ideo si in auth. sacramenta pubebum, C. si adu. vend. Imperator inuiolabiliter seruari iuramenta mandat, tanto magis, id Ecclesiæ munus esse debet, & nõ ex causa, seu colore cuiusuis prætensę læsionis, il-
33 la relaxare. Sed iuramẽto assertorio, nunq̃ relaxatio conceditur, vt latè per Moder. Senens. in tract. de pruileg. iuram. priuil. 52. num. 2. & seq. Franc. Aret. cons. 74. num. 7.
34 quia sec. Sanct. Thom. vbi supra, artic. pen. Necessitas dispensationis, tam in voto, quã in iuramento, propter hoc est, quia id, quod in se, vel vniuersaliter considerandum est vtile, & honestum, secundum aliquem particularem euentum potest esse nociuum, aut inhonestum, ꝙ nõ potest cadere sub voto, neque sub iuramento, quod autem aliquid inhonestum, vel nociuũ sit, repugnat
35 ijs, quæ in iuramento sunt attendenda. Nã si inhonestum, repugnat iustitiæ, si nociuũ repugnat iudicio, & ideo pari ratione etiam in iuramento dispensari potest, non tamen se extendit dispensatio ad hoc, vt contra iuramentum aliquid fiat, quia id esse non potest, sicuti etiam dispensari in iuramento as
36 sertorio, vt quis contra veritatem iuret. Sed relaxatio ad hoc se extendit, vt quod sub iuramento cadebat, sub iuramento non cadat, quasi debita materia iuramenti, non
37 existente. At materia iuramenti assertorij quod (vt dixi) est de præterito, vel præsenti, in quandam necessitatem iam transiuit, ac immutabilis facta est, idcirco dispensatio non refertur ad materiam, sed ad ipsum actum iuramenti, vnde talis dispensatio directè contra diuinum præceptum tendit, Materia vero iuramenti promissorij est aliquod futurum, quod variari valet, cum possit in aliquo euentu esse illicitum, seu nociuum, vel minus idoneum, vel bonum. Et per consequens materia iuramenti, vti præcepto diuino contrarians, bona non erit, Innoc. in capitulo venerabilem, numero quinto, de elect. Sum. Thabien. in verb. iurare, §. 18. Vnde aut petitur relaxatio assertorij iuramenti de præsenti, & non est concedenda, neque potest concedi. Aut de præterito, & tunc, si est verum, non est relaxandum, aut falsum, & quia iam periuriũ incursum est, non potest relaxari, neque per concessam relaxationem euitari, Bald. in repet. d. l. iusiur. colum. 28. versic. Præterea iuramentum, ff. de iure iur. Vbi an, & quando in relato casu sit audiendus, cum multis distinctionibus ponit. Vnum autem te non lateat in iuramento assertorio, periurum, infamiam non incurrere, Bart. & Bald. in l. Lucius, ff. de his qui not. infam. Canon. in capitulo testimonium, de testib. Foller. in dicto tract. de censibus in verb. Nicolaus Episcopus, numero 84. & idem censuit Corn. cons. 214. numero 16. volu-
39 mine secundo. Sin vero licitum iuramentum apparebit, tunc sine causa non venit relaxandum. Et circa hoc sciẽdum est, quod vel est licitum ex solius iurantis parte, vel turpitudo ex parte recipientis, puta, quia adest metus, vt in capitulo primo, de iure iur. Et tunc (vt ibi ait text) dispensare valebit Episcopus: ac similiter in illo, qui soluere vsuras iurauit, in quo adest ex parte recipiẽtis turpitudo, ne anima ipsius periclitetur, Grau. consilio centesimo quinquagesimo secundo, numero decimoquinto, Corn. cõsilio 293. numero secundo, volumine tertio. Et isto casu citatio partis non est necessaria, neque ad illud relaxandum recipientem cogere opus erit; vel ex vtraque parte licitum erit, & tunc, secund. Abb. in dicto cap. quanto, numero octauo, eodem titu-
40 lo, de iureiur. distinguendum etiam venit, quod vel iuramentum in materia solum ad Papam spectante interpositum fuit, exẽpli gratia, quando iurant Canonici statutũ de non recipiendo Canonicos vltra pręfinitum numerum, & similia, & Papa sine causa absoluere valet, quia in talibus iuramentis eius auctoritas reseruata, & excepta semper intelligitur, vt latius in capitulo tertio, infra (Deo dante) dicam. Vel fuit in alia materia iuramentum præstitum, & denuo
41 subdistingue, quod, aut est ad Dei honorẽ principaliter, & nemo, sine causa, nisi solus

Nn 2 Deus

Deus dispēsare pōt, nec Papa remittere hāc obligationem Deo quæsitam, sine causa valebit, c. si manet 2. quæst. 4. vt benè Abb. cō sil. 12. num. 5. versic. Vltimum dubiū, cum addit. vol. 1. Aut iusta subest causa, & nō solum Papa, sed Episcopo, in eo tamen, quod a iure indultum est, sicut quando est dubiū interpretari, & declarare id est, permissum, Innoc. in d. c. debitores, nu. 2. But. in d. cap. quanto, & Abb. in cap. cum contingat, de iureiur. quamuis inter Papam, & Episcopū maxima differentia adsit, vt cap. seq. subne-
42 ctam, Nam Papa id in vniuerso mundo potest, Episcopus autem in sua Diœcesi limitatè, nec alius præter Episcopum, vel a Papa auctoritatem habentem facere valet, vt iuramento, absque peccato contraueniatur, quamuis de peccato præterito, secus fit, c. 1. de voto, Tabien. in verb. iurare, §. 20. At si ali
43 quo casu Sedi Apostolicæ relaxatio iuramenti reseruata fuerit, non erit denegata Legato de latere, Paris. cons. 28. num. 42. volum. 4. Ea ratione, quia leuis est talis relaxationis concessio, & in Leuibus reseruata Papæ, Legato non censentur denegata, Gemin. in cap. 1. col. 2. versic. Quæro an Legatus, de excess. Prælat. Paris. vbi supra nu. 43.
44 Qualis vero causa legitima absoluendi, seu dispensandi, in iuramēto ad Dei honorem pertinente sit, vt scandalum euitetur, dici poterit, glo. in cap. quanto in verb. absolui de iureiur. & aliæ causæ connumerantur in cap. nos 25. q. 6. quæ per eum, q relaxare debet optimè considerandę erunt. Si vero materia, in qua iuramentum præstitum est, nec ad Dei honorem, neque ad Papam pertinet, sed ad hominis commodum, interdū & absolutio, & relaxatio, ex causa tamen, cōcedi poterit, d. c. quanto, & capitulo primo,
45 de voto. Quod pariter in sua Diœcesi censendum de Episcopo erit, quia sine causa a nullo iuramento relaxationem concedere valebit, Alexand. cons. 222. versic. in obligatione, numero decimo, qui plures congerit, volumine secundo, vti etiam si dubium fuerit, an iuramentum sit obligatorium, quia neque sine auctoritate superioris contrauenire poterit, Innoc. in cap. cum quidam, numero decimo, versic. Tertio casu non valet de iureiur. Menoch. cons. 24. numero 25. volumine primo, neque vllo ca-
46 su Princeps, vel iudex sæcularis se intromittere valebit, sed ad Ecclesiasticum remittere, quia habet in se iuramentum spiritualitatem, Felin. in capitulo primo, numero vigesimprimo, Abb. in capitulo cum contingat, numero decimo, de iureiur. & in capitulo significantibus, primo not. de for. comp. nam laici non est munus, nec iuramenta remittere, neque super eis dispensare, sed Romani Pontificis, & Ecclesiastici, cap. venerabilem de elect. & nouit. de Iud.
47 Alex. cons. 38. num. 3. volum. 4. Quamuis laici turpiter iuramentum recipientem ad illud relaxandum, compellere valeant, Feder. de Sen. cons. 272. num. 2. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 4. num. 5. Rom. sing. 48. Felin. in cap. 1. num. 22. de iureiur. Afflict. decis. 263. num. 3. Guid. Pap. cons. 209. in fi. Nā sicut ad seruādum licitum cogere possunt, ita pariter ad illicitum relaxandum, ac etiā periurium incursum declarare, & si secus relaxationem iuramenti laicus iudex impertire auderet, id totum nullum esset, vti a carente auctoritate factum, Paris. cons. 120. numero 21. vol. 4. cap. Prudentiam de offic. de leg. Rom. in l. si ex falso, num. 5. & 6. C. de transact. non enim in alienam messem manum imponere licet, neque laici Principes se intromittere in hoc debent, quia Ludo. Vinal. in opere regal. in quarta persecutione Ecclesiæ Romanæ, Imperatores, Reges, cæteraq; Principes, qui contra libertatem,
48 & Ecclesiasticam auctoritatem in surrexerunt, aut contra Prælatos statuerunt, vel in hoc sæculo defecerunt, vel diu infelicissi-
49 mè vixere, affirmat: Addens, nūquā Alchimistam diuitem, neque incantatorem bene morientem, neque Ecclesiæ Rebellem bene prosperātem vidisse, quod etiam Pla-
50 tina in vita Clem. 4. affirmat. Quamuis laico de nullitatib. & subreptionib. relaxationis iuramenti cognoscere permissum sit a iure, Paris. cons. 43. nu. 2. volum. 1. Ancher. cons. 382. nu. 9. Felin. in cap. cum sit col. 5. num. 8. de for. comp. Marant. de ordin. iud. par. 4. dist. 11. num. 68. Immo si illam malitiose, vel ad solutionem differendam petitam viderit, ad soluendum (maximè si iam lapsum tempus fuerit) cogere valebit, Paris. d. cons. 43. num. 22. Nam si perperam petita appareat, prodesse impetranti nō poterit, Paris. cons. 44. nu. 1. vol. 1. cū petere, vel nulliter, relaxationē iuramenti petere, par sit, l. 1. vbi glo. in verb. eatenus, & Ias. num. 18. ff. de nou. oper. nunc. Casus vero in quibus Laicus relaxationi iuramenti parere non teneatur, sed d̄ subreptione cognoscere, ponit Paris. cōs. 96. nu. 93. & seq. vol. 1. Ancher. cons. 382. Felin. in d. cap. cum sit num. 8. Rolan. a Val. cons. 34. nu. 11. vol. 1. Cepol. caut. 101. in multis cōtractib. Soc. cōs. 83. nu. 16 vol. 4.
51 Marsil. sing. 367. Quamuis propter ipsius reuerentiam, & si non obliget, vel dubium sit

sit, dummodo absque salutis æternæ dispēdio seruari possit, relaxationem petere laudabile sit. Nam & si in aliquibus causis necessaria non putetur, vt per Cagnol. in repet. l.2. num.98. C. de resc. vend. saltem ne ex periurio incurso postea de infamia facti dubitetur, erit bona, Oldrad. cons.93. num. 12. versic. Nam, & vbi, cap. ex diligenti, de Simon. cap. peruenit, cap. quanto, & cap. cum quidam, de iureiur. vbi Abb. in 6. not. dicit, id verum esse, non quantum ad necessitatem, sed solum ne notetur ex trangressione iuramenti, ratione scandali, quem communiter omnes Summistæ in verb. iuramentum sequuntur, capit. venerabilem
52 vbi Doct. de elect. Si vero sit in dispendium salutis æternæ, vt quia deroget Charitati, eius perfectioni, vel disponentibus ad illam, tunc propria auctoritate homo contrauenire potest, Innoc. in cap. venerabilē, num.5. de elect. cōsonat Sanct. Thom. 2.2. quæst.89. art.9. ad.3. dicens, in dubio fore relaxationem petendam, quando iuramentū manifestè repugnat iustitiæ, vt quod iuratū illicitum sit, puta homicidium, vel impeditiuum maioris boni. Exempli gratia, non intrare religionem, nonopus est dispensatione, sed in primo casu iuramētum de ho
53 micidio, vel similibus committendis, non tenetur quis seruare, quámuis possit in secunda seruare, vel non, Sum. Siluestr. in verbo iuramentum, §.5. Innoc. in cap. venerabilem, num.1. de elect. cap. 1. 22. quæst. 14. Et quod dixi de iuramento illius, quod ad homicidium, & similia tendit, intellige directè, quādo simpliciter hoīem occidere iurasset: secus vero si occasionaliter, iuxta exēplum relatum per Abb. in cap. si vero, nu.2.
54 de iureiur. de Vltramontano, qui Romæ de mense Augusti moram trahere iurauit, vbi mala adest (secundum eum) aeris temperies, nam illo casu cum occasionaliter accidere mors possit, iuramentum seruare tenetur, & dato quod aliqui ex dicta causa moriantur, per consequens non omnes, vnde ad mortem directè iuramentum non tendit. Et si Abb. de malo, & corrupto aere Vrbis illo mense loquatur, nescio, quo fundamēto, vel auctoritate, id dicat, forsan suis temporibus accidere poterat, sed nec fuit, neq; est locus in mundo, vbi respectu religionis, fidei, cultus diuini, optimi aeris, melius, ac commodius, quam Romæ, quæ Orbis caput est, & Patria communis, quilibet morari possit, vbi contra Aristotelis di-
55 ctum, de nihilo fit totum. Firmemus itaq; regulam, quod vbicunque peius est seruare iuramentum, quā non seruare, dum in duriorem exitum tendit, non valet iuramentum, idque sex modis exemplifica. Primo qn̄ est in se malum, vt dixi in iurante committere homicidium. Secundo si accidentaliter delictum resultaret. Tertio si opus pietatis excluderet. Quarto, quando bonū publicum. Quinto excludendo id, quod de genere bonorum est. Sexto si indifferens esset, idest meritorium, & demeritoriū in se tamen ex causa demeritorium efficeretur, & de his omnibus latè meminit Bald. in l. si ad excludēdum, nu.3. versic. Et vbicunque, C. de reb. cred. concludendo in præfatis sex casibus connumeratis, non esse relaxationē necessariā, ea ratione ex qua Deus dissentit, igitur actum probare non potest, quin per legē diuinam prohibita sint: vnde nec per consequens iuramentum seruandum, siue eius absolutio superflua est, Bald. in l.2. versi. Ad secundam, ff. de iureiur. Quando autem
56 metu, vel dolo iuramentum extortum apparebit, & absolutio, & relaxatio ab illo omitti poterit, Rom. cons.437. nu.31. vbi Mādos. in addit. in verb. relaxatio, Socin. cons.
57 115. artic.1. nu.6. vol.1. Istęc autem relaxatio iuramenti de iure Ciuili, quoq; adinuenta fuit, de quo est optimus tex. in l. qui sub conditione, versic. cum enim facile, ff. si qs
58 omiss. caus. test. talis nempè absolutio a iuramento per seipsum pręstito dari potest in casibus narratis per Felin. in cap. peruenit el primo, nu.7. & per tot. de iureiur. Periuro,
58 iuramenti absolutionem non dari, nisi cū clausula parito iudicato, dixere, Alex. cons. 118. in fi. nu.8. & 9 vol.7. de com. Felin. in cap.1. nu.28. de iureiur. Afflict. decis.30. nu.
59 6. in fi. Paris. cons.43. nu.16. in fin. vol.2. In causa criminali. Quando præuio iuramēto, quis examinatus, vel per inquisitionem negat, quamuis postea conuincatur, nec periurus efficitur, neq; de periurio puniendus venit, Paul. Ghirl. in tract. de relax. carcer. sub c. de fug. carcerati, nu.22. col.3. Bar. in l.1. ff. de bon. eor. qui ant. sent. sibi mort. consciu. Bal. in l. & si legimus, col.1. C. si quis cōtra ius, vel vtil. publ. Bero. q.134. & 135. Ruin. cōs.11. n.9. vol.4. Bal. & Doct. in l.3 C. de reb. cred. l.2 ff. eod. tit. Sed hac materia occurrēte, ne prætermittas videre tex. in c. quis aliqn̄, ibi non enim dico, vt te publicè accuses, de pœnit. dist.1. Quod tamen declarā, in causa, vbi pœna sanguinis imponenda veniret, vt ibidē pulcrè Ghirl. in rub. de fug. carcer. ac ēt, nisi tertij p̄iudiciū tangat, puta teste, & simili, nam eo sublato, cum Deo agitur, qui vltor efficitur, in cuius manibus melius est

incidere, quam in manibus hominum, quia mitius Deus, quam Princeps, vel eius minister nobiscum agit. Boer. decisione 305. numero quarto. Et quando cessat Tertij præiudicium, non tenetur in foro contẽtioso, Boer. decisione 334. numero tertio, Bossi. tit. de periur. numero tertio, in pract. crimin. Iul. Clar. in §. periurium, versic. excusatur, Cagnol. in l. si quis maior, numero 185. C. de transact. Bald. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. Proc. Ias. in l. si duo patroni, §. si quis iuerit, numero primo, & secundo, ff. de iureiur. Boer. loco citato, numero nono, & consilio centesimonono, per totum, latè quæstionem disputans. Pudere nos autem deberet de rebus leuissimis in quolibet contractu passim iuramẽta interponere, adeo, vt nõ iuramentum solũ, sed periurium veniat iam in contemptum, vt non sit solus Autilius Vlyxis auus, quem
60 furto, ac iuramento multum valuisse, antiqui scriptores referunt. Periurium certe, & iuramentum, vti germana inter se coniun
61 ctissima sunt. Periurium quatuor modis dicitur, & Primo mendacium iuramento firmatum, Bald. in l. fin. numero secundo, ff. de reb. cred. Boer. decisione centesima quinta, numero primo, Iul. Clar. in pract. criminal. in §. periurium, in principio, & secund. Felin. in capitulo primo, numero tertio, de iure iur. est pœna legalis. Secundo dicitur falsa iuratio, quæ tripliciter esse potest, primo quando est falsitas ex parte iurantis, quod accidit, quando falsum iuratur id, quod verum esse creditur. Secundo ex eadem iurantis parte, quando quis iurat verum, quod credit, esse falsum. Tertio ex parte vtriusque, quando supradictis duobus membris iunctis, quis iurat verum, quod falsum est, & falsum putat, & in istis supradictis duobus membris adaptatur, qđ supradiximus, periurium mendacium iuramento firmatum esse. Tertio principaliter consideratur periurium ex iuramenti transgressione, & isto casu, si iuramentum, quod transgreditur sit illicitum, vt clarius infra patebit, nullo modo seruandum erit, quia tunc non incurritur periurium, sed si fuerit licitum, violandum non est, quia (vt præmisi) ex periurio mortale peccatum, contraueniendo, committeretur. Quarto consideratur vti ratio indiscreta, & isto modo veniale peccatum erit. Goffred. dist. 25. §. criminis, quod tamen intellige, dummodo non fiat ex proposito, Asten. in sum. in tit. de periur. tit. 19. libro primo, capitulo primo.
62 Vnde in isto quarto, & vltimo capite dicemus, criminaliter posse puniri, dum tangit Tertij præiudicium, Sed quando est temerarium, & tertium non lædit, solum Deum habet vltorẽ, & ita intelligitur tex. in l. iusiurandi, C. de reb. cred. & iureiur. Couar. in prima parte, relect. §. 7. num. 2. Rom. consilio 112. vt bene per Archid. in cap. homines, 22. quæst. 2. Iurans prǫterea aliquid in
63 futuro, & non obseruans, periurus, infamisvè est: Ac in re præterita iurans, solum periurus; & non infamis efficitur, glo. in l. Lucius Titius, in verbo debeant, ff. de his qui. not. infa. cap. quæcunque 6. quæst. 1. latè Felin. in cap. Testimonium, num. 20. & seq. vbi Doct. de test. Ias. in l. si quis maior, num. 21. C. de transact. Bald. in rubr. de iure
64 iur. Quibus vero plectatur pœnis periurus de iure Pontificio, Couar. loco supracitato, num. 3. ponit, vltra octo alias, per Bal. relatas, in d. l. iusiurandi secundum contingẽtiam facti, & tantum illud ius Canonicum abhorret, quod eum infamem reddit, cap. infames, & cap. illi 6. quæst. 1. modis, & forma relatis per Innoc. num. 3. & Imol. nu. 11. in c. Testimonium de test. Franc. Turz. in lib. com. opin. conclus. 5. Quamuis secus statutum de iure Ciuili reperiatur, quod infamis debeat per sententiam declarari, Franc. Viu. in lib. com. opin. cap. 1. num. 2. Turzan. vbi supra, vlterius ab omni contractus commodo ipso iure cadit, quod semper in quouis contractu procedit, l. si quis maior, C. de transact. Castad. decis. 2. nu. 7. de iure iur. Vnde audientia illi deneganda venit, Paris. consil. 26. num. 95. vol. 3. Grau. cons. 7. nu. 12. & illi exceptio non adimplementi, quæ dicitur litis finitæ, ac eius ingressum impedientis, etiam obstat, Grau. cons. 12. num. 14. & cons. 248. nu. 26. versic. non obstat. Tertio
65 Quadruplicem pariter sec. Ioan. Gerson. absolutionẽ fore patet: & quædam dicitur sacramentalis in foro conscientię, quædam iurisdictionalis in foro Ecclesiæ, quædam
66 satisfactoria, & quædam deprecatoria. At nos secundum logicos procedendo, bimẽbrem faciamus. Primam appellemus pœnitentialem, quæ in pœnitentiali foro fit, secundam iudicialem, quæ fit in iudiciali foro, prima autem dignior est, licet in secũda maior requiratur sollemnitas, eo quod, nõ solum, vt Deo satisfiat necesse est, sed etiã homini, Sanctus Thomas 4. distinct. quæstione 18. art. 22. quæst. 1. quæstiuncula, ad primum argumentũ: Et prima ordinẽ, secũ
67 da vero iurisdictionem respicit. At absolutio illa, quæ in iudiciali foro fit, duplex adhuc est, quædam est ab excõmunicatione

de

de qua omnes Summistæ tractant, in verbo absolutio ab excommunicatione: quædam est a iuramento, quæ quatenus iuramenti obstaculum in totum tollat, plenaria, & proprie Absolutio censenda venit, Rip. in rubr. de iudic. num. 29. Quatenus vero ad effectū agendi, tale nomen sibi non competit, licet ex corrupto vocabulo ita nuncupetur, sed propriè relaxatio, vel Habilitatio iuramenti ad effectum agendi dicenda erit, ad notata per Sum. Siluestr. in vers. iuramentum quintum, in princ. quod varijs rationibus comprobatur. Nam absolutio idem est, quam iuramenti remotio, seu vinculi ruptio, sec. Io. de Thab. in sum. in verb. Absolutio primo in princ. quæ requirit in remouente (vt ibi asserit) supra tale vinculum authoritatem,
69 Sed quando aliquis habilitatur ad effectū agendi, iuramentum non tollitur, & sic ita nuncupari nequit. Rursus totalis liberatio
70 a negocio, de quo agitur, absolutio est, puta ab homicidio, Excommunicatione, simonia, & similibus, super quibus absolutus amplius nec inquiri, nec molestari potest, vel debet. Abb. in cap. de his, nu. 17. de accus. & in cap. examinata, num. 10. & num. 22. de iudic. cap. beneficium de reg. iur. in 6. capitulo audiuimus, vbi glo. in verb. absoluendo 24. q. prima, cap. graui, vbi glos. in verb. absolui, de censib. cap. si diligenti, vbi glos. in verbo absoluimus, de Simon. Et proprie est, quando in totum tollitur iuramentum, & hanc fore communem sententiam, testatur, Io. de Amic. cons. 32. num. 1. & 2. Mant. cons. 251. num. 1. ita quod remanet diffinitiuè liberatus, Abb. in d. cap. examinata, num. 10. At quādo ad effectum agendi relaxatur, nō tollitur iuramentum, quia succumbente habilitato, eodem modo, quo ante habilitationem erat ligatus, remanet. Abb. in capit. 1. numero 12. & in capit. cum contingat nu. nono, de iur. iur. Felin. in cap. ad reprimendum, §. 1. nu. 2. vers. nec obstat de offic. ord. Bald. in l. hęc scriptura per tot. ff. de cond. & dem. l. si quis acceptum tulerit, ff. de cond. ob caus. l. reuocata, ff. de iur. fisc. Grau. cons. 7. numero septimo, Menoch. cons. 24. num. 18. vol. 1. nec nisi ad prefatum effectum relaxatio iuramenti proderit, Couaru. variar. resolut. lib. 1. cap. 4 num. 7. subdens ibi, quod si contra instrumētum pronunciatū fuerit, tutius relaxatione iuramēti erit petere, quia prima relaxatio concessa, tantum ad agendi effectum restricta fuit, licet necessaria non sit, Felin. in capit. primo, col. pen. de iur. iur. Vnde non remoto in totum obstaculo iuramenti, non erit absolutio censenda, quia fuit ad effectum agendi tantum habilitantis intentio limitata, sicque, si relaxationem obtinens, postea lęsus apparebit, iuxta iuris tramites, eius indēnitati prouidebitur: At quando succumbit, reuiuiscit iuramentum, & ad suum primum robur reddit, frustratoriaque remanet relaxatio obtenta, nihilq; prodest. Et vltra supra relatos doctores, dixit, Bal. in d. l. hęc scriptura, in fin. & in l. Tutor de re iud. Sicut in simili videmus, ac de ex-
71 communicato dicimus, cui ad tempus Excommunicatio remissa fuit, quæ reuiuiscit termino elapso, ac ad primum robur reuertitur, eo quia deficit ad totalem liberationem, finalis, & formalis Absolutio, Innoc. in capitulo cum bonę, numero primo, de ętat. & qualit. capi. presbiter, 2. q. 5. Glos. in Cle. prima, de decim. Quibus stantibus, quia tale nomen iuramento, de quo tractaturi sumus, non competit, (quando de vera liberatione, & absolutione non tractabimus) illā habilitationem ad effectum agendi vocabimus, vti par est, & dici debet. Dupliciter au-
72 tem relaxatio iuramenti fieri contingit, videlicet directe, & indirecte. Directe etenim fit duabus vijs, aut ratione materię quia materia est relaxantis potestati subdita, vt in patre respectu filiorum contingit, Viro, respectu Vxoris, & similibus, Aut ratione publici officij, quia sic expedit facere, quamuis ille, qui iurauit, rite iuramentum seruare queat, vt contingit in iuramento coacti, & vtraque via vtitur Ecclesia, prima quidem in distributione, vel dispensatione officiorum, & rerum Ecclesiasticarum, super quibus potestatis plenitudinem Papa habet, dispensando, & distribuendo, & hoc modo relaxari possunt iuramenta per beneficiatos de bonis Ecclesiæ non alienandis, dum Papa de illis disponit, & pariter iuramenta de conferēdis, & suscipiendis beneficijs, officijs, aut gradib. Ecclesiasticis, vti pluries fieri videmus, dum relaxantur iuramenta Bacchalariorū, in Theologia, de non suscipiendo magisterium, causa vero omnium præmissorū est, quia hæc ita subsunt inferioribus, vt Papa magis potens super hoc dispēsator sit, distribuendo, committendo, inhibendo, cōicando quā alia inferior potestas, tam pastoralis, quam Collegialis, ac dum suo vtitur iure nulli iniuriam infert, imo in ipso iuramento, (vt latius infra dicam cap. 3.) semper ius superioris, authoritatisue reseruata cēsetur, cap. veniēres, vbi Abb. nu. 3. de iur. iur. Glos. in cap. significasti, vbi Abb. num. 8. de elect. Castr. in l. fin ff. qui satisd. cog. decis. Pedem. 78. nu. 20. Secunda vero in odium, & pęnam

humanæ ſęuitiæ, vt fit in iuramentorum coactorum relaxatione, de quibus in cap. ſi vero, vbi Abb. numero decimo, de iur. iur. qui inibi quando pręfata iuramenta obligēt nec ne, diſtinguit. Quandoquidem propter bonum publicum, vt hic, ne cuiquā magnū infertur præiudicium, maxima con ſidera-
73 tio adhibenda venit. Indirecte vero ab Eccleſia ex naturali ſequela iuramenta relaxantur, quando exempli gratia, deponitur Epiſcopus, ex naturali ſequela, omnes iuramento aſtricti eidem quatenus Epiſcopo, amplius non obedire tenentur, & pariter ſi remoueantur alicuius Eccleſię ſtatuta, vel religionis, quia vouerunt, ac illa obſeruare iurarunt, cum ea ſtatuta, & cauſa iuramēti ceſſent, pariter iuramentū, & eius effectus ceſſare debēt, vt bene Natt. conſ. 19. nu. 8. Quia
74 rebus ſic ſtantibus ſemper iuramentum intelligitur, Iaſ. in l. quod ſeruius, numero 9. multos congerens, ff. de cond. cauſ. dat. Tiraq. in l. ſi vnquam, numero 166. C. de reuo. donat. Pariter ſi iuſtè Rex Regno priuetur, qui illi fauorem iuramento præſtare affirmarunt, amplius non tenentur: nam eo ipſo quod indignus iudicatus fuit, (iuſte tamen) nullus in eodem Regno ipſum amplius fouere tenetur. Conuenit Eccleſiā, quando directe, vel indirectè iuramentum relaxat, de talis vinculi relaxatione mētionem facere, ad hoc, vt ex ſciētia poteſtatem habentis, relaxatio procedere intelligatur, ne de ſubreptione dici deinceps poſſit, Sanctus Thom.
75 ſecunda ſecundæ, q. 99. art. Quotieſcunque igitur lęſus quis ex iuramento ſe aſſerens, illi contrauenire intendit, ab eo relaxatione non petita, in periurium incidit, vnde antequam iuramento contraſiat, eſt relaxatio petenda, cap. ſi vero de iureiur. nam de iure facta contrauentione denegatur, nec relaxatio dici poterit. Alex. conſ. 17. nume 4. verſ. ſecundum magis communem vol. 5. Feder. de ſen. conſ. 300. numero 2. Pariſ. conſ. 166. & conſ. 69. nu 108. vol. 3. DD. in l. pactum, maxime, Bal. col. 2. verſ. venio ad quęſtionē, C. de collat. Rol. a val. conſ 26 num. 3. vol. 3. Imò cum iam in periurium inciderit, audiri non debet. Anchar. conſ. 198. num. 3. Nam
76 iuramentum contractui additū, habet hūc effectum, vt ſi id, quod in termino faciendum erat, factum non fuerit, non ſit locus purgationi moræ. Alex conſ. nono. num. 5. vol. 7 Bart. in l. ſi inſulā, q. 5. ff. de verb. oblig. & in l. ſiquis maior vbi Alex. de com. C. de
77 tranſact. Tunc autem neceſſaria eſt iudicialis abſolutio, quando detegenda eſt læſio enormiſſima, ſecus vero ſi eſſet detecta,
78 Rot. diuerſ. parte prima, deciſ. 102. num. 9. Periurium autem ille, qui non iurauit, vti Hęres, & ſimiles, incurrere non poſſunt. Feder. de ſen. conſ. 260 num. 1: neque (vt ſubnectam) relaxatione indigent. Ita vero de
79 plano abſolutio ei, incidit in periuriū, tradenda nō eſt, qa aperiretur via iniuſte periuro agendi, & attētandi in Tertij præiudiciū, multoties in ſuis iuribus nō auditi. Anchar. conſ. 198. in fin. & conſ. 200. num. 4. Abb. in
80 capit. primo, numero decimo, verſ. & ſubijcitur de iur. iur. Et qui in legem committit, fauore, ac legis auxilio indignus efficitur, cap. quia fruſtra, de vſur. l. ſcimus, §. ſi vero, C. de iure liber. in terminis, Soc. conſ. 59. numero nono, vol. tertio. Feder. de ſen. conſ. 291. Io. And. & Butr. in cap. debitores, de iur. iur. Alex. cōſ. 222. nu. 9 vol. 2. Anchar.
81 dicto conſ. 198. in fi. Vnde maleficiū, quod periurium (vt dixi) eſt, Beneficium Abſolutionis excludere debet. Bald. in l. nullum, in princ. C. de teſta. & ſic, niſi aliter videatur, ex particulari S. D. N. Papę gratia, cuius manus abbreuiatæ minime ſunt. Grauet. conſ. ſeptimo, numero 12. non erit audiendus, Turzan. vbi ſup. in lib. com. opin. concl. 2. abſolutio non erit concedenda, id quæ tribus modis ini'bi limitat. Quod vt dixi etiam extenditur data nullitate Contractus, quia ni-
82 hilominus ex iuramento oritur obligatio, Io. de Amic. conſ. 34. num. 13. & 14. Corne. conſ. 71. num. 8. vol. 3. Bart. in l. ſi opus in 8. membro, ff. de fideiuſſ. Marc. Ant. Bauar. in trac. de iur. iur. q. prima, Bal. in rub. C. de ver. perm. Rom. conſ. 521. num. 15. & conſ. 37. &
83 conſ. 517 num. 14. Immo tanta efficacia in iuramento reperitur, quod ſufficit ad litis ingreſſum impediendum, tam ſi erit iuramētum iudiciale, quam extraiudiciale, Alex. in l. maximum remedium numero primo, & in l. nam, & poſt in princ. ff. de iur. iur. Io. de
84 Amic. in conſ. 34. nu. 4. Licet contractum non validet, niſi quoad remedium reſciſſiuum, vt relaxatione nō petita, ſtet in ſuo robore, Corn. conſ. 188. numero deci mooctauo, vol. tertio; Sed vt dicit Sanctus Thom. ſecunda ſecundæ, q. 89. Diſpenſatio autem in iuramento non ſe extendit ad hoc, vt aliquid contra iuramentum fiat. Nam eſſet id impoſſibile, cum ſub diuino pręcepto iuramenti obſeruatio cadat: quod, & indiſpenſabile, & indiuiſibile eſt, Bald. in tit. de controu. inueſt. §. ſi autem numero tertio. Extenditur enim ad hoc, vt id, quod ſub iuramento cadebat, ſub iuramento non cadat, quaſi debita iuramenti materia non exiſtat, ſicut de voto dici poteſt.

SVMMARIVM.

1 Relaxatio iuramenti in re dubia, & magnarum personarum semper a Papa petitur.
2 Episcopus ex probabili causa iuramẽtum relaxat siue eius vicarius.
3 Relaxatio iuramenti quare concedatur. Declara ibid.
4 Actus iuratus in relaxatione iuramenti est exprimendus, & quare.
5 Papa solus ad scandala vitanda in relaxatione iurisdictionis se ingerit interdum.
6 Relaxatio iuramenti petenti solum conceditur. Denegaturue ibi.
7 Episcopus quando in sua diocesi relaxare possit iuramentum, & num. 29.
8 Iuramenti commutationi quando locus sit.
9 Relaxatio iuramenti in Curia Ro. ordine cõceditur in Tribunali Illustrissimi Cardinalis Papæ Vicarij Absque citatione partis, & quare.
10 Relaxatio Iuramenti stante Camerali obligatione quid operetur, & num. 36.
11 Citationi quando per consuetudinem derogetur.
13 Relaxatio iuramenti quid concedat.
14 Probationes leuissimæ ad relaxationem iuramenti obtinendam sufficiunt.
15 Relaxatio iuramenti antequam dies solutionis cestat petenda est, & num. 17. & 22. Papa solus termino elapso illam dat, & quare.
16 Relaxatio iuramẽti periurio incurso concessio erit inualida.
18 Periurium an excusetur a difficultate proueniente ex persona debitoris.
19 Debitor dilatione ad soluen. obtenta non efficitur, periurius.
20 Bannitus pendente termino ad soluendũ si non satis faciat an periurus sit.
21 Fiscus ex peruentis ad ipsum soluit æs alienum condemnati.
23 Dies tam tacita quam expressa pro homine interpellat.
24 Iuramentum absque alia interpellatione constituit in mora.
25 Dolus contra non seruantem iuramentum arguitur.
26 Dolus quid sit.
27 Periurio incurso absolutio ab ipso non relaxatio. Iuramenti petitur. Declara vt infra.
28 Periura pars Alteri parti de periurio non opponit.
30 Episcopi non deberent esse tam faciles in relaxando iuramento.
31 Episcopus an relaxatione iuramenti concessa in causa eadem esse possit Iudex.
32 Prælati inferiores ab Episcopo non possunt ordinarie iuramenta relaxare.
33 Ordo iudiciarius non requiritur in concedenda laxatione Iuramenti.
34 Bigamus iuramenta relaxare nequit.
35 Relaxatio Iuramenti denegatur. Hæreticis. Scismaticis. Excommunicatis. Hebreisve. Ratio ibi.
36 Relaxatio Iuramenti an stante Camerali obligatione concedenda.
37 Aud. Cameræ habet in facultatibus procedendi stante Camerali obligatione non obstante relaxatione Iuramenti.
38 Iuramentum naturam actus super quo interponitur assumit.
39 Relaxatio Iuramenti etiam stante enormi læsione non retardat oblig. cameralis executionem.
40 Relaxatio Iuramenti quid in camerali obligatione operetur.
41 Cameralis obligationis rigor quando cesset in Camerali obligatione.
42 Contractus quando simulatus dicatur.
43 Simulatio facit consensum in contractu deficere.
44 Simulatio contractus quomodo probetur.
45 Simulatus contractus ex quibus præsumatur.
46 Iuramentum contractui simulato adiectum est nullum.
47 Relaxatio Iuramenti in contractu simulato non est petenda, etiam si expresse cum Iuramento simulationi renuncietur, Quid in Camerali obligatione num. 48.
49 Exceptiones peruertentes exequutionem ordine non attenduntur.
50 Fideiussor contractui simulato accedens, non se obligat. Ita quando alia pars non adimpleuit.
51 Simulatio contractus detecta vel apparens ex instrumento impedit illius executionem.
52 Promittens soluere in pecunia non potest eius loco stabilia dare ratione Iuramenti limita vt hic nisi debitor pauper esset.
53 Litem in se suscipere debens soluendo intereste non liberatur.
54 Obligatio a Iuramento defuncti robur accipit ideo hæredem capit.
55 Iuramentum defuncti factum hæredis reputatur, ac illum obligat si adit hæreditatem.
56 Heres ne anima lædatur, iuramentum defuncti seruare tenetur.
57 Iuramentum non transcendit animam iurantis. Declara vt ibi.
58 Relaxatio Iuramenti in eo qui non iurauit non est necessaria.
59 Relaxatio Iuramenti mortuo non necessaria.
60 Canonici Iuramento antecessorum non legantur.
61 Canonicus iam vnius Ecclesiæ denuo effectus Canonicus Iurare tenetur.

62 Mulieri

C A P. I I.

Stis itaque sic præmissis, dũ contra iuramentum quis lęsus, vel alio modo iur dico venire intendit, vt periurij Reatum effugiat, si res dubia erit, vel magnatum personarum, pro relaxatione, vel abso-
1 lutione obtinenda, semper ad S. D. N. Papam recurritur, vt dixit Alex. in cons. 222. num. 10 vol. 2. quod delegari non potest, secundũ Io. de Imol. in cap. cum contingat, in tertio membro, in finalibus verbis illius mẽbri, num. 64. vers. & nota diligenter de iureiur. & id menti tenẽdum fore asserit Specul. in tit. de legat. §. nunc ostendendum, vers.
2 vigesimoquarto, & vers. item Papa. Sed quã do probabilis aderit causa, puta metus, vis, & similia tunc relaxationem cõcedere Episcopi valent. Innoc. in cap. debitores, nu. 2. de iureiur, Bal. in cons. 484. Vicarius Episcopi, numero primo, vol. 5. Immo etiam in iuramentis licite pręstitis posse Episcopum dispensare, asserit, tex. in cap. nos sanctorum, & cap. iuratos 15 q. 6. Sed in quibus casibus debeat relaxatio iuramẽti concedi, latè meminit, Abb. quæstione 2. incip. stante statuto condito in Italia, num. 20. vers. primus est casus, cum seq. vbi cum multis ampliationibus, & limitationibus vndecim cõnumerat, & in ca. cum contingat, de iureiu. cuius verba referenda non duxi; quia ibi eueniente
3 casu, videri poterunt. Dumque relaxationem iuramenti ex eo concedi dixi, ne contra illud veniens in periurium incidat, Corne. cons. 71. numero septimo, vol. tertio. Verum, intellige, causa comprobata a lege, vel Canonibus, nam ne sint ludibrio, ad eius obseruantiam partes alias sunt cogendæ, vt dixit Bal. dicto cons. 484. num. 5. vol. 5. c. quam-
4 uis de pactis in 6. cap. licet, multo de iureiur. Est autem ad relaxationis iuramenti subsistentiam Papę exprimi necessarium Actum iuratum, qui dum requiritur in eo voluntas, & iuramenti, & actus, super quo impositum est, certa scientia dari debet. Ro. sing. septimo, Abb. & Felin. in dicto cap. constitutus, num. 4. de rescript. Bar. in l. omnes populi q. 39 principali, ff. de iust. & iur. Couar. in Rub. de rest. par. 2. num. 19. licet in totum quemadmodum ipse Deus, Papa iuramenti obstaculum tollere possit, sed non Episcopus Sum. Silu. in verb. iuramentũ, §. 1. nu. 4. c. venerabilem de elect. sum. Ang. in verb. iuramentum sextum, in princ. Abb. in ca. 4. numero 4. vers. hæc tamen differentia, de
5 iureiur. Spec. in tit. de legat. § nunc videndũ numero 77. Et solus Papa interdum ad scandala vitanda, se ingerit, Soci. cons. 115. nu. 4. vol. 2. Grauet. cons. 6. num 92. & 63. Alex. d. cons. 222 numero vndecimo, vol. 2. ca. cum contingat, de iur. iur. Istęc. autem relaxatio
6 nisi petentibus non conceditur. Innoc. in c. Romana, numero 3. de sent. excom. quamuis multoties ipsis petentibus denegetur, quando nihil vtilitatis ex relaxatione iuramenti illis afferri potest: Nam tunc, vti superflua, non venit concedenda, Roman. cons. 46. numero primo, ca. per tuas de Simon.
7 At quando, (loquendo tamen de iuramento tertij præiudicium non tangente) est dubium an sit proficuum, vel nociuum, licitũ necne, aut simpliciter generale nociuum, aut specialiter in aliquo casu, in sua Diocesi quilibet Episcopus poterit dispensare, Sanctus Thom. secunda secundę quæstione 89. art. 9. licet latè Felin. in cap. primo, num. 17.
8 de iur. iur. contrarium asserere videtur. Sed

quando

quando in iuramento aliquid manifeste licitum, & vtile erit: tunc dispensationi, aut commutationi locus nō est, nisi aliquid melioris ad communem vtilitatem faciēdum
9 occurrat; & talis dispensatio ad Papæ potestatem, qui generale Ecclesiæ caput est, omnimode pertinere videtur, Sanctus Thom. vbi supra, cap. nos sanctorum 15. q. 6. Ordinarie autem in Rom. Cur. dantur tales iuramenti relaxationes in tribunali Vicarij Papę, & absque partis citatione, sicque in practica seruatur, quod non alienum penitus (iudicio meo) a iure censeo, quia quando contractus vigore alterius priuilegii vltra iuramentum sustinetur, in petita relaxatione nō venit pars citanda, nam ex alio connexo remanet in suo robore, neque vires debilitantur, Gallef. ad oblig. in form. Cam. parte 2.
10 q. prima, nu. 2. Sed quando stāte Camerali obligatione Iuramenti relaxatio obtinetur, interim nec rigor illius tollitur, neque parti præiudicium infertur, Dec. in cap. qua fronte, numero nono, vers. fallit secundo, de Appell. Oldrad. cons. 120. numero secūdo, & per tot. Idque suadetur ex antiquo stilo, & consuetudine illius Curiæ, omnibus noto, vt absque citatione partis detur. Sti-
11 lus autem, vel consuetudo, quando in aliquo actu induxerunt, ne pars citetur, citationi derogare possunt, Bal. in auth. si quis in aliquo nume. 14. vers. tu dic. C. de eden. Alex. cons. 65. numero nono, & decimo, volu. 1. vnde, si ex antiquo vsu, hodie non citatur, iuridice talis praxis poterit sustineri: sin autē illam petenti denegari contingat, illi iniuria fit, nam stante tali obstaculo iuramenti, neque illicitum contractum, neque suam lęsionem detegere lęsus posset. Conqueri
13 autem ille, contra quem conceditur nō valet, quia interim suę obligationis Cameralis executio, vel alterius obligationis simile priuilegium habēus, sicut in omnibus Regnis, puta. Quarantigiæ, ritus magnæ Curiæ, & similium interim non retardatur, nec sua iura, vel defensiones tollit, nisi in rescripto p Principem met, qui id concedere potest, facta de illis mentione tollantur, vt mox subnectam, sed solum habilitatio ad suam detegendam læsionem, vel dolum, ac periuriū euitandum, viam aperit. Aufrer. ad Capell.
14 Tholos. quæstione 62. Vnde leuissimæ etiā quando faciendę sunt, ad relaxationem pręfatam obtinendam, probationes sufficiunt. Bellamer. decis. 224. Felinus in cap. primo, in prin. & numero nono, de iureiur. Ratio, quia Iudicis Ecclesiastici munus est, periurij peccato obuiare, secus vero iudicis laici, qui obseruationi Iuramenti incumbit, vtq; suū sortiatur effectum, operari debet, Ro. cons. 512. numero vndecimo, Rolan. a vall. cons. 34. numero decimo, vol. 1. cap. si vero de iureiur. cap. ex literis de spons. Calder cons. 1. de sen. Sed antequam dies solutionis cedat,
15 relaxatio præfata obtinenda venit, quia termino elapso, inferiores ab ipsomet Papa talem relaxationem cōcedere minime de iu-
16 re possunt. Immo quod plus est, si periurio commisso, concessa fuerit iuramenti relaxatio non tenebit. Et debitores de iureiur. Anchara. cons. 198. nu. 3. & cons. 200. nu. 4. Afflict. decis. 31. num. 1. Alex. de communi in cons. 17. nume. 3. vol. 3. Gozad. cons. 69. numero 21. Roma. cons. 326. numero 10. Ruin. cons. 66. colu. 3. vol. tertio, Rolan. a Vall. cons. 34. nu. 4. vol. primo, & qđ plus est, sec. Alberic. de O. uiain trac. rit. Cur. Neap. 17. numero decimo, Saltem antequam ce-
17 dat tempus solutionis, per viginti dies, relaxatio præfata venit petenda, sed si non facta mentione lapsus temporis ad soluendum, impetretur ipso iure nulla esset, Roland. a Val. d. cons. 54. num. 4. volum. primo, Ruin. cons. 666. numero octauo, vol. 4. Anchar. cons. 219. in fin. Moder. in cap. primo, de iureiur. talis vero expressio de iure omitti nec potest, nec debet, Feder. de sen. cons. 300. numero 2. Laur. de Rodulph. in tract. de vsur. q. 121. Ratio vrget, quia ex non solutione in tempore facta, ac perpetrato periurio (vt dixi) non debet audiri periurus, neq; illi concedi relaxatio iuramenti, neque ad effectum agendi, vt ibi Rolan. num. 4. Roma. cons. 316. col. 2. Grau. cons. 6. numero 93. Et
18 an difficultas ex persona debitoris emergēs, a periurio excuset, vide Bal. in rep. l. ius iurandum, col. 46. vers. quæro nunquam, ff. de iureiur. Sed fortius, si tempore pendente ad soluendum, prorogatione debitor obten-
19 ta non soluat, adhuc periurus erit. Franc. Curt. in l. lecta num. 10. ff. si cert. pet. Matt. Ant. Blade. in tract. de compr. q. 7. num. 58. Sed quid, si tēpus, in quo, quis soluere tene-
20 batur, durabat, fuit exbannitus, & illius bona fisco incorporata, ob id soluere non potuit, an in periuriū inciderit? Quęro, & negatiue respondendum venit, stante iam status mutatione per bannum, quia Bannitus pro mortuo habetur, vnde cum rebus sic stantibus sit iuramentum, & re integra intelligendum, cap. cum quis de solut. Bal. in rep. dictę l. iusiurandi, col. 48. vers. Ottauo quęritur. Ant. Canar. in tract. de insinuat. q. 28.
21 num. 46. erit a periurio immunis. Nam fiscus, ad quem cū onere suo bona transeunt,

iure

iure medio ad talem solutionem cogendus loco ipsius condemnati erit, Sed contra ea, quæ supradiximus, elapso termino, etiã Ordinarium relaxationem iuramenti conce-
22 dere posse, nonnulli Curiosi insurgunt, eo, quod si pars, ad cuius fauorẽ terminus expiratus iam est, non acceptet, etiam si incursum sit periurium, poterit relaxatio impertiri, & vnico contextu absolutio a periurio. Quod verum (vt dixi) non credo, vt etiã testatur, Viui. in lib. com. opi. concl. 2. Felin. in cap. ex administrationis, num. 28. & seq. de iureiur. & latè Gabr. in lib. comm. opin.
23 tit. de solut. & liberat. concl. nona, Dies nãque tam tacita, quam expressa interpellat pro homine, Alex. in l. si morte, nume. 11. ff. solu. matr. l. quoties in diem cum, l. seq. ff. de verb. oblig. l. 11. C. de iure emphit. Bal. in l. si pacto quo pęnam, C. de pact. Quia iuramento non adimpleto, quo ad Deum iurãs quiescit ligatus, & obligatio non potest excusari, nam per prius adimplendo, impedimentum remouere poterat, l. qui potest facere, ff. de reg. iur. Graue. cons. 6. nu. 93. vers.
24 nec poterat, Et est tantæ iuramentum efficaciæ, quod in mora absque alia interpellatione constituit, vt late Gabr. in lib. 2. com.
25 opin. tit. de iureiur. conclus. 2. Et contra illud non seruantem, dolus arguitur. Grauet. d. cons. sexto, num. 96. Alex. cons. 85. nu. 7.
26 vol. sexto, Quia dolus est nolle pollicita seruare, Corne. cons. 128. numero 5. vol. tertio, Fidem vero fallere grauissimũ est l. prima, ff. de const. pec. ca. in dolo 22. q. 2. vnde periurio commisso, cum res non sit integra, relaxatio ad effectum agendi concedi nequit a supradictis inferioribus a Papa, Felin. in ca. primo, numero 28. de iureiur. Alex. cons. 66. num. 14. vol. 2. Crot. cons. 244. nu. 75. & seq. vol. 2. Io. de Amic. cons. 34. numero sexto, & seq. Afflic. decis. 30. num. sexto, multo minus neque in casu nostro, cum plus sit super
27 periurio dispensare. Tunc autem quando periurium est incursum, absolutio ab illo, & non relaxatio est nuncupanda, & petenda, quia in illo statu relaxatio iuramenti, neque ad effectum agendi illi conceditur, etiã in casu iuratæ promissionis de soluendis vsuris, Abb. in capitulo primo, numero tertio, & ibi Felin. num. 10. vers. sed hoc remediũ, & latius, nu. 28. de iureiu. Feder. de Sen. cons. 300. num. 2. cum late add. Prius autem eo casu absolutio in commissione periurij peti debet, ac subsequenter relaxatio iuramenti ad effectum agendi, quod (vt dixi) concedere solius Papę munus est. Rolan. a Val. cons. 31. num. 13. & 14. vol. 2. Curt. cons. 75. num. 27. Glos. & Abb. in ca. quanto, numero octauo, de iureiur. Grauet. cons. 53. num. 53. Ruin. cons. 66. numero sexto, numero quarto, Viui. in coll. com. opin. concl. 1. numero 1. Bertran. cons. 65. nu. 6. & cons. 135. nu. 13. vol. 4. Idque tamen declara, dummodo in instrumento certum tempus solutioni adiectum sit, secus autem si non esset adiectum, quia tunc interpellatio necessaria foret, vt eleg. dixit Bal. in rep. d. l. iusiurandum, col. 41. vers.
28 sed quæro nunquid probata mora, ff. de iur. iur. At si altera pars id opponens, esset periura, non posset alteri periurij exceptionem opponere, neque illa iuuari, Rolan. d. cons. 41. num. 10. & seq. vol. 4. Cagnol. in l. si quis maior num. 193. C. de transact. Firmemus itaque Regulam, quod in claris Episcopi ad effectum agendi tantum relaxationem concedere valeant, & antequam cedat dies solutionis, vt dixi. Ac in cæteris casibus Papa solus, & id vltra DD. supra alleg. firmãt. Alex. d. cons. 222. num. 10. vol. 2. Bero. cons. 149. vol. 1. in fi. Cepha. cons. 127. num. 23. Viui. in coll. comm. opin. concl. 2. in princ. Paris. cons. 96. num. 87. vol. 1. Innoc. in capitulo per venerabilem, de elect. Imol. in cap. cum contingat, nu. 68. de iur. iur. Socin. cons. 115. col. 4. vers. secundum, hanc partem, vol. 1. Felin. in cap. 2. de spons. Et licet variauerit in capitulo primo, de iur. iur. Talisque sententia est a nostris Doctoribus communius recepta. Esset autem aliqua rationabilis causa, ante concessionem huius relaxationis gustanda sec. Glos. in capitulo quanto de iur. iur. licet nõ seruetur in praxi, quod meo iudicio certè melius esset, quia cum ad illã
30 concedendam nimis proni reddantur Episcopi, & sacramento iuramenti vilipendiũ, & irreuerentiam afferunt, lites immortales suscitando, Bald. in d. cons. 474. num. 1. vol. quinto, Rimin. cons. 338. in vlt. dub. Glos. in d. capit. quanto, Grau. cons. 8. nume. 3. Nam non omnis leuis causa deberet esse sufficiẽs ad illam impetrandam. Corn. cons. 72. nu. 5. vol. tertio, sed enormis ostendenda læsio, quia tunc dolus arguitur, vt ibidem Corn. num. 6. quem sequitur Paris. cons. 99. nu. 20. volumine primo, Calder. consilio octauo, de iur. iur. Secus autem relaxatio iuramenti, absque causæ cognitione concessa, quia est nulla, Paris. cons. 43. nu. 14. vol. 1. Anchr. cõs. 144. in prin. Canon. in cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, vbi Felin. late num. 19. de const. Soc. cons. 119. vers. præterea nota volu. primo, Socin. Iun. cons. 59. nu. 6. vol. 3. Franc. Curt cons. 43. cum add. Et an relaxatione tributa,
31 possit Episcopus esse iudex in ea causa, in

qua

qua illam impertitus fuit. Latè tradit Ripa in rub.de lud.nu.27.& 28.qui affirmatiuam tenet,melius vero habetur casus a decis. Pe-
32 demon.78.per tot. Inferiores vero Prælati tali authoritate carentes, ab hac concessione sunt omnino exclusi.Abb. in ca.quanto, nu.8.de iur.iur.& in ca.1.nu.6 de vot. Sum. Ang.in iuram.sexto,in princip.Sum. Silu. in verbo iuramento, §.5.nu. 5.Quomodocũque igitur sit,Ecclesiæ authoritas in supradictis semper est requirenda. Bald.in l.fina.
33 nume.13.vers. consultant Doctores, C.de non numerata pecu.quamuis, necordo iudiciarius seruandus sit, necque requiratur. Oldrad.consi.120.per totum,incip. ad duplicem,numero septimo. Quia tractatur de iuramento non violando, ac Animæ salute. Abb.consilio 104.numero quarto, vol. 2. Ias.in Auth.Sacramenta puberum,num.16
34 C.si aduers.vend.Sed per Bigamum relaxari, iuramentum non potest, vti neque illius relaxatio laico demandari, quia cum sic persona prohibita, statuti,& authoritatis incapax, nullum actum reddit. Quæ autem su-
35 pradiximus. locum non habent in iuramẽtis Hæreticorum scismaticorũ, Excommunicatorum, neque Hæbreorum ad illorum fauorem,ac inter se, cum in ipsis vincula iuramenti,neque actiue,neque passiue cadãt, quia non sunt de sacro ouili, vt dixit, Bald. in tit.de pac. Iur. firm.in §. item Sacramen-
36 ta,num. 12.in vsib. Feud. Sed an stante Camerali obligatione,relaxatio, de qua agim9 detur, & sicut asserit Gallesi. ad oblig. in form. Camer. non venit concedenda, maxime ex stilo Signaturæ,quæ talia iuramenta ad effectum contra similes obligationes agẽdi, relaxare nõ solet, Staphy.de Sign.iust. fol.mihi 134.vers. stilus, & in cap. fin. nu. 1. Couar. variar.resol.lib.primo,capit.4. nu. 7. vers. tertio aduertendum. Nam propter iuramenti Reuerentiam,omnino soluere debet, & postea solutum repetere, præcipue stante renunciatione, quæ in similibus obligationibus cum procuratoris cõstitutione, fieri solet, vt p Cassad. in decis.vnic. de mut. petit.Gallesi. ad obligat.in form.Cam. par.2. quæsti.vlt. d. part. per tot.incip. sed hic sumpta occasione,subdens, numero nono, Au-
37 ditorem Cameræ talem habere facultatẽ, vt non obstante d. relaxatione iuramenti,nihilominus ad obligationis Cameralis executionem procedere valeat, vigore priuilegiorum Leonis 10. Multoque magis,cum adeo sint hodie aucta, & ampliata, Et inter hanc Cameralem obligationem, & alios contractus,istæc differentia est, quia prima ex priuilegio,non autem virtute iuramenti, habet executionem paratam. Vnde quamuis coram iudice Ecclesiastico præfata causa habilitationis iuramenti ad effectum agẽdi pendat, poterit nihilominus iudex laicus, ad Cameralis obligationis executionẽ procedere,parte tamen instante,quod secus est in alijs contractibus,ea ratione, quia illi a iuramento vires accipiunt, Afflict.decisio. trigesima,numero secundo. Nam iuramentum interpositum super aliqua dispositio-
38 ne, solet assumere eius naturam, vt late Gabr. com. oppin. tit.de iur. iur. concl. 10. de quo vide Abb. latissime in ca.cum contingat, numero octauo de iur. iur. Tamen
39 docto de enormissima læsione, etiam si sit obligatio in forma Cameræ, licet obtineatur relaxatio, non retardatur (vt dixi) eius executio,sed ne frustratoria videatur,solum
40 in eo operabit, dum iurans omnia in obligatione contenta,vera esse, vel saltim exceptioni pendenti renunciauerit, facta executione agere,& excipere poterit, Rot.diuers. parte tertia, decisione 800. numero sexto, & per tot. & hæc,cúm a iuramento diuersa sit, non accipit Robur ab eo, nisi quatenus duo vincula magis vno stringant. Ias. in §. in personam,numero quinquagesimo, Instit. de actio.Curt. Iun.consilio quinquagesimo,numero tertio,volumine tertio, Rui. consilio centesimotrigesimoquarto,numero decimo, volumine primo, Cuius obligationis etiam a primeua iuris Cæsarei institutione, antiquissimum Priuilegium fuisse apparet,ex l. abstinendum, C. quor. App. non recip. de quo latè dixi, in commissione appellationis,in ca.de Appellatione ab obliga.Cam.in instrumẽto. Quare cum ex priuilegio,& ex se sit talis cõtractus irreuocabilis, nihilominus in suo robore concessa relaxatione permanebit, neque erit impeditus, Corneus consilio septuagesimosecundo, numero tertio, volumine tertio, Abb. in
41 capitulo cum contingat,numero nono, de iur. iur. Tunc vero Rigor præfatus cessat, quando d.Camerali obligatione,si talis Relaxatio vigore commissionis obtineatur, fit mentio,etiam si de obligatione, omisso verbo Camerali commissio diceret, quia propter Reuerentiam appositionis, Manus Papæ, qui, & relaxationem concedere, & ex causa sibi beneuisa,iuramenti obstaculum, ac cõtractus efficaciam tollere voluit, quod pariter fecisset,si verbum Camerali esset appositum,& sic isto casu,ne infructuosa sit talis Cõmissio.Corne.cõs.60.nu.18.& 19.latè cũ seq. vol.2.nè dum ad executionem pro-

cedendum sed omnimodè abstinendum, censeretur, secus vero faciendo, Papæ esset nouam molestiam inferre, si mediante perinde valere obuiaretur defectui ommis-
42 sionis præfati verbi cameralis. Contractus dicitur simulatus, & quodammodo depictus, quando vnum in eo fingitur, & aliud postea agitur, l. nuda, ff. de contr. emp. Soc. cons. 264. num. 4. vol. 2. extrinsecus, autem apparet, sed intrinsecus nihil habet. Et cum nihil sit sibi tam contrarium, quam simu-
43 latio, quæ consensum deficere facit, sine quò contractus corruit, tale nomen nō meretur, tot. tit. C. plus val. quam agit. Socin. cons. 27. col. 6. vers. secundus scrupulus nu. 4. vol. 4. quem refert, & sequitur, Galles. ad for. Cam. ad 4. par. q. 7. num. 5. Bart. in l. ab Anastasio, in 4. not. C. mand. Ias. in §. fuerat
44 numero octauo, instit. de actio. Probatur autem simulatio contractus, etiam ex eo, quãdo in eius cęlebratione quis accepit pecuniam, & statim illam restituit, Bart. in l. per diuersum, num. primo, vbi Bal. num. 28.
45 C. mand. At ex quibus talis contractus simulatus præsumatur. & multa alia ad hunc propositum cumulat Mascard. de probat. concl. 438. vsque ad concl. 448. Natt. cons. 198. per tot. Rot. decis. 1. de donat. in nou. & optime Rom. in l. Si sub specie num. 68. C. de postul. & de simili, ac etiam collusione, vide Verall. decis. 141. par. 1. cum add. vnde
46 per consequens iuramentum tali Contractui simulato adiectum, nullum est. Viui. lib. comm. oppin. concl. 425. in princ. & sic
47 relaxatio ab illo tunc petenda non venit, vt ibi Viui. nume. 3. quia cum in substantialibus, & necessarijs, super quibus iuramentū fundatur, deficiat, & stipulatio subsistere nō possit, contractus, & iuramentum corruūt, & sic non aliter relaxatione iuramenti petita, de simulatione dicere permissum venit; vt per Socin. dicto cons. 264. num. 11. nu. 2. Bal. & Salic. in l. emptione, num. 1. vbi etiam Ang. C. plus val. quam agit. vnde in hoc casu erit etiam nostra Commissio superflua. Calder. cons. 1. num. sexto, de iur. iur. Paris. cons. 55. nu. 64. per tot. volu. 1. Dato, quod expresse cum iuramento simulationi renunciatū foret, vt ibi Paris. Ruin. cons. 66. num. primo vol. 4. de quo latè Gabr. libr. com. opin. tit. de donat. concl. 7. & seq. & optime Socin. in l. prima, num. 103. ff. sol. matr. Quamuis in in-
48 strumento vera fore narrata asserantur, renunciando rei non sic gestę, & alijs talem exceptionem simulationis in Camerali obligatione cessare asserant. Paris. cons. 97. lib. 1. Bald. in l. sub conditione numero primo, ff. de cond. indeb. Galles. ad oblig. in form. Cam. par. 4. q. 2. num. 4. At quando ad effectum suspensiuum talis exceptio admittatur, remitto te ad eundem Galles. vbi supra
49 Ordinariè autem, tales exceptiones executionem peruertentes, non attenduntur, Bal. in l si fideiussor. §. quidem num. 1. ff. mand. Et sicut in executione sententię, nō possunt apponi exceptiones, ita etiam neque in executione instrumenti Cameralis, quod sententię ęquiparatur, Bar. in l. cum vnus, num. 10. ff. de bon. aut. iud. possid. Rom. cons. 97. num. 4. Bal. in l. non solum. §. necessitate, de bon. quæ lib. Hic vero signanter dixit Rom. in l. si sub specie num. 69. & 70. C. de postul. nullo pacto in contractu simulato dici obli-
50 gatum fideiussorem, quia pro eo, quod nō erat, se obligauit, Et pariter meo iudicio cēsendum erit, quando contenta in instrumēto, ex parte dãtis non sunt adimpleta, quod neque tunc sit necessaria relaxatio iuramenti, cum in se iuramentum tacitam habeat conditionem. Rebus sic stantibus, scilicet, perseuerante eadem causa, super qua impositum fuit, ac secundum intentionem disponentis. Grauet. vbi supra Dec. consilio 350 num. nono. Quatenus id, super quo fundatur adimpletum fuerit, nam deficiente adimplemento, deficit consensus iurantis; & sic non videtur relaxatio iuramenti necessaria. Grauet. cons. 127. num. 16. Dec. cons. 350. nu. 8. & seq. Sal. in l. fin. C. de nō numer. pecun. Sed an in tali Contractu non adimpleto, iuramentum cadat, late ponit Abb. in cap. cum contingat, de iur. iur. & quod non valeat ex defectu imperfectę conditionis, dixit Rolan. a vall post Dec. vbi supra, cons. 7. num. 61. 62. & seq. vol. 3. quia si non tenet principale, neque illud accessorium, iuramentū extenditur, nisi quousq; consensum, extitit, ac ad promissionis virtutem, quam habet actus, super quo imponitur, Dec. cōs. 493. num. 25. & seq. Ang. cons. 315. nu. 1. Paris. cons. 12. nu. 68. vol. 2. Ruin. cōs. 137. n. 16. vol. 2. Soci. cons. 144. nu. 48. vol. 2. Ruin. cōs. 67. n. 10. vol. 4. & cons. 8. n. 14. vol. 2. Dec. cōs.
51 536. nu. 7. Exceptio autē simulationis detecta, vel si ex inspectione instrumenti detegi pōt, executiuum iudicium impedire, tenēt. Soc. cōs. 27. nu. 30. vol. 4. & Galles. vbi supra num. 5. Cesar. de Grass. dec. 16. nu. 10. de probat. sicuti ēt exceptio non num. pecunię probata, licet illi fuerit expresse renunciatū, vt Bal. in l. fi. ad fin. vers. secūdo quęro, vbi Salic. post nu. 2. C. de nō numer. pecu. Galles. loco cit. nu. 2. Promisit debitor in pecunia numerata soluere, vel ī se litē suscipere, vnde si pręmissorum

missorum loco pecuniarum creditori inuito, tot bona stabilia tradere voluerit, non erit iuramento resistente, ex eius potentia audiendus, quia in illa specie, in qua promisit, adimplere, & non aliam ipsius loco sub rogare tenetur, capi. ad nostrum, el primo, vbi DD. de iur. iur. Matthes. sing. 54. nota quod iuramentum. Villalob. in verbo iuramentum, num. 22. decis. Pedem. 92. num. 2. Borgn. Caualc. abunde, decis. nona; num. 11. Quod tamen limitandum videtur Sec. Benint. decis. 28. num. 4. si debitor adeo pauper esset, quod soluere foret illi impossibile, præcipue si casualiter paupertas accidisset, nam tunc in statu digno miseratione, a periurio excusaretur, vt eleganter dixit Bald.
53 cons. 250. num. 15. vol. primo, Quamuis si litem in se quis suscipere teneatur, interesse soluendo non liberaretur. Ruin. cons. 187. num. 2. & 3. vol. 1. Cappell. Tholos. dec. 407. vbi Aufrer. in addit. Rom. cons. 512. quod ampliatur etiam in hęrede, ratio est, quia iam obligatio esse, ac robur a iuramento de
54 functi accepit, Vnde illa qualitas in iuramē to apposita, ab hęrede mutari, seu variari nequit, cum isto casu de sui natura effectus iuramenti valide ipsum cōprehendat, Gapic. decis. 174. num. 11. & 12. Ang. cons. 326. nu. 2. Baua. in tract. de iur. iur. vers. 45. quamuis Animam hæredis non liget, quia iurantis personam non egreditur. Ruin. cons. 107. num. 18. vol. primo, cap. veritas, vbi Doct. de iur. iur. Alex. cons. 110. num. 19. vol. 6. Sed bene ex eius efficacia, ad qnemcumque successorē transit. Gabr. late vidēdus, lib. com. oppin. tit. de iur. iur. concl. 6. nume. tertio,
55 Iuramētum vero defuncti, factum hæredis reputatur, vnde quando actus ad ipsum trāsit, etiam cum sequela iuramenti vadit, l. si hęredi, in princ. ff. de stat. lib. Bald. in rubr. ff. de pact. vers. tertio quæritur, ac hęreditatem adeundo, ad omnia, quæ defunctus tenebatur, se obligauit, & quod plus est, cum Creditoribus contraxit, Soci. cōs. 24. nu. 5. vol. 3. Dec. cons. 630. num. 6. l. quod obtinet, C. de proba. Gemin. in cap. quamuis, de pact. in 6.
56 Immo ne Anima defuncti lędatur, illius iuramentum seruare, & adimplere debet, cap. fi. de sepulturis, ca. in literis, de raptor. Abb. in cap. cum contingat, num. 8. vers. nec obstat quod transeat, de iureiur. & quamuis ex supradictis, quod vti personale non transcē
57 dat iurantis personam, pateat. Innoc. in ca. veritatis, de iur. iur. Specu. in tit. de iur. calu. §. sequitur vers. numquid hæres. Tamen id verum non est, quia cum naturam contractus transmissibilis sequatur, etiam quo ad vinculum temporale executiuū, ipsum afficit, non tamē quo ad spirituale, seu Episcopi forum sortiēdum, Bart. in Aut. Sacramenta puberum, C. si adu. vend. & in rep. l. 2. ff. de iur. iur. At si negetur talis hęreditatis aditio, plenè probari debet. Dec. cons. 445. nu. 52. & seq. Grau. cons. 33. num. 2. & cons. 37. nu. 4. Illustrissimus Cardinalis Mantica, de coniect. vol. vlt. lib. 17. tit. 3. num. 3. cum seq. Ista autem sumpta occasione scias, iuramenti re
58 laxationem in illo, qui non iurauit, cadere non posse, si mortuus fuerit, vti neque abso
59 lutionem a iuramento cū mors omnia soluat §. deinceps Aut. de nupt. & illa non possunt in defuncto cadere, cum non entis, nullæ sint qualitates, l. 2. ff. de orig. iur. l. eius qui in prouincia, in fi. ff. sicut pet. vti neque hæredi, vt dixit cōs. 10. n. 10. vol. 3. & Anche. cons. 20. nu. sexto, quia, & si promissa præsupponunt, & obligationem, & vinculum iuramenti, Corne. cons. 72. nu. 4. vol. 3. & melius, cons. 71. num. 12. eod. vol. cum add. Innoc. & DD. in cap. veritatis, de iur. iur. hęres, qui nō iurauit, relaxatione non indiget, At quando ex iuramento defuncti hæres obligetur, vel non, vide Bal. eleganter, in rep. d. l. iusiurandi, vers. sed numquid mortuo iurante, ff. de iureiur. Concludamus igitur, nullatenus iuramentum prædecessoris spiritualiter successorem obligare. Corne. cons. 112. num. 2. vol. quarto, dicto ca. veritatis. de iur. iur. qui, nec reatū incurrere periurij, dicta de causa valet. Feder. de Sen. cons. 264. num. 6. vnde
60 iuramento Antecessorum successores Canonici (vt dixi) non ligantur, sicut ille, qui fuit Canonicus, & postea Canonicatum dimisit, præstito iuramento, astrictus non rema-
61 net, Immo si Canonicus inibi denuo efficiatur, iterum iurare tenetur, capitulo venerabilem, de elect. capitulo secundo, de nou. ope. nunc. capitulo ex insinuatione, de Symon. capitulo inter, de renūc. Feder. de Sen.
62 consilio alleg. Quid autem de muliere, quę legitimæ supplementum non petere, aut contra renunciationem ob reuerentiam, siue metum paternum factam, non venire, iureiurando pollicita fuerit, ac pariter, si res dotales cum iuramento, & læsione alienauerit, an huius commissionis, vel relaxationis iuramēti remedio, veniat succurrendas, & dico quod sic, ex mente Paul. de Castr. in l. pactum dotale, vbi Bald. quæstione prima, C. de collat. & eiusd. Castr. in consilio centesimodecimoseptimo, circa primam quęstionem, volumine primo, Io. Campeg. in tract. de dote, parte quarta, quæstione quinta, numero primo, & secundo, Feder. de

Sen.cons.199. de quorum intellectu vide latè Anchar.cons.35.num. 3. & seq. neque sine ipsa audienda erit, quia licet ex præmissis vel aliquo eorum in contractu non lędatur, tamen cum facta fuerit lege resistente, succurrenda venit, l. cum lex. vbi Bar. ff. de fideiuss.& toto tit.ff.de fund.dot. Auth. siue a me, C. ad Velleia. Stante etenim præfata renunciatione plura, concurrunt, Patris timor,& Reuerentia fragilitas sexus, metus, lęsio, maxima, dolus, deceptio, ac multoties minor Aetas, ex quibus renunciationē non tenere arbitrandum videtur, ad ipsius mulieris fauorem, vt de cōmuni testatur Corne.cons.58. num.31.vol.4 Franc. Aret.cons.
63 93. Alienando autem bona dotalia, mulier infelix, & indotata dicitur, vnde ius Ciuile circa hoc motiua magis naturæ propinqua habet, nam vult, quod vbi legibus renunciādum venit maturum requiratur Cōsilium, At ius Canonicum ab bonum Animæ, ac Dei reuerentiam, & timorem, oculum habens, iuramenti obseruantiam præcipit, vt notanter dixit Bald. in §. item sacramēta de pac.iur. firm. & non solū Mulieribus (quod
64 est genus auarissimum) nam illas sic vocat Imperator in l. sed ego. ff. ad trebell. quæ vt ibi Glos. subdit, facilius se obligant quam alicui donent, Io. Camp. in tract. de dot. par. 1. q.9. id concessum extitit, verum æque alijs priuilegiatis personis. Puta Ecclesię, Minori, impuberibus, Rusticis, viduis, vniuersitati, pauperibus, debilitatis, miserabilibus, & alijs æqualibus, cap. 1. de rest. spol. in 6. Ias. in aut. Sacramenta pùberū, num.64. C. si adu. vend. DD. relati per Gabr. lib. com. opin. concl. 1. numero primo, & seq. de iur. dot. Curt. Iun. cons.141. num.26. Capic. decis.159. num.28. & seq. Menoch. cons.24. vol.1. & cons. 227. in fin. & quamuis enormissima existente lęsione, relaxationem non fore necessariam, nonnulli scribentes asseruerint. Ant. de Butr. Abb. Alex. Castr. Ias. Bologn. ac cæteri relat. per Gabr. vbi supra, in titulo de iur. dot. concl. prima, num. 13. tamen tibi consulo ad litium anfractus, vitam hominis interdum requirentes, resecandos, vt illam obtinere cures, quod tutius fore tenuit Rolan. a Vall. cons.59. num.27. vol.1. Socin. iun. cōs. 48. num.29. volu. quarto, Abundare vero in cautela nunquam nocuit, & in hac quęstione vide ampliando, & limitando copiose
65 multa recensentem Imol. coll. comm. opp. conclus.32. lib. 4. Idem dicendum erit etiā in minore, muliere, vel impubere, qui ex cōtractu læsus reperitur, & agere vult rescindendo, nam pariter relaxationem iuramenti petere in primis debet, & licet Iuramentum minoris, vel pupilli etiam nullum Contractum validet, Ias. in d. Aut. sacramenta puberum, numero 12. Corne. cons.72. num. 1. vol. tertio, quod tam de iure Ciuili, propter dictæ Autenticæ Sacramenta puberum generaliter, quam de iure Canonico, procedit, vt habetur ex textu, in cap. cum contingat, de iur. iur. & in cap. licet mulieres, eod. tit. in sexto, & in ca. quamuis de pact. eod. lib. 6.
66 Tamen non tollit, quin petita prius relaxatione possint contra instrumentum iuratū venire, vt in dicta Aut. Castr. num.5. Innoc. in capitulo venerabilem, numero quinto, de elect. & quamuis iuramentum sit quid spirituale, minorem repręsentans maiorē, Grauet. cons. septimo, num.9. & cons. 92. num. 11. Tamē si enormiter damnificatus reperiatur, ex quo in læsi fauorem dolus pręsumitur, non solum beneficio relaxationis iuramenti, sed restitutionis in integrum iuuari dedebit. Corne. dicto cons.72. nu.8. vol. tertio, Vnde stantibus præmissis, cameralis obligationis vigor cessare debebit, cum viro Mulier subiecta sit. Tiraq. de leg. connub. lib.7. num.2. & tertio, ob id non solum reuerentia, & obedientia illi exhibere tenetur, sed quod ipsi placitum est, facere, quare in consequens quando eius damnum obligatio concernit, inualidam ius declarauit. Aut. si qua mulier, C. ad Velleia. Menoc. de præsumpt. libro tertio, præsum.23. numero secundo, volumine primo, licet secus sit in foro conscientiæ, secundū Menoch. eodem,
67 lib. concl. octuagesima, numero trigesimo septimo, quia obligatur, sed coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Arrigonio, tunc Rotæ Auditori, optime dispu tato hoc dubio, in illa Romana de Roncionibus V. Iulii 1593. vbi non obstante, quod etiam cum decreto visitæ Vxor ad liberationem Mariti Carcerati se obligasset, quia non extabant alia bona Mariti, in quibus posset se releuare, & remanebat penitus indotata, quo casu decretum, & Authoritas Visitæ non tollit læsionem, & damnum. Bellam. decis.503. Ancher. cons. sexagesimonono, paulo ante numerum quartum, versiculo sed de iure communi, pro nullitate Contractus resolutum fuit, & quamuis iuramentum minorem repręsentet maiorem, ac pariter mulieri obsit, tamen illos neque prudentes neque sagaces facit. Dec. consilio quadragesimoquinto, numero tertio, Calder. consilio octauo, dē iureiur. Cuman. consilio centesimooctuagesimosecundo, quod nempe intelligitur quo ad

Sacra-

Sacramentum iuramenti,& non quoad cõ tractum, quia cum contractus non sit spiritualis, non debet regulari ad iuramenti instar. Ias.in dicta Aut. Sacramenta puberum, num. 40. sed si in contractu, de læsione, vel iuramento temerario constiterit,aut similibus, cum iuramẽtum iniquitatis vinculum esse non debeat,non erit causa legitima subsistente seruandum. Corne.cons.71.nu. 10. vol.3. Ancher.cons.374.num.2.Et ideo sub-
68 uenitur,quia ex personæ ac ætatis qualitate deceptio de facili præsumitur,& detegitur, constat fragile, & infirmum esse huius ętatis cõsilium,multis captionibus, multorum sic insidijs oppositum, vti elegãter dixit tex. in l.1.ff.de minor.& hac de causa est auxiliũ, & aduersus captiones opitulatio pręstanda venit, quia simplicitas in minore, Rustico, & muliere præsumitur,vt colligitur,l. cum de indebito, §. sin autem is, ff. de probatio. & late Gram.decisio.7. nũme. 10. imperfectum autem consilium habent, & sic præfatorum occasione fauorabiles leges ipsis se præbent,l.fin.C.de re milit. Dum igitur læsio apparebit,non erit illis,constito de ea, relaxatio iuramenti nociua,quia cum ab homine datum sit,etiam ab homine authoritatem habente,relaxandum erit.Cald. cons.
69 57.num.2.de iur. iur. Quotidie præfati etiã in contractibus, beneficio Epistolæ Diui Adriani, nouę cõnstitutioni, de duobus fideiussoribus, de duobus reis, cedendarum actionum,renunciãt, de quibus latè per Specul.in tit.de renũc.numero decimo, & seq. & in tit.de Macedon.nu.9.vbi a quo, & qua de causa fuerit inuentum, tractat,& de virtute talis renunciationis, ad quem te remit-
70 to, Sed scias, quod confessio,vel renũciatio minoris,aut mulieris,quæ certas statutarias solemnitates requirit,declaratur procedere in confessione simplici,&non in ea,quæ aliquibus verisimilitudinibus esset adminiculata,ratio est, quia tunc præsumptio fragilitatis ex facilitate tollitur per alias præsumptiones potentiores, de quo per Achill. de-
71 cis.prima,de confess. Et quãdo stante enormissima læsione fit relaxatio iuramenti necessaria,vide Menoch.cons.24.num.5.& 24
72 volu.1.Et quamuis in Auth.sacramenta puberum minor maior repræsentetur. Tamẽ verum id intellige in ijs,quæ iuris arte consistunt, cum non fingantur ob id prudentes, neq; Sagaces,nec sint,nec dici possint, quia minor habet iudicium imperfectum,& mulier inualidum,quod naturale, ac immutabile est, Bal.in rub.C.de rer. perm.& Bar. in l. 1.ff.qui satisd.cog.Cuma.consi.180.nu.4.&

sicut colligitur ex quadam aditione ad cõs. Dec.45. Aut. Sacramenta puberum inanis apparet, quia fuit quoddam fragmentum Barbarossæ, ac nunquam in Ducatu Mediolani vsu recepta, quod tamen an verum sit cogita, Quare rem propositam finiendo,si minor, aut similis fuerit lęsus, si per vim,aut metum,paternamque reuerentiam,iurauerit, vel deceptus fuerit, dolose cum eo actum,ac alias,prout DD.in d.Aut. & Franc. Viui lib. Comm.opin.concl.2.nu. 12. dato quod etiam cum iuramento renũ-
73 ciauerint beneficio non petendi hanc relaxationem, nihilominus concedenda erit. Anchar.in cap.canonum statuta,q. 2.de cõstit. Felin. in cap.in pręsentia,num.8. de probat. Afflic.decis.32.num.8.Ruin.cons.6. nu. 23.vol.3. alias ea non petita,data etiam lęsione,iuramento resistente,non succurritur remedio l.2.C. de resc. vend. Grau. cons. 188. num.8. de commu.& in cons. 114. num. 9. cum add. vbi præmissa ampliat, etiam si respectu minoris ętatis contrauenire non iurauerit. Quod tamen intellige,vt ibi Grau. asserit, & in Commissione restit. in integr.
74 supra dixi. Sed quando se maiorem iurauit, tunc beneficium minoris perdit, & cum eo vti maiore agendum erit, nam ex virtute iuramenti, maior tunc repręsentatur. Dec. cons.349.num.6.Paris.cons.12.nu.64.vol. 1. Soci.Iun.cons.48.num.8.Sed si præstito pręfato iuramento in venditione lęsus reperiatur,ex beneficio l.2.C.de rescind.vend.ei succurrendum erit, sicut maioribus fit, nam quamuis tunc ratione minoris ætatis agere nequeat,tamen bene ratione læsionis enormis id permissum erit,Graue.cons.septimo, in prin.& cons.centesimoquinquagesimoprimo,col. prima,Rolan. a vall.cons. 59. numero tertio,vol. primo,etiam si iurauerit relaxationem non petere, neque iuramento
75 contrauenire,quia iuramentum harum personarum simplicitatem non abstergit, Bal. in Rub.C.de rer.per. Frãc.Turz. lib. comm. oppi.cap.159. numero primo, nam si priuilegiato maiori isto casu succurritur, multo magis minori plus priuilegiato Rol.vbi supra nume. vigesimonono, Castr.cons. 174. col.1.volum.1.Gram.cons.142. col. penult. vers. quid hic dicemus, quamuis. Rolan. a Vall. loco citato numero trigesimoprimo, & seq. d.l.secundã,non habere locum,quã-
76 do cõtractus fuit geminatus,dicat, de quo p Gabr.com.opi.tit.de empt.& vend.concl. prima, numero centesimovigesimoquarto, Vel si in ipso Iudicis decretum interuenerit, licet id nunc pro vero firmare,

non audeat ea ratione, quod stante excessiua læsione, vt dixi, dolus præsumatur ex proposito, quia absque dolo partis, quem se enormissime lædi passum fuisse non est præsumendum, Corn. consilio 133. numero septimo, vol. 3. Bertran. conf. 54. col. fin. volumine primo, Minor verò ex priuilegio in corpore iuris clauso in sui fauorem resultante, hanc relaxationem petit, Vnde ne sibi plus in commissione per Signaturam iustitię, quam a iure indulgeatur, clausula
78 (vt quotidie fit in praxi) prout de iure adenda erit, ex qua pars non damnificatur, quia ad alicuius damnum Iuris obseruantia non est, capitulo nonnulli, de rescript. & pariter de rescripto cum tali clausula, nullus cõqueri potest. Calder. conf. 7. nu. 2. de iur. iur. Immo dicta clausula prout de iure, dat iudici normã, vt ea, quæ iuris sunt, faciat, sin secus processus nullus reddetur. Aym. conf. 182. num. 9. quamuis non omnes cõmissiones cum dicta clausula passim sint concedende, quia iniuste lites suscitantur, sed addenda venit, vbi considerari potest tertij præiudicium in pure rescribendo. Conceditur autem in multis talis iuramẽti relaxatio minoribus, & in multis denegatur, vt late per scribentes in d. Auth. Sacramenta puberũ, quorum dicta breuitatis causa omittenda duxi, cum ibi videri possint, quamuis addita dicta clausula prout de iure, errari non valeat, cuius vigore iudicis Arbitrio omnia remissa fore censentur, Innoc. in capi. Canonum statuta, num. 2. de constit. quæ concessionem reddit conditionalem, idest quatenus petitis ius assistat, decis. Pedem. 5. nu. 1. & decis. 131. num. 1. Dec. in cap. oblatę, nu. 2. vers. & si iudex, de App. & per consequẽs, quando habilitatione a iuramento petitæ, ius resistit. Impetranti commissio, vel habilitatio, erit inutilis, & nunquam illi proderit Ruin. conf. 61. num. 27. volumine primo,
79 Quod fallit in beneficialibus, Nam tunc minor habetur pro maiore, cap. ex parte de rest. spol. Sarnen. super reg. de trien. q. 15. nu. 14. Lap. alleg. 53. in fi. Præterea sub certa pę-
80 na 10. Kal. Augusti promisi soluere, ac relaxationem iuramenti pariter, sub certa pęna non impetrare iuraui, interim amplam dilationem ad soluendum obtinui, quęro an pęna sit commissa, & dico quod sic de iure, quando in rescripto, de præfata facti seriæ mentio non fiat, ac de periurio incurso, Salic. in l. omnes, num. 6. C. si con. ius. vel vtil. pub. licet eius executio dura, vel ex actio, de facto, & dilatione Principis in eius dominio pendente.

SVMMARIVM.

1 *Citatio partis an in relaxatione Iuramenti sit necessaria,*
Disputatur ad partes hinc inde.
2 *Iuramentum varios operatur effectus.*
3 *Citatio partis regulariter in iudicialib. requiritur.*
4 *Citatio quare inuenta.*
5 *Princeps quando citationem tollere, & absque, ea procedere possit.*
6 *Deus suscipit iuramentum etiam in tertij fauorem præstitum.*
7 *Pactum vestitur ex cohærentia iuramenti.*
8 *Relaxatio Iuramenti parti non est multum præiudicialis secundum aliquos.*
9 *Citatio illius, qui actũ contradicendo non valet impedire, non necessaria.*
10 *Relaxationis iuramenti effectus.*
11 *Citatio partis requiritur in absolutione incurso periurio petita.*
Contrarium seruat penitentiaria.
12 *Distinctio doctorum sententias concordat.*
13 *Citatio partis in relaxatione iuramenti quando requiratur nec ne: Distingue, vt hic.*
14 *Rota quomodo se gerat quando lesus ex iuramento quis apparet.*
15 *Citatio partis ordinariæ requiritur quando in Signatura Sanctissimi cõmissiones proponuntur absolutiones vel relaxationis Iuramenti.*
16 *Relaxatio iuramenti si concedatur per breue partis citationem requirit.*
17 *Relaxatio iuramenti raro per Signaturam iustitię conceditur.*
18 *Rotę Auditores in causis coram ipsis iuramenta relaxare valent.*
19 *Relaxatio iuramenti quando sit æqua.*
20 *Clausula excipiendi deletur in commissione Signaturę gratiæ quæ per Signaturam iustitiæ nullatenus datur, & quare.*
21 *Relaxatio iuramenti solum ad effectum agendi nõ excipiendi datur & Quare ibi.*
22 *Relaxatio iuramenti probata lęsione mutat naturã.*
23 *Relaxatio iuramenti non prodest quando iudicatur contra eam obtinentem.*
24 *Exceptio dicitur libellus rei.*
25 *Probationes leues requiruntur in obtinenda relaxatione iuramenti.*
26 *Commissio relaxationis iuramenti omnia iuramenta contractus in se continere debet alias inualida.*
27 *Relaxationes iuramẽti tot, quot iuramẽta esse debẽt*
28 *Commissio relaxationis iuramenti si obscure loquatur etiam de ipsis iuramentis erit inualida.*
29 *Relaxatio iuramenti quando contractum tollat.*
30 *Relaxatio iuramenti de non petenda relaxatione prima est necessaria, deinde aliorum iuramentorum. Alias nulla erit, num. 31.*
32 *Iuramentum de non contraueniendo contractũ respicit futurum.*

Clausula

33 *Clausula, non obstantibus; in contrarium fauentibus, quorum tenorem, an liberet commissionem relaxationis iuramenti a subreptione, vel nullitate, quod non, num. 35.*
Disputatur ad partes.
34 *Papa ad validitatem gestorum fingit expessum, quod non est.*
36 *Narranda sunt omnia in rescripto, quæ animum Principis ad concedendum mouere possunt.*
Maximè si ius sit tertio quæsitum.
37 *Subreptio verificatis, aliquibus ex narratis in commissione euitatur.*
38 *Subreptio quando gratiam, vel principis rescriptum nullum non reddat*
39 *Subreptio, quæ apta ad vitiandum rescriptum sit.*
40 *Rescriptum Principis semper intelligitur si ita est.*
41 *Expressio falsa reddit nullum rescriptum.*
42 *Funiculus duplex difficiliùs rumpitur.*
43 *Princeps difficile ius tertij tollendo rescribit.*
Nec tollit, nisi expressè mentio fiat.
44 *Tertio ex periurio ius acquiritur.*
45 *Clausulæ non obstantibus, & quorum tenores intellectus.*
46 *Generalitas obscuritatem pariens non attenditur.*
47 *Impedimento vno sublato, remanet aliud ad idem tendens.*
48 *Relaxatio non operatur vltra mentem concedentis.*
49 *Iuramenta tot sunt, quod capitula.*
50 *Relaxatio iuramentũ si vnus non fuerit expressus nulla erit.*
51 *Relaxatio iuramenti vnius contractus, non extenditur ad iuramentum alterius contractus.*
52 *Iuramentum in quolibet capitulo connatus appositum est.*
53 *Indefinita vniuersali æquipollent.*
54 *Iuramentum, aut in principio, aut in fine contractus suum operari debet effectum.*
55 *Emphiteuta per annum canonem non soluens non expectato biennio cadit a iure suo.*
Dico de Ecclesiastico.
56 *Periurij incursi mentio facienda est in gratia a Papa obtinenda.*
57 *Subpreptio, quæ dicatur, & quando.*
58 *Subreptio, quando ipso iure rescriptum vitiet.*
59 *Obreptio vitiat ipso iure rescriptum, & subreptio ope exceptione.*
60 *Subreptio, & obreptio sunt odiosa in relaxatione iuramenti.*
61 *Subreptio, vel obreptio non sanantur per clausulam quomodolibet in contrarium facientibus.*
62 *Clausulæ, & alias prout in instrumento continetur, an sufficiat ad non expressionem omnium iuramentorum.*
Quod non.
63 *Commissionem relaxationis iuramenti confusè porrigens est periurus.*

CAP. III.

1 Eueniamus modo ad quæstionem: An in relaxatione iuramenti pars sit citanda, in qua varias nostri iuris interpetrum fuisse sentẽtias, reperio. Partem, vero affirmatiuam sustinentes, primum vinculum
2 iuramenti, varios operari effectus dicunt, gesta namque confirmat, iurantemq; ad promissorum obligationem, & obseruantiam, Deo in testem vocato, ligat, partique ius tribuit, sed retardando interim solutionem debiti, alias ex impedimento inhabiles ad agendum habilitantur, & ex relaxatione præiudicium tertio infertur, cuius contractum in suo robore permanere, litibus, expensisve nõ vexari, quodve suum est, consequi, interest, & interdum ex mora, aut alijs accidentibus, quæ ex litium diu-
3 turnitate oriuntur, solent amittere. At regulariter in præiudicialibus, nihil absque citatione partis, quæ cognitionem affert, nouandum est, l. in naue, § causa cognita, ff. de minor. cap 1. de caus. poss. & popr. Quare ne ex abrupto, nulliter, & iniuste, ac sine causæ cognitione id fiat, partis citatio erit necessaria, Couar. var. resol. cap. 4. numero
4 quinto. Secundo si citatio eo adinuenta est, vt partium assertione merita causæ pandantur, cap. tam ex litteris de restit. in integrum, l. fin. C. si per vim, aut met, ac tantæ
5 est efficaciæ, quod neque Princeps absque partis citatione causam terminare valeat, (loquendo tamen de iure) neque citationis defectum supplere, Ias. in l. Gallus, numero 16. ff. de lib. & postum. Abb. in cap. 1. in vltimo Not. de caus. poss. & prop. Bald. in l. fi. C. de legibus, nisi illam de potestatis plenitudine, ac certa scientia. Princeps supremus superiorem non recognoscens, tollat, Ias. in l. nec quicquam, num. 29. ff. de offic. procur. & leg. Host. & Ion. And. in capitulo in præsentia de procur. Bald. in l. fin. versic. extra opponit, C. de fruct. & lit. expen. Et quia ad hoc, vt rectum iudicium reddatur, altera pars audienda venit, quæ multa deducere poterit, impeditiua relaxationis præfatę, vt per Ias. in d. l. nec quicquã, num. 49. & sic cum iam ex re gesta medio iuramento illi aquisitum ius sit, absque citatione

tione non relaxandum, nec tollendum venit, Guid. Pap. decis. 245. Ruin. cons. 66. numero secundo, volumine quarto. Tertio si de legitimis causis, ob quas cōcedenda sit, nec ne, Iudici constare debet necessario, quod cessaret omissa partis citatione. Quam ob id omnino requiri, concludendum erit, quod sequuntur, & approbant, Innoc. Ioan. And. Abb. Butr. Imol. Card. Bald. Ancher. Bar. Lauren. de Rodul. Alber. Alexan. Ias. Flor. de Sancto Petro Feder. de Sen. Oldr. Felin. Socin. Bertran. Gozad. Rebuf. Offred. Paris. Marsil. Roi. Aym. Gui. Pap. Cap. Thol. & alij plures, quos cōgerit, Ant. Gabr. in lib. com. opin. titulo de citat. conclus. 1. nu. 85. & 86. Et idē in suis regulis voluit Bernard. Diaz. regul. 5. in littera A. Dec. in cap. qua fronte, num. 8. vbi de communi testatur, de appellat. Gemin. cons. 16. ad fin. Archid. & alij in cap. licet canon. de elect. in 6. Sum. Silu. de iure iur. quæst. vltima, Cepol. caut. 61. Imol. in coll. com. opin. lib. 1. cōclus. 43. versic. Decimoquarto, amplia cum adductis, licet pro alia parte multa cumulet Io. Battista Ferrat. cons. 149. lib. 1. Vrsil. ad Afflict. decis. 120. vbi pariter hanc magis communem opinionem asserit, Bero. in capit. quoniam contra, nu. 93. de probat. Tiraq. in trac. res inter alios acta, limit. 30. Alber. de oli. ad rit. mag. Curt. Neap. rit. 12. num. 2. & seq. quem pariter refert, & sequitur, Viu. lib. 1. com. opin. hanc veriorem, & communiorem affirmans, ante nu. 3. Papien. in pract. form. iur. Quod præstatur a par. part. versic. Iuramētum veritatis, numero quarto Turzan. in suis com. opin. opin. 41. vbi etiam de commun. Ancher. cons. 198. num. 1. & seq. & cons. 382. colum. 1. Feder. de Sen. consil. 300. Calder. cons. 1. de Fer. Curt. sen. cōs. 44. nume. 7. versic. aggrediamur secundum passum Gozad. cons. 69. col. fi. Ruin. cōs. 26. volum. 4. Bald. cons. 55. num. 3. volum. 3. Fe-
6 lin. in capitulo primo, de iureiur. Suscipit, etenim Deus iuramentum in tertij fauorē præstitum, vnde sine causa, non solum inferior, ita prompte, vel sollicite. Sed nec et Papa illius relaxationem concedere deberet, Abb. in cap. 1. num. 13. de iure iur. nisi gustata magna læsione, vt communiter tenent Doct. in cap. cum contingat, de iure iur. Specul. in §. nunc ostendendum, versic. vigesimoquarto, cum seq. de offic. iud. deleg. Vnde nisi in ipsa concedenda, tam per Papam, quam ab Episcopo pars citetur, erit inualida, secund. supra relatos Doct. & Io. de Amic. cons. 34. num. 7. l. in causa, §. causa cognita, ff. de minor. Nec facit si relaxationem hanc modici præiudicij fore asserāt, remanente alias intacto partis iure, vel contractu; quia id tollitur ex habilitatione, qua mediante, persona iuramenti virtute iam inhabilis, redditur habilis, & in hoc adest partis præiudicium; sed dato etiam, quod vt ipsi affirmant modici foret præiudicij, nihilominus, quando iudex interloquitur, semper pars debet audiri, & maximè in facto nostro, stante præsumptione, quæ pro instrumento militat, cuius vires non veniūt debilitandæ. Contrariam vero sententiam, licet relata quamplurimis auctoritatibus, & rationibus fulcita appareat, quod citatio non requiratur, pluribus validissimis rationibus, & auctoritatibus tuentes, non desunt. Et primo, agi ex sola promissione nō potest, l. legem, C. de pact. l. iurisgentium, ff. eod. Corn. cons. 228. num. 9. volum. 3. Et pa-
7 ctum ex iuramenti cohærentia vestitur, at ex iuramento nulla parti oritur obligatio, nisi Deo, vnde dum illius relaxatio petitur, id fit ab ipso Deo, qui præsens semper est, sic citatio non requiritur, Cald. cons. 5. in fi. de Fer. Ratio, quia Ecclesiæ munus, & cura, ne periuria committantur, est prouidere.
8 Secundo parum, aut nihil præiudicij parti relaxationē hanc afferre aiunt, remanente alias. Aduersarij iure (vt dixi) illæso, sed vbi non adest notabile præiudicium, non requiritur citatio partis, Oldr. cons. 120. per tot. Calder. cons. 1. de fer. nu. 2. igitur illius ommissio non vitiat. Tertio maximum dareiur absurdum, si quis suam læsionem detegere non posset, esset autem iuramentum vinculum iniquitatis, & cum temporali, ac spirituali præiudicio seruandum foret, Abb. in cap. quanto num. 8. de iureiur. Socin. cons. 8 num. 17. num. 3. Ac super ista relaxatione, quæ summarijssima est, multæ orirentur lites, quæ a Cauillosis in mediū afferri solent, vnde summariè, & absq; partis citatione, concedenda venit, omni iudiciaria tela omissa. Nec facit si pro alia parte citationem requiri, dato quod modicum adesset præiudicium, dicatur, quia Citatio illius, qui actui contradicendo, illū impedi-
9 re non valet, non est necessaria, l. recusare in princ. ff. ad Trebel. Ias. in d. l. nec quicquā num. 31. ff. de offic. procur. & leg. l. 4. §. illud, ff. de fideius. Paul. de Castr. cons. 259. numero secundo, versic. Vnde cum pro alia parte, volum. 2. Ratio, quia non est in eius potestate habilitationis beneficiū auferre, concessum a iure, cap. Indultum de reg. iur. in 6. Et hanc negatiuam partem vltra adductos, sequuti fuerunt, Cald. Ioan. And. Old.

Archid. Alciat. Gomes. in Apost. ad Alex. Laur. de Rodul. Natt. Crot. quos refert Ioseph. Lud. decis. 18. num. 7. & seq. ex quorum dictis istam fore communiorem sententiam testatur, ac vlterius de generali consuetudine vsu receptam, quam approbant etiã Anton. But. Imol. Castr. Anton. de Prat. Ias. Alex. Lap. Anton. de Alex. Marian. Socin. Flor. de Sancto Petro, Rom. Cephal. Corset. Miles. & hos sequitur, & testatur de magis communi Afflict. decis. 220. num. 10. Et idem post alios censuit Rot. Ian. decis. 193. num. 13. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 4. nu. 6. Bero. cons. 63. numero tertio, idque in praxi seruari affirmantes, ac pro magis communi amplectitur Felin. sibi contrarius in capitulo cum olim, num. 6. de re iud. Ruin. etiam sibi contr. in cons. 170. num. 30. volumine primo, & cons. 69. num. 3. volum. 3. Dec. in cap. qua fronte, in fin. de appellat. Curt. sen. cons. 44. nu. 4. in fi. Aym. cons. 70. num. 7. Rot. decis. 8. de iureiur. in antiq. & de Curię Romanæ stilo, tractat Gomes. in tract. Breu. circa obseruationem Curiæ, numero 46. quodque maximè per Papam parte non citata detur, ait Oldr. cons. 120. in fi.

10 Concedentis autem relaxationem animus est, robur, & efficaciam iuramenti non tollere, sed solũ, vt in iudicio sine reatu periurij dolum, & metum allegando, vel probando, aut alias causas, ob quas contractus rescindendus veniat, iuramento non obstante, comparere læsus possit, Grau. cons. 7. numero septimo, Castr. cons. 259. colum. 3. volumine secundo. Et dato etiam, quod citatio necessaria sit, tamen illa omissa, actus non vitiatur, Dec. in d. c. qua fronte, nu. 7. de appellat. vbi Abb. Imol. Ioan. & Andr. Rom. sing. 487. incip. tu habes regulam, & Latius cons. 354. circa præsuppositum. Quare actus, qui eo inuito geri potest, si illi contradicat, nullum recipit præiudicium, l. Caio, cum ibi not. per Doct. ff. solut. matr. Din. in capit. is qui tacet de reg. iur. in 6. latissimè Tiraquel. de vtroq; retract. par. 6. glo. 9. num. 146. & seq. Sarm. lib. 1. select. sent. capitulo quarto, opin. 1.

11 At illud obseruandũ venit, quod si esset in periurium incursum, non daretur absolutio, nisi parte citata, Gomes. in tract. Breui, num. 4. Sed vidi in pœnitentiaria contrarium seruari, ea namque ratione, quia talis relaxatio iuramenti non est proprie decretum, vel sententia, a qua possit appellari, sed quasi rescriptum gratiosum, quod impugnatur pro parte illius, cui præiudicat, ex capite subreptionis, & obreptionis. Afflict. d. decis. 220. nu. 9. Ecce contrariæ in hoc articulo nostrorum iuris interpretum sententiæ, & magnæ hinc inde auctoritates.

12 Quid igitur concludẽdum erit? Opus distinctione, apta ad dissentientes cõcordandos censeo, vt ait Bart. in l. apud antiquos, numero tertio, C. de furt.

13 Dico igitur, quod aut petitur absolutio, non ad effectum agendi, sed destruendi cõtractum, & tunc verior est prima opinio, eo namq; casu contra partem inauditam, & non citatam, nil rescribendum venit. Aut simplex relaxatio ad effectum agendi petitur, & tũc secunda opinio, quod non requiratur citatio verior erit, & ita post multa distinctum reperio in decis. Pedem. 125. num. 7. Rot. Ian. decis. 139. Rot. decis. 8. de iureiur. in antiq. Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 4. num. 5. Vel dicas, quod aut versamur in causa, in qua, vel constat, vel datur aliquis fumus læsionis, metus, doli, vel similium, & tunc ẽt Episcopi, vel eorum Vicarij, in suis tamen Diœcesibus, ac Diœcesanis, relaxationem iuramenti ad effectum agendi, absque partis citatione concedere possunt, & sic practicari, & intelligi debet Abb. cons. 12 nu 6. parte secunda. Id tamen probatur, quia isto casu iuramentum non firmat contractum, sed stando præmissis, relaxatio ad fraudem aperiendam viam dat, & licet a iuramento in contractu apposito, ex quo enormissima læsio oritur, secundum multos doctores, relaxatio non requiratur, Corn. consilio 166. num. 9. & cons. 189. colum. 3. volumine primo, Dec. cons. 180. Tamen petere tutius (vt supra dixi) esse, tenuit, Rot. dicta decis. 8. de iureiur. in antiq. Vbi, licet relaxari absque citatione posse teneat, nihilominus nõ dixit debet, & sic verbum potest, interpretatur generaliter, & necessario, vt præmittitur. Talis vero auctoritas solum Episcopis pontificalia gerentibus permissa est. Tuncque eadem ratio erit de toto, quo ad totum, quæ de parte, quo ad partem, l. quę de tota, C. de rei vend. Castr. cons. 251. numero secundo, versic. Sed remanet dubiũ, volum. 2. Et absque citatione relaxationem concedi posse, teneas, quando turpitudo ex recipientis parte adesset, Sum. Ang. in iuram. 6. in princ. Sed in cæteris causis, ac negocijs, in quibus non ita clara, seu legitima causa subsisteret, ad talem relaxationem concedendam, non deberent Episcopi ita de facili, & ex abrupto deuenire, nisi parte audita, & ita sano modo, & considerate procedere, in eo, in quo, eorum auctoritas a iure regulata, extenditur, cap. inter quatuor, de maior. & obed. Ancher. cons. 382. col. 1.

col.1.Feder.de Sen.conf.300. Cald. conf. 1.
de Fer. Alex.conf.222 colum.3.versic. Præ-
terea,volum.1. Bertran. conf.41. colum. 3.
volum.1.& conf.154.colum.2.eod.volum.
Curt sen.conf.89 col.7.versic.aggrediendo
secundum casum, Roland. a Val. conf.13.
num.25.volum.1.Abb.conf.12.num.6.vo-
lum.1.Cagnol.in repet.l.2.num.48.C. de re
scind.vend.Cassad.decis. vnic. de empt. At
quando aliqua commissio relaxationis iura
menti in Signatura S. D. N. præponitur,
semper quasi solet pars ordinariæ citari, &
ita practicari a Dominis meis Conreferen-
darijs antiquioribus, audiui, ac semper ob-
seruari vidi. Quando autem talis relaxatio
per breue dari contingat, non conceditur
nisi parte citata, Gomes. in tract. Breuium
num. 48. Cuius dicto nescio quomodo lo-
16 cus sit. Raro autem conceduntur per Si-
17 gnaturam Iustitiæ. Sed si commissiones
concedantur, vbi de tali relaxatione iura-
menti mentio fiat, semper additur clau-
sula prout de iure. Habent etenim R R.
18 P P. D D. mei Auditores Rotæ in causis
coram eis pendentibus, relaxandi iura-
menta facultatem itaque, si per Papam id
mandatur, iusta existente causa relaxare so
lent ad effectum agendi, etiam non citata
parte, secus vero si ad probationem causæ
id peteretur, Rot. decis. 8. de iureiur. in an-
tiq. Et quia Rota æquitatē sequitur, gusta-
ta etiam læsione, neque clausulas iuramen-
ti renunciatorias, per notarios in contracti-
bus apponi solitas, neque ipsa iuramenta at-
tendit cation.in ca. cū contingat, de iur.iur.
19 Dec.in cap. qua fronte, nume.8. vbi Abb.
de iure iur. Card. conf.35.col.2. stante itaq;
læsione, vel alia rationabili causa, æqua vide-
tur, absque partis citatione relaxatio, secus
vero præmissis, vel aliquo eorum cessanti-
bus, Paris. conf.96. num.88. volum.6. Soc.
conf.59.num.15.volum.3.Corn.conf.45.co
lum.fi. num.3. Inseruntur, vt plurimum in
nostra commissione relaxationis iuramen-
ti verba, vt ad effectum agendi, & excipien
20 di absoluat. Sed verba illa, quæ excipere tā
gunt, in Signatura iustitiæ, nullatenus con-
ceduntur, & ordinariē in Signatura San-
ctissimi deleri solent, & iure medio, quia
exceptio altiorem indaginem requirit, Bar.
in l. auferatur, §. compensatione, nume. 1.
ff. de iure fisc. ac in causa vbi iuramenti re-
laxatio contracto existente petitur, tales re-
pelluntur exceptiones, obstantes summa-
riē cognitioni, Bart. in l. si se non obtulit, §.
21 condemnatur, num. 3. ff. de re iud. Quare
ad effectum agendi tantum, & non excipiē
di quis habilitatur, Rom. conf.323. num. 6.
& 7. Nam quando agit quis relaxatione ob-
tenta, & probat læsionem, tunc continet ēt
illa probationē, in se exceptionis, quia licet
relaxatio iuramenti ad effectū agēdi, ab ini-
tio ex se non sit plena, tamen factis proba-
22 tionibus mutat naturam, & via ad excipiē
dum ex ipsa aperitur, ac ad rescidēdum per
consequens contractum, Afflict. decis.322.
num. 12. Pariunt autem præfata inter se di-
uersum effectum, quia habilitatus, volens
enormam læsionem probare, non ob id cō-
23 tractum rescindit. Sed si pro contractu fuo
rit iudicatū, eodem modo, quo prius erat
iuramenti vinculo astrictus, remanet, Felin.
in ca. ad reprimendum, el primo, de offic.
24 ordin. Sed exceptio, cum sit libellus rei, l.1.
vbi Bart. ff. de his quę pot. nom. ad contra-
ctus extinctionem tendens, non cōceditur:
quamuis aliquid relaxatio iuramenti ad ef-
fectum agendi contra contractum faciat,
quia personas alias ex iuramenti obstaculo
inhabiles, ad agendum admittit, & in hoc
aliquale tertij præiudicium versatur, cuius
interest contractum in suo robore perma-
nere, ac litibus non vexari, Afflict. decis.31.
per totum, Rol. a Val. conf.13.num.25.ver
sic. Sed nonnulli, volum. 1. Et licet in hoc
solo præiudicium afferat, tamen relata in
alijs vera sunt, Oldr. cōs.120. Galles. ad obli
gat. in form. Cam. in tit. de vi instrum. nu-
mero 25. Et quanquam sit modicum, quia
aduersario defensiones relaxatio iuramen-
ti non tollit, sed solum viam apperit ad do-
lum detegendum, læsionem passo, Aufrer.
ad Cap. Tholos. q.62. decis. Pedem.224. Ni
25 hilominus sufficiūt leuiores probationes;
vt supra dixi in capitulo secundo, quin cau-
sæ principalis præparatoria, non autem ip-
sam causam respiciunt. Et si interdum da-
retur commissio ad effectum agendi, & ex
cipiendi. Vtique rescindendi contractum
facultas, illa mediante concessa esset, Af-
flict.decis.322. num.11. Castr. conf. 19.col.
fin. vulum.2. Quamuis id non fore verum,
afferat Viui. lib. comm. opin. conclus. 2. &
Felin. in cap.1. col. pen. de iureiur. Benint.
decis. 14. Necessario in hac commissione
26 de omnibus iuramentis in contractu con-
tentis, mentio facienda venit, vt etiam, quā
do secundus sit primi ratificatorius. Aut si
relaxationem non petere iuratum sit, quia
ea renunciatione iurata non obstante, rela-
xationem iuramenti, nihilominus petere
valebit, Rom. conf.326. num.1. Bald. in re-
pet.l.iusiurandum, colum. 42. ff. de iureiur.
Nam secus relaxatum iuramentum mini-
mè

merit. Afflict.d.decis.num.11.Rom.con sil.37. versic. dicatur circa primum articulum,& cons.326. a num.4. ad fin. Felin. in cap. constitutus,num.7. de rescript.Butr. in c.1. de iureiur. Tunc autem commissionẽ ad partis impetrantis importunitatem, & contra iuris dispositionem concessam fuisse appareret,glo.in cap.1. in verb. noscatur, de constit. in 6. Fel. in cap.1.num.6.eodem titulo,Abb.in cap. ex parte, de offic. deleg. Immo plus ibi Felin. num.20.Subdit,quod stante huiusmodi nullitate,ordinariè dispẽsatio dici non poterit, quia Papa præcise facto tacito, potestatis plenitudine vsus non fuit, Innoc. in cap. innotuit, num.6. ante fi. de elect. Bald. in l. si testamentum, num.3. C. de testam. Rom. in l.1. §. nunciatio, numero 13. & 14. ff. de nou. oper. nunc. cap. proposuisti,de concess. præb. sicque,quando in aliquo contractu duo,vel plura reperiuntur iuramenta interposita, & solum de vno, vel omnibus, vno omisso in precibus mentio facta fuerit, tunc relaxatio obtenta erit nulla,& subreptitia, quia tot debent esse relaxationes, quot iuramenta interposita. Socin. cons.59. colum.3. volum.3. Ro-

27

28 man.cons.326. num.3. Sed erit pariter subreptitia commissio, si obscure loquatur, quod declarat Rol.a val. cons.34. num.7. & 8. volum.1. etiam quod vnum ex iuramentis in cõtractu appositum obscurè narretur,& idem tenet Felin. in cap.debitores, colum.pen.versic.Tertio quæro,de iur.iur. & in cap. constitutus, 8.colum. versic. vel melius dicas, de rescript. Vti etiam præter præmissa, secundum aliquorum Doctorum sententiam, non solum præfata omnia iuramenta. Sed clausulæ renunciatoriç, puta non numeratæ pecuniæ,rei non sic gestç,& similes,quibus omissis,repellẽdos fore per iudices tales commissiones obtinentes,dixit. Ancher.cons.200 per tot. Quod tamen verum non credo, quia relaxatione iuramenti, super quã causa fundatur, concessa,in reliquis accessorijs ad contractum, relaxatio extenditur, & impediri non potest, quin habilitatus,sup iure vtatur. Vnde nil commune habere præfata possunt,cum expressione aliarum clausularum,finem,& sensum,a iuramento habentium, quia iuramenti materiam non concernunt; & eorũ effectus sit tollere, ne incurratur periuriũ. Corn.cons.7. num.3. volum.3. Tunc vero non est tam præiudicialis relaxatio iuramẽti, quando vltra illud ex se, alio priuilegio contractus firmatur (vt dixi de Camerali

29 obligatione.) Sed quando sublato iuramento contractus remaneret nullus, eo casu relaxatio, rescissionem operaretur, si ad eius fauorem pronunciari contingeret, vt per Moder.Senen. in tract. de priuil.iur. priuileg.62. num.3. Doct. in cap. cum contingat,de iureiur. Et in auth. sacram. puberũ C. si adu.vend. Quare,si quis non petere relaxationem iurauerit,q̃uis (vt dixi) eam pro

30 curare nihilominus valeat,primum petere debet relaxationem iuramenti præfati de illa non petendo,illaq; obtenta, postea aliorum iuramentorum, vel iuramenti in contractu appositorum. Roman. d. cons.326. Gram.cons.25. in fi. Moder. Senen. vbi supra priuileg.88.num.46.Corn.cons.2.col.fi.

31 volum.3. Nam si aliorum iuramentorum relaxationem obtinent, iuramenti de illa non petendo mentione non facta, erit nulla, Rol. a val. cons.34. num.6. volum.1. & ideo subreptitia dicit relaxatio obtẽta, quia adhuc iuramento ligatus remanet, decis. Pedem.142. num.14. Afflict. decis.220. in fi. Gram.decis.66. per tot. Viu.lib. com. opin. conclus.2. num.7. cum addit. Doct. in l.si quis maior. C. de transact. Felin. in cap. constitutus, nu.3. de rescript. Quod tamen declara, vt ibi per Felin. num.8. versic. Limita quarto Rom.cons.329. num.12. Nam

32 istud iuramentum de non contrauenien do contractui,respicit futurum,Paris.consilio 96. num.95.& seq.volum.1. Ias. in dicta Auth.Sacramenta Puberum,col.20. versic. istud limita. Præterea circa præmissa poterit de facili alia quæstio exoriri. Ponamus inquam,fore in commissione nostra omissum plura in instrumento de quo agitur fuisse interposita iuramenta; & solum ab vno petita habilitatio,& concessa fuerit,vti etiam narrare in commissione omissum,iudicium cęptum, absque eo, quod obtenta fuerit relaxatio, & sic incursum periuriũ, sed in rescripto Papæ ad sit solita clausula.

33 Non obstantibus quomodolibet in cõtrarium facientibus: Quorum tenores,status, & merita causæ, pro expressis habeantur, vtrum præfatæ clausulæ, & verborum virtus,sint ad liberandum rescriptum a tali subreptione, obreptione, vel nullitate,sufficientes. Et primo affirmatiuè dicendum videtur, quia dicta verba specificè mentionis vim, ac etiam expressionis in se habere videntur, Felin. in cap. nonnulli, nu.6. versic. Addatis primo Butrium,de rescript. Vnde,si libuit in rescripto Papæ omnia pro expressis haberi,eiusdem roboris esse voluit, ac si omnia expressè narrata essent,Bald. in cap. super literis,versic. Quod si Papa de rescript.

34 script. Potest autem Summus Pontifex ad validitatem a se gestorum, expressum finge re, quod expressum non est, Butr. cons. 7. numero quinto, cap. si motu proprio, de præbend. in 6. Fed. de Sen. cons. 47. num. 3. Socin. cons. 166. num. 57. volum. 2. Et de hac clausula quorũ tenores, latè dixi in formulario cõmissionis Ap. in Ro. Cur. in verbo. Quorum tenores, ac eius intellectu. Sed cõ
35 trarium ex pluribus concludentissimis iuribus, auctoritatibus, & rationibus in facto isto verius esse puto. Pro quo primo habemus regulam ordinariam, ea omnia in rescripto exprimenda fore, per quæ ad gratiã
36 concedendam, vel non, Princeps moueri debet, Bald. in cons. 117. num. 2. volum. 1. cap. postulasti de rescript. inter monasteriũ, de re iud. Alber. Galeot. in Rub. de rescript. num. 8. At si contrauentio iuramentorum pluritas, vel periuriũ iam cõmissum, Papæ suggesta essent, vel talem relaxationem nõ cõcessisset, vel difficilius concessisset, decis. Pedem. 22. num. 7. Abb. in cap. querelam, num. 2. de iureiur. glo. in cap. peruenit de fideiuss. Doct. in l si quis maior, C. de transact. Præcipuè, quia iam erat ex præmissis ius tertio quæsitum, cui derogare, Papa non intendit, etiam ex motu proprio, nisi specialiter de potestatis plenitudine illud tollat, cap. Quamuis de rescript. in 6. cap. 1. de rer. perm. l. prætor ait, §. merito, & §. si quis a Principe, ff. ne quid in loc. publ. Ideo neque ad non expressa rescriptum venit extendendũ præcipuè, cum ex omissione eorum, quæ si Principi narrata forent, non concessisset, aut difficilius cõcessisset, subreptitium rescriptum reddatur, ca. postulasti ibi leui non scribemus de rescript. cap. si proponente, & caput. cum a Deo, de præb. cap. si motu proprio, eodem titulo, in 6. Et postquam subreptionis materiam tetigi, breuiter dicam, quod satis est, vt euite
37 tur subreptio, aliquid ex narratis in cõmissione verificare pro gratia substinenda, decisione 674. num. 7. par. 1. diuers. glo. in c. 2. vbi Fel. num. 34. de rescript. Dec. cons. 147. num. 5. Paris. cons. 53. num. 9. & cons. 42.
38 nu. 8. vol. 4. & latè Bellam. dec. 4. Sed quando ea tacentur, quæ apta non sunt Papam mouere. Tunc gratia non dicitur subreptitia, Cæs. de Grat. decis. 8. de præb. & dign. latè, quia vitiat rescriptum illa subreptio,
39 quæ Principem difficiliorem ad concedendum reddere potest, cap. super litteris, & capitulo postulasti de rescript. Bellam. dicta
40 decis. 4 Put. decis. 232. parte prima. Nam clausula si ita est, & preces veritati nitantur, semper intelligitur in rescriptis Principum, maximè in priuilegijs, vt Paris. cõs. 4 numero 29. volum. 2. & cons. 57 num 48. vol. 4. ac in cons. 108. num. 12. eodem volum. vt bene dicitur in c. super litteris, de rescript. subdens ibi, quod si per fraudem, & malitiam, aut falsam causam fuerit talis subreptio, nullatenus suffragetur, quia falsa expressio reddit gratiam subreptitiam, Put. deci-
41 sione 350. parte prima, Paris. cons. 141. numero secundo, volumine quarto. Falsa vero causa narrata, actum totum corruere facit, l. falsa, C. de iur. & fact. ignor. Bald. in l. demonstratio falsa, §. quod autem, numero 16. C. de condit. & demonstr. Alex. consilio 89 num. 12. volum. 2. Dec. cons. 605. numero 6. Paris. cons. 12. num. 9. vol. 2. Grau. cons. 142. num. 9. Secundo daretur inconueniens, quia æqualis condictionis esset habilitationem petens simpliciter, ante contrauentionem, cum periuro, iam infami effecto, l. Lutius, ff. de his, qui. not infam. decisione prima, de iur. iur. in antiq. pariter, & ab agendo, & a limine iudicij repulso, decis. Pedem. 22. numero secundo, & sic equaliter non delinquens, cum delinquente procederet, ac indirecta via ex suo delicto commodum reportaret, cum tertij præiudicio, l. congruit, de offic. præsid. Tertio, diuersa sunt habilitare ad effectũ agendi, quem tẽpore habili, ante periuriũ, & periuro absolutionem concedere, quia diuersum finem effectum, ac statum inter se habent, nam habilitatur primus, secundus vero absoluitur, & sic vti sententia ex falsa causa lata, manifestam continens iniquitatem, erit nulla; ita etiam rescriptum, præfatum Soci. consil. 59. num. 11. volum. 3. Itaque, si non subsistit rescriptum, eius fauore, & auxilio, impetrans indignus erit. Quarto, minus est habilitare aliquem ad effectum agendi (vt diximus) in initio, absque causa cognitione, & ordine iudiciario, Oldr. cons. 120. nu. 2. quã periurium emissum tollere, at in eo, quod est minus, non continetur, quod est plus, Doct. in Auth. multo magis, C. de sacros. Eccles. igitur, nec periurium, neque iuramentorũ pluralitas per hanc clausulam sublata erũt. Et si in vno rescriptum corruit, in totum corruit, l. cum de indebito, ff. de probat. Quarto facit, nam Episcopus potest, ante periurium ad effectum agendi habilitare (vt dixi,) Abb. in cap. quanto, nu. 8. de iureiur. post periurium vero, cessat eius facultas, ideo, vti diuersa, eodem iure censeri non possunt, Bart. in l. fundo, in 1. columna secunda, oppos. ff. de rei vend. Ias. in

rub.

rub. ff. de acquir. possess. col. pen. Bar. in l. sti pulantem, §. sacram. ff. de verb. oblig. & sic dispositum in vno, nō debet aliud comprehendere, quando est æqualis conditionis. Sexto si duplici excommunicationis vinculo, quis astrictus est, vna sola exposita, subreptiria absolutio erit, quia Papæ super petitis dispensare intentio fuit, & non petita, denegare, capitulo cum pro causa, & capitulo officij, de sent. excom. capit. ex parte, de offic. ordin. capit. dilectus, vbi Abb. de
42 rescript. Duplex autem funiculus, difficilius rumpitur, Ecclesiast. capitulo quarto, capitulo primo, de reg. & pact. cap. ex multiplici de decim. Aut itaque, C. com. de success. Rol. a Val. consilio trigesimoquarto, numero septimo, volumine primo. Itaque existente contractu duplici vallato iuramēta, vno sublato, altero firmo remanente, neutrum illorum relaxatum fuisse, concludendum erit. Vltimo comprobatur hæc opinio ex eo, quia difficile, seu nunquam,
43 qn ius tertij læditur, rescribi solet, immo si expressè non tollitur, etiam si rescriptum sit gratiosum, intelligitur præseruatum, l. secunda, §. si quod a principe, & §. merito ff. ne quid in loc. publ. glo. in l. fi. in glo. fin. vbi Bart. q. 2. & Ias. colu. secunda, cum duabus sequent. C. si cont. ius vel vtil. publ. Bal. in l. 1. C. de constit. pec. etiam si motu proprio rescriberet, Alex. & Ioan. de Imol. in l. ex facto, ff. de vulg. & pup. Canon. in ca-
44 pitulo causam quæ, de rescript. At per com missum periurium, tertio est ius quæsitum, & pari modo per obreptionem, vel subreptionem, Rol. a Val. consilio trigesimoquarto, numero quinto, volumine primo. Ideo firmo remanente in suo robore contractu ex præfato rescripto nullo, & clausula, non obstantibus, ibi apposita, minime illatum præiudicium tertio dicendum erit. Nec facit, si replicetur, esse sufficientes dictas clausulas, ad liberandum rescriptum a subreptione, vel obreptione, cum dicta verba habent vim specificę denominationis, & expssionis, perinde ac, si forent omnia expres-
45 se narrata. Quia non vult Papa talibus clausulis, & verbis mediantibus, ius tertij tollere, seu contra legem, & illius dispositionē dispensare, Felin. in capitulo nulli, numero duodecimo, versic. Limita secundo de rescript. Socin. consilio ducentesimosexagesimosecundo, numero primo, volum. 2. loquendo tamen in prophanis, secus vero in beneficialibus, vt ibi Felin. neque in genere per dictam clausulam non obstantibus, sufficit expressio, quia talis generaliter facta, non liberat rescriptum a subreptione, glo. in capitulo dilectus filius, Abb. in verbo, causas vbi Innoc. de rescript. l. vt respō-
46 sum, C. de transact. Generalitas vero, quę obscuritatem parit, non est attendenda, quia Principis animus facile ex illa circumueniri potest, l. quoties, ff. de verborum obligatione, l. finali, in fin. ibi, nedum de falso sermone se iactat, C. de dot. promiss. Quare veniunt omnia specialiter, & expressè, vltra dictas clausulas narranda, secundum, quod se occasio præbet, Roman. consilio tercentesimouigesimosexto, numero vndecimo, & duodecimo, Rolan. a Val. consil. trigesimoquarto, numero quinto, volumine primo, Fulg. consilio centesimoquinquagesimosexto, numero tertio.
47 Nam vno impedimento sublato, aliud ad eundem finem tendens, non tollitur, l. si Dominus, ff. de seruit. vrb. præd. Tot autem sublationes esse debent, quot impedimenta, l. si pupilli, §. si ex pluribus, ff. de nou. oper.
48 nunc. Et actus habilitationis vltra concedentis mentem, quæ fuit tantum super expressis dispensare, operari non debet, l. non omnes, ff. si cer. pet. Franc. Turz. in lib. com. opin. in capit. 2. num. 3. Qua propter tacita excludit, & quod ab omnibus iuramentis relaxatio sit petenda, adeo, quod vno omisso, commissio, vel rescriptum sit nullum, dixere Paris. conf. 3. num. 17. & 18. volum. 1. Borg. Caual. decis. 9. num. 25. Afflict. dec. 20. numero vigesimoquinto, & decisione ducentesimauigesima, numero duodecimo, Grat. consilio vigesimotertio, volum. 2. Roland. a val. cons. 34. num. 6. & seq. vol. 1. & cons. 26. num. 3. vol. 3. Laur. de Pin. cons. 68. nu. 2. & cons. 87. nu. 7. Ratio (vt dixi) est, quia tot sunt iuramenta, quot sunt capitula, &
50 pacta in instrumento apposita. Et quia ab vno habilitatus, seu ab omnibus, vno remanente, a nullo habilitatus censetur: Agere absque eo, quod periurium, incurratur, stante nullitate rescripti, non poterit, Roman. consilio trigesimoprimo, Felin. in capitulo debitores, numero decimo, de iureiur. Socin. consilio decimonono, numero vndecimo, volumine tertio, Felin. in capitulo cum pro causis in fin. de sent. excommunicat. Paris. consilio quadragesimotertio, numero vigesimo, volumine 1. Bald. in Relect. l. secundæ, columna trigesimaoctaua, versic. Quod primum, ff. de iureiur. & generalis constitutio, tacita non continet, Socin. dicto consilio quinquagesimonono,

simonono, numero octauo, & nono, l. si decreta, vbi Bart. C. de transact. Nam sicut Relaxatio iuramenti appositi in vno contractu non extenditur, ad iuramentum appositum in alio contractu, Ruin. consilio sexagesimosexto, numero tertio, volumine quarto. Ita in simili ab vno iuramento in vno capite relaxatio obtenta, ad aliud, pro quo non fuit posita, neque expressa, extendi non debet, vt per Put. decisione centesimanonagesimanona, parte prima. Sed alia hic exoriri potest dubitatio, in omnib. contractibus, Notarij clausulam apponunt, iurantes supradicta esse vera, illaque obser-
52 uare, & non contrauenire, &c. Præfata etenim clausula ad omnia, in instrumento supra contenta refertur, igitur intelligi debet perinde ac, si in quolibet pacto, conditione, & capitulo specialiter iuratum, & iuramentum appositum esset, Paris. consilio octuagesimo septimo, numero octuagesimonono, & sequent. volumine primo. Ancher. consilio ducentesimouigesimosexto, columna secunda, quia cum capitula sint diuersa, & ad diuersum sensum tendant, in vnoquoque de per se appositum iuramentum intelligitur, pro quo faciunt latè congesta per Alexand. consilio decimoseptimo, pōderatis his, numero secundo, volumine tertio, Bart. & Doct. in l. si cui serui, §. a filio, ff. de legat. 1. Exempli gratia, si quis in contractu se maiorem asserat, absque alio iuramento speciali, & in fine contractus, super omnibus capitibus vnum appositum sit iuramētum, secund. Paris. loco citato, numero nonagesimosecundo, & numero nonagesimo septimo; censendum erit illud iuramentum etiam appositum particulariter super capitulo, in quo se maiorem asseruit, vti etiam in alijs capitibus respectiuè, verba illa iurans omnia esse vera, interpretantur omnia simul, & singula de per se, ad hoc, vt sensus sit diuisus, & non compositus, Bald. in consilio 498. numero tertio, & quarto, libro quarto, quia indefinita, vniuersali æqui-
53 pollent, Din. in Rubr. de regul. iur. in sexto. Specul. in titulo, de fid. instrument. §. videamus, versic. Item excipe, ita quod, vtī relatiua præcedentium exprimit, & continet, ac se ad omnes supradictas qualitates præcisæ refert, Bart. in l. si quis seruum, §. fin. versic. Sed quæro aliquis, ff. de legat. secundo. Et idem est relatiuè exprimere, quam verbis, Soc. consilio quarto, numero quarto, & consilio sexagesimosecundo, numero octauo, volumine quarto, Dec. consilio trigesimoquarto, nu-
54 mero septimo. Igitur, aut iuramentum apponatur in principio, aut in medio, aut in fine, contractus, suum debet sortiri effectum, quamuis de consuetudine, ille, qui se maiorem asserit, specifice iurare soleat, vltra iuramentum in fine contractus præstitū, & ita etiam iurare consuetū est in iuramento, ibi asserens, denunciās, medio iuramento, &c. Et similibus. At si iuramentum speciale omittatur, præfata recensere volui, vt pro abundantiori cautela, & rescripto obtinendo, de præmissis mentio fiat. Et censendū, idem erit
55 de Emphyteuta, quādo canone per annū non soluto, biennio non expectato, cadit a iure suo, Roland. a Vall. consilio vigesimo quinto, numero vigesimo, & sequentibus, volumine secundo, Gram. consilio sexagesimoquarto, numero secundo, & de communi testatur, Rip. in l. quarta, §. Cato, numero quinquagesimonono, ff. de verborum obligatione. Latè maximè Ecclesiastico, quia iurauit, quolibet. Anno Emphyteusim soluere, Marsil. sing. ducentesimouigesimosexto, Gozad. consilio quingentesimo octuagesimo septimo, columna penultima, versic. Non obstat Bald. in capitulo, querelam, vbi Felin. numero trigesimoprimo, asserens sententiam, hanc auream esse, in versic. Hoc dictum, vbi de communi, de iureiurand. quos sequitur Bauer. in trac. de veriti. iuram. decimo casu. Vnde ex præmissis infero, quod si euenerit, vt in Sanctissimi Domini No-
56 stri Papæ Signatura gratiæ petatur de aliqua deuolutione gratiam, de præfato periurio incurso mentionē facere, non abs re erit. Vt ab impugnationibus rescriptum tutum reddatur. Couar. in prima parte, relect. capitulo quarto, numero quinto, Prodest igitur in casibus, supra expressis, & alijs supradicta narrare, ne de subreptione, vel obretione rescripta obtenta notari valeant. Subreptio autem illa dicitur, quæ per veri taciturnitatem, vel narrationem verbis confusis, aut ineptis fit, & postea ex legitimo actu superueniente non sanatur. Put. decisione nonagesima septima, numero quarto, parte secūda, quæ vt ibi, numero sexto ait, non committitur nisi in casibus a iure expressis, & licet ex decis. Veral. 49. numero secundo, parte secun-
58 da, habeatur. Quod omnis subreptio ipso iure rescriptum vitiet, tamen id procedit.

dit; & isto modo supradictæ opiniones concordari poterunt, quod vna intelligatur, videlicet in gratiosis, & alia in rescriptis ad lites; id tamen declara non intrare, quando in supplicatione adesset clausula, quod de subreptione, vel obreptione dici non posset, quia tale vitium subreptionis, vel obreptionis, Papa tollere voluit, & potuit. Vnde si stante præfata clausula, quis excipere velit, oris aperitionem petere debet. Veral. decis. 218. parte tertia. Obreptio falsum narrando committitur, Abb. in capitulo cum dilectus, num. decimoquinto, de rescript. Gemin. cons. 128. in fi. Berou. in cap. super litteris, lect. 1. nu. 1. & lectura secunda, numero tertio, de rescriscript. de communi Alexand. consilio sexto, in fi.
59 volumine secundo. Et subreptionis effectus ope exceptionis, & d. obreptionis ipso iure rescriptum vitiare, erit Capic. decis. 32. numero decimoquarto, & sequent. Ac maius est vitium, quid male exprimere, quam illud omnino tacere, Grau. cons. 58. numero quinto, Gozad. cons. 26. num. 21. plusve obreptio, quam subreptio gratiam inficit Papæ, Gemin. cons. 120. nu. 4. Innoc. in capitulo dilecti, numero primo, & duobus
60 sequentibus de rescript. Et adeo siue subreptionis, siue obreptionis vitium in relaxatione iuramenti sunt odiosa, quod si iudex sæcularis illam obtentam, vni tantum ex supradictis vitijs suppositam cognouerit, licet non ambobus illi parere non tenetur, immo agentem declarare periurum valebit, quia obtinenti non prodest, Grau. consilio septimo, numero decimoseptimo, l. alias, ff. de regul. iur. Bart. in cons. 115. columna secunda, versic. permittendum est, numero quarto, capitulo dilecti, vbi Dec.
61 in 4. not. de except. Neque præmissa per clausulam generalem, quomodolibet in contrarium facientibus, sanantur, neque eorum vnum, Alexand. cons. 60. numero decimoquarto, volumine tertio, Grau. dicto consilio quinquagesimoctauo, num. 5. Innoc. in capitulo cum dilectus de rescriptis, Butr. in cap. ex parte de cap. mon. Sed quid, si in relaxatione, aut commissione aderit clausula, & alias prout in instrumento
62 celebrato plenius continetur; cui relatio haberi placeat, perinde, ac si præsentibus insereretur, ac duo, vel tria in instrumento fuerint iuramenta, ac habilitatio ab vno iuramento ad effectum agendi, cæteris non narratis, nisi cum dicta clausula relatiua obtenta sit, vtrum subsistat rescriptum, adeo quod, ab omnibus habilitatus, censeatur? Et videtur dicendum, quod sic, per text. in l. ait prætor, §. si iudex, ff. de re iud. vbi, si iudex condemnat Seium ad omnia, quæ ex Titij testamento percepit, vniuersa in sententia præfata censentur expressa Afflict. decisione ducentesima uigesima, numero decimoquinto, addut. Sed in proposito nostro præmissa adaptari non possunt, quia eadem in hac quæstione rationes militant, quæ in alia supra relata, quia in hoc capite etiam expressio (vt dixi) omniũ iuramentum facienda venit, clarè ac specificis verbis, adeoque, si per relationem ad aliud fieri contingat, non erit concedenda, neque concessa vti subreptitia, attendenda, Felin. in capitulo debitores, columna penultima, versic. Tertio quæro, de iur. iur. Et melius in capitulo constitutus, columna octaua, versic. Et amplius dicas, de re-
63 script. Immo ita preces porrigens, periurus efficitur, Paris. consilio quadragesimotertio, numero decimoquinto, & sequent. volumine primo, Gram. decisione sexagesimasexta, numero vndecimo, Roland. a Vall. consilio trigesimoquarto, numero nono, volumine primo. Nec obstat text. in dicto §. si iudex, nam ibi in testamento ea expressa erant, & ad illorum restitutionem facta condemnatio, vnde non poterat aliter iudex pronunciare. Sed in facto nostro non sunt omnia iuramenta expressa, quæ si fuissent Papæ patefacta, forsan gratiam non concessisset, & sic cum sit casus diuersus, non est de vno ad alium facienda illatio, neque eodem iure censendus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Periurium si parti ex eo ius quæsitum sit, an per absolutionem ab eo sit remissum.*

Declara, vt hic.

Limita non tollere ius laico non subdito quæsitum num. 2.

3 *Papa laicorum dominium, nisi in concernentibus Ecclesiasticam dictionem turbare non intendit.*

4 *Relaxatio iuramenti illi, qui iurauit vsuras soluere, concedenda venit.*

5 *Relaxatio iuramenti ad effectum impugnandi contractum, nisi semiplenè probata vsura, negatur.*

Limita, & declara, vt num. 6.

6 *Relaxatio iuramenti a soluente vsuras, quando petenda.*

CAP. IIII.

Conceditur vnico contextu per S. D. N. Relaxatio iuramenti ad effectum agendi, (vt dixi) & a periurio commisso absolutionis, etiã parte citata. Modo quaero,
1 vtrum ius ex periurio parti acquisitũ, censeatur sublatum, & per consequens regulę de iure quaesito non tollendo derogatum, motam reperio quaestionem hãc per Gomes. super Reg. Cancel. in Reg. de iur. quaes. nõ tollend. reg. 16. numero secundo, vbi distinguit, aut de laesione enormissima constat, aut non. Primo casu, derogatum fore creditur, ea ratione, quia ex causa probata, ac legitima existente, Papa motus fuit. Secus vero in secundo casu, namque madmodũ (vt dixi) habilitatus a iuramento ad effectum agendi, si succũbat, ligatus remanet vti prius, ita & ius partis illaesum, & sic regula intelligenda. Alias si in primo capite rescriptum non operaretur, frustratorium esset, & aequitatem non saperet, & ita pluries Rotam censuisse, dicit Gomes. ibidem, quod etiam sentire videtur, Grau. consilio septimo, nu. octauo, Abb. consilio duodecimo, numero tertio, prop. fin. versic. Ergo hoc iuramentum, vlt. dub. volumine pri-
2 mo. Et si in rescripto Papa vtatur verbo de pleni-

plenitudine potestatis, ac de tertij laici præiudicio, in temporalibus Papæ non subditi, agatur, ius quęsitum præfato layco minimè sublatum censetur, eo quia Papa, vel Princeps contra ita non subditū, plenitudine potestatis vti nequit, Grau. dicto consilio septimo, numero octauo, & nono, But. & Imol. in Clem. pastoralis, de re iud. Soc. consilio centesimosexagesimoquarto, versic. Quartus est casus, & consilio trigesimo septimo, in fi. volumine tertio, & cons. 120. columna octaua, in fin. eodem volumine.
3 Nam Papa laycorum Dominium, & iurisdictionem, dummodo cognitio ad Ecclesiam, non pertineat, turbare non intendit, Abb. in capitulo licet ex suscepto, numero secundo, & sexto, de for. comp. & super Reg. de iure quæsito, non tollend. Vide la-
4 tè Put. decisione 265. parte secunda. Pariter illi, qui vsuras soluere iurauit, relaxatio iuramenti, est concedenda, nam licet ex iurantis parte dari vsuræ possint, & iuramento ligetur, tamen, cum ex parte recipientis exigi sine peccato, non permittantur, passim concedenda relaxatio erit, capitulo primo, & capitulo ad nostram, de iur. iur. Castrens. consilio centesimoquinquagesimo nono, numero secundo, versic. Sicut videmus, volumine secundo, Menoch. consilio vigesimoquarto, numero vigesimosexto, volumine quinto. Et dato etiam, quod iuramentum esset illicitum, nihilominus cautius agendo, etiam si dolo extortum appareat, relaxatio ab illo petatur, Dec. in capitulo ad hoc, numero primo, de appellat. capitulo verū, vbi glo. in verbo absoluerūt,
5 & Doct. de iure iur. Sed talis relaxatio iuramenti ad effectum impugnandi contractū non conceditur, nisi saltim semiplenè probata vsura Feder. de Sen. consilio 300. columna fin. vers. Item dico, quod hæc, Lanr. de Rodulf. in tract. vsur. parte secūda, quæstione 128. Quod quippe limita, & intelli-
6 ge, quando non esset iuramentum temerarium, illicitum, vel periculum in mora, neq; superioris præsentia, a quo relaxatione obtineri posset, adesset, quia sine relaxatio istis casibus poterit contrauenire, Innoc. in capitulo venerabilem, numero sexto, de electio. & elect. pot. cap. antecessor 11. quæstione tertia, Felin. in capitulo primo, numero quinquagesimo, versic. bene fatendū non est, de constitut. Ratio est, quia expectādo superioris licentiam, aut præsentiam, maximum oriri damnum posset, & id bene consideratur in cap. vnic. in fi. ne sed. vac. in sexto, & per Ias. in l. prima, numero secundo, C. de prec. Imper. offer. ex causa etenim iura transgredi licitum est, Bal. in Rubr. C. qui admit. Innoc. & Doct. in capitulo primo, de constit. Quare legitima subsistente causa iuramento contrauenions, non efficitur periurus, glo. in capitulo querelam, in verb. necessitate de iureiur. Abb. in capitulo veritatis, nume. quinquagesimonono, de dol. & contum. Nihilominus si casus eueniret, tutius quam primū superiorē adire, esset, & trāsgressionis causa narrata, absolutionē obtinere, facta tamen prius præmissorum protestatione, & declaratione.
6 Sed quando vsuras soluens, debeat relaxationem petere, vide latè Sum. Silu. in vsura 6. numero nono, vbi optimè modum ponit, Successiuè videamus, an iuramētum
7 ab homine, ad cuius fauorem præstitum fuit, relaxatum, valeat, & dico, quod sic, quando est aliquid ad eius vtilitatem promissum. Puta, si sub iuramento seruitutem præstare, vel pecuniam soluere pollicitus sit. Tuncque secundum eius voluntatem, & vtilitatem dispensare poterit, quia per remissionem ei satisfactum, & solutum fuisse, censetur, Oldrad. cons. 241. S. Thomas, 2.2. quæst. 86. artic. nono, Couar. prima parte, relect. §.3. numero primo, Sum. Tabien. in verb. iurare, §.18. Corn. consilio 121. numero quinto, volumine quarto, Ancher. in capitulo canonum statuta, colum. 76. de cōstit. Felin. in capitulo primo, numero duodecimo, & plur. seq. de iureiur. Quod sequitur Felin. ibi & declarat, cessante tertij præ-
8 iudicio. At si duo socij simul ad sanctum Sepulchrum ire iurauerint, sibi inuicem iuramentum remittere nequeunt ne vadāt, sed bene de nō eundo simul, S. Thom. 2.2. quæst. 8. art. 6. in resp. ad argum. Si vero in-
9 cursum in periurium foret, ille, ad cuius fauorem iuramentum datum fuit, remittere, quia respicit Dei offensam, non poterit. Afflict. decis. 36. numero secundo, Bal. in Authent. quod eis, C. de nupt. Bart. in l. labeo, de iureiur. ff. Aut concernit in totum eius commodum, & tunc pars remittere non
10 valet, vt per Doctores proximè relatos. Qđ intellige, quatenus contra prohibitionem Principis nō sit præstitum, nam tunc pars, ad cuius fauorem datum fuit, ad relaxationem cogi poterit, quia stante Principis prohibitione, cui parendum venit, vti turpiter, ac lege resistente receptum, ad relaxandū compelli poterit. Fed. de Sen. cons. 256. & cōs. 277. nu. 2. Idq; pariter declara pcedere, quo ad legē diuinam, nō quo ad legē humanam, Rom. cons. 427. num. 11. Quia si in-

uiolabiliter ius Ciuile iuramenta seruari præcipit, d. Auth. sacramenta Puberum, C. si adu. vendit. Tanto magis de iure Canonico quia si in Deum (vt dixi) talia iuramenta
11 diriguntur, legibus non sunt humanis subiecta, Rom. vbi supra, cap. licet de regul.
12 cap. duo sunt 19.q.2. Quamuis leges naturales, & diuinæ, per leges humanas, & positiuas, etiam consuetudines, & dispensationes possint determinari, scilicet, quo ad legem Naturæ quatenus autem pertineant ad charitatem, quæ omnium earum finis est, nulla lege humana fieri potest determinatio, sed solum, quo ad iustitiæ legem, quæ ferè in omnibus versatur præceptis, quatenus proximum respiciunt. Quia positiuæ leges nihil aliud sunt, præter determinationem iuris, legis naturalis, & diuinæ: Ideo circa ius diuinum, & naturale, humanæ leges determinationem proponunt, vt in singulis præceptis Decalogi facile est videre, de quo latè per Sarm. de redd. Ecclesiæ, cap. 2. par. 2. Sanctus Thom. 2.2.q.85. artic. 1. & q. 87. artic. 1. & 147. artic. 3. quolib. 2. quęst. 4. artic. 8. Sarm. select. sent. libro secundo, capitulo decimoquarto, in princip.
13 Et ideo (vt dicebam) iudex tam Ecclesiasticus, quam laicus poterunt cogere illum, qui iuramentum recepit super solutione vsurarum, ad relaxationem, vt latè Couar. var. resolut. lib. 1. capit. 4. numero quinto, versic. verum, &c Optimè hoc dubium de
14 clarans. Alia etiam occurrit dubitatio, vtrum per statuta laycorum, iuramenti vires tolli, siue infirmari possint, & breuiter dico, quod non, quia cum iuramentum sit de iure diuino, capitulo fin. de for. compet. in sexto. Vbi scrib. laici contra statuentes non possunt nisi vires auferre, a iure Ciuili permissas, & hac de causa inferiores a
15 Papa, contra iuramentum statuere non valent, Clem. Roman. de electio. de quo latè Gabr. lib. com. opin. tit. de iureiur. concl. 5. numero decimoquinto, Viui. eodem lib. com. opin. opin. 91. in verbo statutum Soarez, com. opin. secundo libro, in verb. iusiurandum, nu. ducentesimononagesimosex
16 to. De iure autem caconico iuramentum, & obligat, & actionem parit iuxta illud, numero tertio. Si quis virorum constrinxerit se iuramento, non faciat irritum verbum
17 suum, & rursus. Deinde postquam semel de ore suo verbum egreditur, animam suam iuramento obligauit, capitulo iuramenti vigesimatertia quæstione ter
18 tia. Et quod Princeps secularis, vel lex humana, vinculum iuramenti, etiam si causa adesset, remittere non possint, quando ad hanc remissionem est absolutio necessaria, tantum Summo Pontifici, & Episcopo respectiuè reseruata, vel permissa, habes ex capitulo primo, capitulo si vero, & capitulo cum quidam, §. fin. de iureiur. capitulo venerabilem, de elect. Hostien. Abb. & Doct. post glo. in capitulo quanto, de iureiurand. Couar. qui latè hanc quæstionem per multas columnas disputat. in prima parte, relect. §. tertio, numero septimo, & sequentibus, multa congerens, quando, & quomodo id fieri possit declarans, cuius verba referre volui, cum per eum vi
19 deri ibidem valeant. Et quamuis statutum, a laudo, vel boni viri reductionem, siue appellationẽ permittat, non obstante quacumque renunciatione, vel pacto, de illa non petendo: Tamen cum contrahentes, sint laici, ac de ipsorum foro, permissum ipsis erit, licet relaxatio iuramenti sit petenda, quia, & si per reductionẽ petitam, actus non vitietur, nihilominus si veniat cõtra laudum, periurus efficitur, ne iudex auctor sit periurij, absque relaxatione ipsum admittere non debet. Immo si illam non petat, tempus ad appellandum sibi currit, & si non obtineatur relaxatio, potest peti, vt silentium imponatur, hmoc. in capitulo dilecto, numero sexto, in fi. de præbend. Ioan. And. plen. in capitulo primo, de except. in sexto, Castr. in consilio ducentesimoquinquagesimonono, numero secundo, versic. Circa tertium ibi: Debet enim, qui ad litteram hoc dicit, volumine secundo, Bald. in Auth. Sacramenta puberum, numero quinto, C. si adu. vend. Bald. vero, vt in hoc articulo, clarius procedatur, distin
20 guendum fore ait, aut est Papæ prohibitio, aut inferioris, aut legis diuinæ, aut humanæ, quod subtilissimè multis modis, vt sui moris est, subdistinguit, in l. iusiurandũ, columna trigesimaseptima, & trigesima octaua, versic. Venio ad secundum, & dico quod, quandoque iuramentum, &c. ff. de iureiur. vbi quæstionem optimè decisiuam inuenies, cuius dicta non recenseo.
21 Quibus accedat, quod layci statuentes iuramento ex iure diuino, ac eius vinculo procedenti derogare non possunt, Castr. dicto consilio ducentesimo quinquagesimonono, numero secundo, volumine secundo, etiam quod nominatim caueant, quia ad Ecclesiasticum forum id pertinet, capitulo lator. de iudic. capitulo causam, de sent. excommunicat. capit. consanguinei, qui fil. sint legit. Falgot. consilio 136.

nume-

numero 36. Itaque cum a statuentium iurisdictione sit exemptum illud eorũ autho-
22 ritas non comprehendit vti ibi Fulgo. quia, vbi lex Ciuilis extinguit peccatum, semper constitutio Canonica præualet, vt pariter in concernẽtibus fidem in vtroque foro, Butr.
23 in cap. 1. num. 53. de const. in 6. Sed quandò causa per ius diuinum approbatur, circa iuramẽtum statuere possint, tradunt Anchar. q. 14. num. 20. lib. 2. Paris. cons. 97. nume. 4. vol. primo, quia iure permittente id faciũt. Quare, si quis ex laudò iurato se læsum senserit, ac ad boni viri arbitrium conuolare voluerit, pro illius reuisione, necessaria
24 iuramenti relaxatio erit, alioquin periurij reatum euitare minime poterit, Afflict. dec. 30. numero 5. & decis. 263. num. 4. & decis. 322. Grat. cons. 30. vol. 1. & illa non obtenta, neq; agere, neque in iudicio sistere valebit, quia in statu periurij repellẽdus venit, Grat. d. cons. 30. nu. 14. Curt. Sen. cons. 65. nume. 25. & seq. Menoch. cons. 24. num. 28. vol. 1. Rolan. a Vall. cons. 26. num. 27. vol. 3. & cõs. 81. nu. 28. vol. 4. Natt. cons. 658. num. 10. vol. 4. Abb. in cap. 1. num. 7. de iur. iur. Imo inter loqui super periurio iudex debet. Rim. Iun. cons. 203. num. 128. vol. 2. Paul. de Castr. cõs. 159. p. tot. vol. 2. Apparet præmissorũ ratio, eo quia iuramentum est præcisum, neque habet in se vllam tacitam conditionem, si æquè arbitrabitur, cum non possit allegari iniquitas. Bal. cons. 464. nu. vol. tertio, Rela-
25 xatio iuramẽti peti autem prius debet, quã a laudo reclametur, data etiam iniquitate laudi, vt habetur in cap. 2. ibi Absolutus, vbi DD. de Arbit. Imol. in cap. quintavallis, nu. 46. de iur. iur. Bal. in rub. C. de rer. per. pen. q. Corne. cons. 27. col. 1. vers. tamẽ quia vol. 4. Franc. de Curt. cons. 42. col. 2. Paris. cons.
26 44. num. 16. vol. primo, At si non petere reductionem in compromisso iuratum non fuerit, si laudo lato sub lęsionis colere contrauenire quis voluerit, Multi necessariam relaxationem non fore tenuerunt, Abb. cõs. 77. col. 4. vers. venio ad quintum, vol. primo, Calder. cons. 1. de Arbitr. col. prima, vers. super exceptione iuramenti. Butr. in capitulo cum contingat nu. 14. de iur. iur. Corne. cõs. 11. vol. 6. in fi. vers. ex quibus volu. tertio, & alij plures quos adducit Gabr. libr. comm. opin. tit. de Arbitr. concl. 3. Quamuis contrarium asseruerint Anan. cons. 33. in fin. vbi Bellam. in addi. & cõs. 8. in fin. Ant. de Butr. sibi contu. Abb. Bal. Grat. Imol. relat. per d. Gabr. in d. tit. de arbit. numero 38. concl. 3. & hanc secundam partem, vti veriorem secuta fuit Rota, vt patet ex Decis. 222. diuers.

vol. primo, Et quod tali iuramenti relaxatio petenti sit concedenda, etiam si illam non petere iurauerit, dixit Imol. commun. opin. lib. 4. concl. 8. vbi per multas ampliationes, & limitationes rem tractat, Afflict. dec. 263. num. 4. & decis. 222. Grat. cons. 30. vol. 1. Nã
27 laudum rescindi, instans, præuia reductione ad Arbitrium boni viri, etiam per modum restitutionis, non videtur contrarius, sed solum speciale restitutionis ius intentare, Bellam. decis. 299. Et an reductio ad Arbitrium boni viri, stante enormi, vel enormissima lęsione, semper peti possit, vide latè Gabr. in d. concl. 3. de Arbitr. Sed quando vsuraria prauitas ex laudo resultaret, limitan
28 da præfata sunt, Quia quemadmodum stãte Camerali obligatione, habente paratam executionem, constito de vsuraria prauitate inhibere, & retardare illius executionem debet, ita pariter, si ex laudo vsuraria prauitas resultaret, & sic de generali consuetudine obseruari testatur Bal. in d. cons. 564. num. 2. vol. 3. sed dat. idem Bald. aliam cautelã, vel
29 distinctionem, & inquit, Aut laudum latũ est æquum, & exequi debet, quod tamen intelligit, & procedit, quando est notoriæ æquum, quia tunc ex regula ordinaria, non intrat Appellatio, & isto primo capite nõ datur iuramenti relaxatio, Aut constat de dolo aperto, & tunc relaxatione non petita, contrauenire potest, aut dolus est præsumptus, & tunc, donec de contrario non constet, licet præsumatur pro laudo regulariter, & peti, & concedi debet habilitatio à iuramento. Ita Bal. cons. 5. num. 2. vol. tertio, Quamuis in hoc tertio casu, & citandam partem, & audiendam ibi num. 39. Bal. asserat, & in cons. 192. num. primo, vol. 4. Et an, si a laudo fuerit reclamatum, ad pœnam promissam, si ab eo appelletur, in compromisso agi possit, vide Put. decis. 394. par. secũda,
30 Sed quis debeat esse iudex, quando iuramẽtum de parendo laudo, vel reductionẽ non petendo, conditionem, si Arbitrer, vel Arbitrator æquè laudauerit in se habeat, an Ecclesiasticus, an laicus, vel quando in contractu sit tacita conditio, si adimpleta ex aduerso fuerint promissa, de quo recurre ad Paris. cons. 59. nu. 51. vol. 1. Ias. in l. quidam cum filium num. 21. & 22. ff. de verb. oblig. l. iulianus § offerri, ff. de aut. Empt. l. quæro § inter locatorem, & ibi Bar. ff. locat. vbi etiã tractant, quando laudo dato, ille contra quẽ pronunciatum est, iniquũ asserit, vel non teneri ex defectu non secuti ad implementi
31 pars autem aduersa laudum iustum, vel pro parte sum adimpletum fuisse dicat, & sic, &

iuramen-

iuramentum ligare, & contrauentione facta, periurium commissum declarare instet. Nam Ecclesiasticus isto casu Iudex, ac corã ipso causam tractanda erit, Bal. cons. 193. 4. vol. per tot. quia dum de virtute iuramenti tractatur, & maior Beatissimi Petri Apostolorum Principis, cuius vis laici iudicis iurisdictio sit, coram Ecclesiastico tale dubiũ decidendum venit veruntamẽ in hoc recurrendum censeo ad distinctionem positam, per Rip. in Rub. de iudic. nu. 28. & seq. quã videns. Et an Iudex laicus de relaxationis iuramenti validitate cognoscere possit, vide Anchar. cons. 383. retento ordine col. 3. Io. And. in cap. cum in iure, de offic. deleg. Rolan. a Vall. cons. 34. nu. 10. vol. primo, Borg. Caualc. decisione nona, nu. 45. & maxime circa subreptionem, vel obreptionem. Vide Viui. lib. comm. opin. concl. 2. numero 10. Et an Iudęus ad iuramenti in compromisso appositi, obseruantiam teneatur, tradit Ro. cons. 155. numero 8. partem negatiuam amplectens, eo quia, Cum propter periculum interitus Animæ sit iuramentum inductũ, quod non cadit in Iudeo, qui non est de ouili, & est perditus, ob id Papa illos non compellit ad concernentia saluen. Animæ obseruandum, vnde constitutionibus Canonicis, quæ solum Ecclesiæ subiectos comprehendunt, non ligantur, vt ibi Rom. Vltra præmissa q̃ro, an relaxatio iuramẽti medio procuratore peti possit, & obtineri valide, & dico quod sic, quia sicut absenti priuilegium confertur, capit. primo, §. ex parte de excess. Prælat. ita etiam, & iuramenti habilitatio, Innoc. in capitulo cum desideres, vers. fatemur tamẽ, numero primo, de sent. Excom. capit. quanto vbi Glos. in verb. Epistolam de iur. iur. Quod tamen notanter limitasec. Innoc. ibi dũmodo in ipsa relaxatione iuramenti petenda, necessario non requiratur ipsius petentis p̃sentia, sed speciale mãdatũ, ad hoc habere procurator debet, nam non sufficit generale, eo quia tractatur de spirituali obligatione, vnde particulari quoque consensu opus est, nam absque eo, stãte grauissimo Animæ, & religionis vinculo, præsertim si periurij periculum immineat, nihil fieri potest. cap. fin. de proc. capit. fin. de iur. cal. in sexto, vbi communiter DD. l. qui bona §. si aliena, ff. de damn. infe. vbi Bar. & DD. ca. primo, §. verum de stat. regul. Rom. cons. 798. Couar. in prima parte, relect. §. 4.
35 num. 8. Contraxit aliquis Romæ, exempli gratia, Promisit Florentiæ soluere, ac vbiq; locorũ, in quib. repertus fuerit, iuxta quęst. motã per Bar. in l. qui certo, num. 3. C. vbi, & apud quem, cert. loc. der. prom. Et postquã in iudicium ex dicto instrumento trahitur in loco, in quo repertus fuit, seu manet, sentiens se lęsum ex præfato contractu, relaxationem iuramẽti cupit: Ideo quæro, quo loco illam petere debeat, an ab Episcopo loci celebrati contractus, loci destinatæ solutionis, seu vbi repertus extitit, & dico illam etiam in quouis loco conueniatur, petere posse, quia ratione contractus ibi forum sortitus fuit, vnde etiã inhibi relaxatio petitur, ac in vno loco impertita valet, & impetrantem habilitat in alijs, vti datam a facultatẽ habente illam concedendi, in cuius persona, eo quia vbique locorum conueniendi potestas data fuit, dicitur consensum, & iurisdictio approbata, licet in hac q. Lap. alleg. 10. & Card. in cap. 1. de iur. iur. dicant illam in loco, in quo iuramentum præstatum sit, petendam fore, per tex. in capitulo postulasti, de for. comp. & Card. idem asserit ac in cons. 1. num. primo, de for. comp. sed verum nõ credo. Quod autem a proprio ordinario, in cuius iurisdictione iuramentum præstitũ fuit, relaxari valeat, non est dubitandum, ac etiam ab originario quia, & originis, & celèbrati contractus ratione, in vtroque foro conueniri valet, cap. primo, de foro comp. per reg. quod Actor sequitur forum rei. l. ordinem, ff. de iur. omn. Iud. Bar. in l. 2. in fi. ff. si quis ius dic. non obtemp. Sed ex obligatione quod vbique locorum agatur, si conueniatur talis obligatus astringitur, vnde sicut excipere potest, pariter eodem loco, quo conuentus fuit, relaxationem obtinere valebit, & in Iudicem non suum consentire, loquendo de causa ciuili, Paul. de Castr. in l. non vtique, §. si quod ita, numero 2. ff. de eo quod cert. loc. l. Lutius in prima, vbi Bar. de pos. Innoc. in cap. ad petitionem, nu. primo, de accus. l. si per errorẽ, ff. de iuris. omn. iud. At si in loco, vbi repertus, conuentusue fuerit, talem iuramenti relaxationem petere non posset, Maximum daretur absurdum, quia si esset contractus illicitus, aut læsiuus, iuramentum iniquitatis vinculum foret, ac forsan perdẽdi Animam ansa daretur, nam illud illicitum ac dolum, læsionemve suam detegere læsus non posset, & quod, vt vbicũque agitari super præmissis contingat, talis relaxatio peti valeat, apparet ex textu, in cap. experientiæ 11. q. prima, cap. primo, de offic. ord. cap. miserabile de vsur. Glos. in cap. litigãtes, in verb. expensis de offi. ord. in 6. dicta vero per Lap. & Card. contrarium asserentes veniunt intelligenda, cessante contractu, & conuentione præmissis, sed in casu simplici.

ſimplici. Tunc autem Papa, ſiue Epiſcopus,
in cuius diœceſi fuit celebratus, vel originis,
modis, & forma præmiſſis, & nō alias, rela-
xationem impertiri poterunt. Nec obſtat
textus in capit. poſtulaſti, de for. comp. quia
loquitur in criminalibus, nam tali caſu in
alium iudicem conſentire nequit. Innoc. in
capit. ad petitionem numero primo, verſ. &
36 hæc eſt ratio, de accuſa. Ad non cogitata ſe
iuramentum extendere prohibetur. Puta,
Titio prima die Auguſti gladium reſtituere
iuraui, illa die Titius erat furioſus, vel ebri-
us, at quia de furore, vel ebrietate, quando
iuramentum præſtitum fuit non erat cogi-
tatum, ne detur maioris ſcandali occaſio, ad
talem reſtitutionem iuramentum extendi,
Deo non placet. Innoc. in cap. debitores, nu
mero primo, de iur. iurand. & ſic in ſimil.
37 Appellati a conceſſione huius relaxationis
iuramenti ſi contingat, an ſit appellatio ad-
mittenda, & danda commiſſio, Et videtur
dicendum quod non, quia non eſt propriè
decretum, vel ſententia, a quibus appel-
lari valeat, ſed quaſi reſcriptum gratio-
ſum Principis, quod impugnari pro parte
illius, cui præiudicat de ſubreptione, vel
obreptione poteſt, Afflictus deciſione, 220.
numero 9. Vnde, quia non eſt abſolutio
plena, ſed relaxatio iuramenti ad effectum
Agendi, & ſic modici præiudicij, quia nōn
alterat modum (vt præmiſi), ſed viam ſolū
aperit, vt dolus aduerſarij, vel propria læſio
detegatur, vti a cauſa præparatoria non erit
appellatio admittenda. Aufr. ad Cap. Thol.
deciſ. 562. Bellame. deciſ. 224. Supra dicta
vera credo, quando in caſu a iure permiſſo
relaxatio conceditur, ſecus autem vbi autho
ritas illam concedēdi ſe non extenderet, pu-
ta, ſi eſſet incurſum in periurium, ſi ceſſerit
dies ſolutionis, & ſic de ſingulis, tunc autē
ratione exceſſus, quia nō habet in ſimilibus
facultatem, (vt dictum ſupra fuit) iuridice
appellari poſſe crederem, & concedendam
cōmiſſionem appellationis, Sed ſi iuridicè
conceditur talis habilitatio, & appellaretur,
tunc neque admittenda, nec commiſſio cō
cedenda erit. Ratio eſt, qā an relaxatio ſit le
gitima, vel ne, ac obreptitia, vel ſubreptitia,
ſuper ea iudex cauſæ pronunciabit (vt dixi,)
Sed in relaxatione per S. D. N. vel ab aliquo
actu per Papā conceſſa, appellare ridiculum
38 erit. Quia neminem præter Deum, cuius vi
ces in terris gerit, ſupra ſe habet, & nemo
cur ita facis, dicere illi poteſt. Videamus
ſubſequenter, an, & quando Actus geſti cō
39 tra iuramentum ſint nulli, & reſpondet Pa-
norm. in cap. intellecto nume. 8. de iur. iur.

quod ſi actus dependet a mera iurantis vo-
luntate, & nullo iure prohibetur, valet. Vn-
de dicit Innoc. in cap. dilecto num. 4. de præ
30 ben. & digni, quod ſi quis non alienare li-
brum iurauit, & tamen alienet, tenet ven-
ditio, licet vendens periurus ſit, & pariter,
ſi vnam in Vxorem ducere iureiurando af-
firmauerit, & aliam ducat, licet etiam
periurus ſit, tamen valet matrimonium, ſi-
cut in ſimili, ille, qui iurauit non reuocare
procuratorem, aut religionem nō ingredi,
ratio eſſe præmiſſorum poteſt, quia iſti ſunt
actus, qui de per ſe, abſq; iudicis miniſterio
ſortiuntur effectum, & ſic, quamuis periuriū
committatur, valent, Rom. conſ. 329. num.
12. c. vnico de voto in 6. ca. ſicut, & capit. ſi
inter de ſponſ. ca. qui poteſt de reg. iur. in 6.
Gloſ. in cap. fin. de procur. eod. lib. 6. Bar. in
l. cum precario, ff. de præcar. cap. cum ac-
ceſſiſſent, & ibi Abb. & Feli. nu. 11. & Dec.
nu. 7. de Cōſt. Roc. de Curt. in trac. Patro. in
verb. honorificum q. 12. & de nobilitate grad.
Couar. in 2. par. relect. § 2. n. 3. Si vero ſupe-
rioris factum requiritur, tunc geſta contra
iuramentum non tenent, Rom. vbi ſupra.
31 Et quamuis teſtamentum pariter aliquis
non reuocare iurauerit, & reuocando per-
iurus efficiatur, tamen ea ratione tenet re-
uocatio, quia inter teſtatorem, & hæredē,
obligatio nulla adeſt, quæ iuramento firma-
ri poſſit, Quare ſi ius ex teſtamento non ſu-
ſurgit, & nemo facere poteſt, quin leges in
ſuo teſtamento locum nō habeant l. nemo
poteſt, ff. de leg. primo, l. ius publicum, ff. de
32 pact. ac ambulatoria ſit Hominis voluntas
vſque ad mortem, non obſtante, quod reuo
cando ſit effectus periurus, erit validum ſe-
cundum teſtamentum, Bal. in trac. de feud.
tit. de pac. iur. firm. §. item ſacramenta num.
17. & facit tex. in c. vltima voluntas vbi Gloſ.
13. q. 2. & licet Hoſt. in cap. cum Marte de
Celebr. Miſſ. velit. quod ſecundum teſta-
mentum non teneat, tamen Io. Andr. vltra
DD. ſupra relatos, in capit. quod ſemel pla-
cuit, de reg. iur. in 6. Hoſtien. opinionem re
probat, quia iure non reperitur deciſum,
quod tale teſtamentum nullitatis vitio ſu-
biaceat, Si vero diſpoſitio actus non depen
det a mera voluntate iurantis, quia interdi-
citur a lege fauore ipſius iurantis, vt exem-
plificari poteſt in muliere, minore, & ſimi-
libus, qui ſine certis ſolemnitatibus aliena-
re, vel contrahere non valent, & tunc actus
iuratus contra primum iuramentum non
tenet, & ipſo iure eſt nullus, & ita intelligi-
tur Gloſ. in capitulo licet, in verb. compel-
lendos, in fine, de iur. iur. in 6. Ratio eſt, quia
actus

actus sine iuramento stante legis prohibitione, erat inualidus, & secundus actus ex iuramento sustineri non potest, quia ratione primi iuramenti iam procedit, quando actus ratione publicæ vtilitatis prohibetur,
34 Iurans soluere, compensare nequit, cap. ad nostram de iur. iur. Matthesil. sing. 55. tenetur autem simpliciter adimplere, neque locum habet in hoc Regula, dolo facis petendo, quod restiturus es, licet Bart. in l. amplius non peto. col. fi. ff. rem. rat. hab. condictionem solutionis compensando, adimplere posse, teneat, nihilominus eius dicta casui nostro applicari nequeunt, sed bene, si iuramentum cesset, At vbi adderit, forma specifica, potius quam condictio adimplenda erit, idque propter iuramenti virtutem, & efficaciam. Ias. in cons. 134. num. 1. vol. 4. DD. & maxime, Imol. in capit. ad nostram de iur. iur. igitur clausula apponi solita per Notarios in contractibus, iurans omnia, & singula esse vera, obseruare, & non cōtrauenire, quod integrè, & inuiolabiliter, omnia plenè sint adimplenda, operatur. Sin secus fiat, non adimplens, in periurium, & alias pœnas in instrumento contentas incidit. Ias. in cons. supra citato num. 4. Bar. in cons. 113. Processum fuit contra Titium in fi. vers. Itē promisit agere: Dictio autem integre, absq;
35 diminutione importat, l. decem, ff. de fideiuss. & liber. cap. fin. §. primo, de Hęret. in 6. Et si multa alia in iuramenti materia vide
36 re cupis, adeas Bal. in repet. l. iusiurandum, ff. de iur. iur. vbi diffuse hāc materiam, licet in diuersis quæstionibus in hoc tractatu omissis, abunde, vt sui moris est, qui omnia sciuit, & nihil ignorauit, disputando ponit, ac Canonistæ, in tit. de iur. calum. quorum dicta, & locum ostendere sat est, vt, & hæc satis sint, quo ad hanc relaxationis iuramenti ad effectum agendi Commissionem, &c.

Com. *Vrbis.*

Relaxationis iuramenti ad effectum Agendi.

BEatissime Pater, alias de Anno 1596. sub die 3. Iulij per Acta N. Notarij deuotus S. V. orator N. vendidit quandā eius Domum liberam, & nullo oneri subiectā, vel sub proprietate N. sitam in vrbe, in Regione Campi Martis, in loco dicto via Ponti ficum, iuxta sua notissima latera, & Confinia, latius in instrumēto, etiam in forma Cameræ vallato expressa, cui, vel quibus S. V. relatio haberi placeat cū omnibus suis qualitatibus, perinde ac si præsentibus de verbo ad uerbum insereretur, cuidam P. prætio scuti 1000. sub pactis condictionibus inibi conuentis, in cuius possessione emptor reperitur, sed quia Pater Sāctę Orator se valde læsum in dicta venditione existimat, cum multo maioris valoris Domus sit, nec ęquitas, vel ius patiuntur, quod cum tam maxima oratoris iactura, præfatus emptor locupletetur, cupiens via iuris ad rescissionem præfati contractus venditionis quantocitius deuenire, sed quia in præfato Contractu vēditionis, prius orator iurauit nullam petere relaxationem iuramenti, & contra illum quouis modo, iure, causa, & forma cogitata, & excogitata nullo pacto venire, ac deinde iurauit etiam se esse maiorem 20. annorum cum non esset, & postea in fine contractus generaliter de adimplendo, & obseruando omnia in eo contēta, cum alijs amplissimis clausulis, & renunciationibus, vt ex eo apparet, verum quia obstant oratori præfata iuramenta, quæ non debent esse vinculum iniquitatis, nec minus impeditiua, ne suam lęsionem, vel dolum orator iure medio detegere possit, corā aliquo ex iudicibus Ro. Cur. Ideo supplicat S. V. quatenus ipsum specialibus fauoribus, & gratijs prosequendo. Dignetur in primis, & ante omnia illum ab soluere à iuramēto, de absolutione ab ipso præstito non petenda, & deinde sic ab illo absoluto ad effectum agendi, & excipiendi relaxare omnia supradicta alia iuramenta, prænarrata, ac in dicto contractu apposita, directè, vel indirecte, & virtualiter, intellectualiter, vel extensiue adeo quod illis non obstantibus iure medio absque vllo periurij reatur agere possit. Cum potestate citandi & inhibendi in Curia, & extra etiam sub Censuris, & pęnis Ecclesiasticis, per iudicē coram quo causa agitabitur imponendis, applicādis, & moderandis, contradictores, &c. ac contractum præfatum, cum omnibus in de secutis, prout iuris fuerit, annullandi, & reuocandi, cæteraque omnia, & singula alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet fuerint necessaria, & opportuna, constitutionibus, ordinationibus Apostolicis stilo palatij, & Curiæ, cæterisque in contrariū quomodolibet facientibus, minime obstantibus quorum tenores, status, & merita contractus præfati, & causæ, pro expres. S. V. haberi placeat, &c.

Com.

Com. *Urbis*

Absolutionis a periurio cum Relaxatione iuramenti ad effectum agendi.

Beatissime Pater Prætendente A. se esse creditorem S. V. oratoris B. in notabili pecuniarum summa, excedente quantitatē 600. Scutorum, causa, & occasione prætensi asserti Mutui, de Anno 1597. illum ad faciendum in sui fauorem instrumentum sub die 4. Maij per Acta N. Notarii, etiam sub obligatione Camerali, de restituendo præfatas pecunias, induxit, vti verè factum fuit, in termino vnius Anni, a die celebrati instrumenti incipien. & vt sequitur finien. & quia dictus contractus est illicitus, ex quo in præfato puro mutuo, fuit aucta quantitas sortis principalis in scut. 300. ex fructibus A. spatio duorū annorū, quos dictus sibi solui voluit, q isto casu ab omni lege Humana, & diuina phibentur, cum Regula sit, mutuū dātes, & nihil inde sperantes, & illis computatis, summa aucta fuit ad dicta scuta 500. Verū qa pater sancte, est annus in quo orator soluere promisit lapsus, & non soluit, ob id periuriū incurrisse forsan putat, quo stante in iudicio agere, nec comparere non valet. Ideo supplicat S. V. in primis, & ante oīa, quatenus opus sit, pro absolutione a periurio præfato vt dicitur incurso, ac plenaria ab eo liberatione, adeo quod, ipso non obstante, omnes actus iudiciales, tam actiue quam passiue facere, & in iudicio legitimè, perinde ac si incursum non esset, comparere, & agere possit, & deinde, vt talem indebitam fructuum perceptionē dolū aduersarii, ac suā læsionē detegere valeat, cum iuramentum iniquitatis vinculum esse non debent, supp. S. V. pariter prò Relaxatione iuramenti, &c.

SVMMARIVM.

1 *Auocatio causę quando dicatur.*
2 *Auocare causam quis valeat.*
3 *Auocatio causarum maioris est importantię Appellatione, & Quare ibi.*
4 *Roma mundi caput, & communis patria, vbi videntur totius orbis causæ.*
5 *Causæ melius in Rom. cur. quam alibi differuntur.*
6 *Causę a Rom. Curia quando non auocantur nisi de licentia Papę, & Quare.*
7 *Auocatio causarum ex iustis causis est facienda, & num. 86.*
8 *Causæ magnæ importantię, ac inter magnates sunt Rom. Curia dignæ.*
9 *Causæ animæ interesse concernentes, sunt in Rom. Curia videndæ, & quare.*
10 *Causæ beneficiales nullibi melius quam in Rota tractantur.*
11 *Causæ beneficiales sunt rotales.*
12 *Causa beneficialis quæ dicatur.*
13 *Causa spiritualis quę sit.*
14 *Beneficia reseruata sedi Apostolicæ conferre ad solum Papam pertinet.*
15 *Beneficiorum Papæ reseruatorum causæ, in Rota sunt committendæ.*
16 *Causæ in Rota quæ spirituales, & quæ prophanę dicantur.*
17 *Commissio a secunda, quando non tollat primam.*
18 *Iudici inferiori non est rescribendum, postquam Rota pronunciauit in causa.*
19 *Causa a Rota non est amplius auocanda, quando super beneficio iam sequestrum apposuit.*
20 *Causæ minime non committuntur in Rom. Curia. Maximè in Rota. Et Quare.*
21 *Causę Rotales, saltim ascendere ad summam 500 Scutorum debent, declara. vt hic.*
22 *Signatura in causis a 16. ducatis infra non rescribit.*
23 *Causæ breuiores vel paruæ, quæ sint.*
24 *Pauper quis dicatur.*
25 *Causa parua, vel minima, iudicis arbitrio declaratur, & quæ sit.*
26 *A. C. renitente causam parui momenti ad partes remittere fit per Signaturam.*
27 *Auocatio causæ non debet fieri absque partis citatione.*
28 *Locus tutus litigantibus est eligendus in commissione causę.*
29 *Causæ exemptionis a iurisdictione ordinarij non ita de plano committuntur, neque absque causa exemptiones conceduntur, & quare, & quādo dentur & num. 35.*
30 *Exemptorum nullus est iudex præter Papam.*
31 *Exemptio a iurisdictione ordinarij quomodo, & in qua causa detur.*
32 *Exemptione pendente omnia per ordinarium gesta vti attentata reuocantur.*
33 *Exemptio ab ordinarij iurisdictione maxima consideratione est concedenda.*
34 *Exemptio ab ordinarij iurisdictione quantū duret.*
36 *Exemptio a iurisdictione ordinarij calumniosè petita denegatur.*
37 *Commissio, quando dubium est an causa sit Ecclesiastica, vel prophana, quomodo danda, & an quando coram Ecclesiastico iudice, vel laico litigandum.*
38 *Commissio, vt pendente criminali causa, supersedeatur in ciuili quando danda.*
39 *Iudex criminalis, de causa ciuili quando cognoscat.*

Iudex

De Commissione Auocationis Causarum.

1 EA dicitē causa auocata, quãdo pendens coram inferiore, absq; alia appellatione, siue prouocatione, ad se superior illam auocat, vel trahit, seu ad ipsum deuoluitur, Couar. Prac. quęst. c. nono, nu. 1. Rebuf. in trac. de auocat. q. 2. super l. Regni Taur. Tom. 1. subdens ibidem Couar. nume. 2. id solius Principis munus esse, vel alterius superioris, ad quos pariter iudicem dare pertinet, l. iudicium soluit, ff. de iudic. estque appellatione maioris importantię auocatio, quia

quia, quando Princeps causam ad se auocat, processus postea factus ipso iure nullus redditur (vt dixi) in cap. de clausula sublata, & Decreto irritati, Merito itaque, cum Roma communis patria sit, ac mūdi caput, DD. in l. 2. §. omnes, ff. de iudic. l. Roma, ff. ad munic. l. nemo rem, C. de consult. lib. 12. c. fi. de for. comp. Rot. de App. in antiq. dec. 19. nu. 3. §. fin. insti. de satisdat. c. 2. & c. 3. de trāsgres. prælat. de cuius præeminentia, ac excellentia meminit, Bal. in Auten. quæ supplicatio, num. 7. & 8. C. de præc. imper. offer. Omniumque forus communis, cap. fundamenta, de elect. & elect. potest. ca. vbi maior. §. ceterum, eodem tit. in 6. cap. quoties, 1. quæstio, 7. & nulla Sanctæ Romanæ Catholicę, & Apostolicę Ecclesiæ maior potestas, vel superior inueniatur, Abb. in c. licet, nu. 1. in fi. de elect. merito in ea orbis totius causæ tractantur, Vtque Bellam. verbis vtar, in decis. 37. in mundo locus Ecclesiasticus non est,
5 in quo tam bene, & celeriter lites terminentur, quam in Rom. Curia, quæ vbi Papa est ibi dicitur Zabal. in Clem. 1. nu. 10. de rescr. vbi peritorum viget copia, ac methodus causas consulendi, differendi, audiendiq; discretissimus. Quare si dubitari contingat, an fori Ecclesiastici, siue laicalis sit causa, nō coniunguntur simul, neque præfati cognoscunt, sed maior, & sic Rom. Curia, quę Ecclesiæ caput præfertur, Felin. in cap. pastoralis,
6 lis, num. 4. de rescrip. Ideo multoties de partibus causæ auocantur, & in Romana Curia demandantur, vel è conuerso, aliquando, a Romana Curia auocatæ, ad partes remittūtur, vel cōmittitur, quāuis nunquā a Curia auocentur, nisi de Papæ licentia, vel Signaturæ permissu, Bisign. decis. 13. per tot. de re-
7 scrip. Quia, postquam Sanctissimo, in quo omnis scientia, prouidentia, ac prudentia resident, vt in ea videatur placuit, idonei Iudicis personam eligendo, non amplius erit, a Curia extrahenda, maxime quando instructa, nā si talis aperiretur via, vltra illius preeminentię, ac dignitatis supræmissimę contemptum, esset pauperes litigantes destruere, æquū nempe non est, quod ab alijs inferioribus, in ea gesta censurentur, vel iudicētur, At quando non esset causa instructa, aliquando rationabilibus medijs adductis, auocationis commissio conceditur. Sed certa regula in hac facti contingentia assignari nequit, quia omne Papæ, vel Signaturæ arbitrio, remissum est, quæ circumstātijs, qualitatibus grauitate causæ, personarum, loci qualitate, & distantia consideratis, quid, quomodo, & in quo loco rescribendū sit, determinat, & ideo, omnia præmissa in rescribendo sunt consideranda, quia iustis subsistentibus causis, tales auocationes fiūt, Castr. in Auth. qua in prouincia, col. 1. vers. prodeerit ergo, C. vbi de Crim. agi opp. quamuis cum pari contendere, anceps sit, cum superiore furiosum, & cū inferiore, sordidū, vt dixit Seneca relatus per Bal. in cons. 218. col. 2. vers. quo ad personas vol. 3. Causæ nē-
8 pę magnę importantię, inter magnates, ac difficiles, & Rom. Curia dignę, & in ea tractādę veniunt, dec. 43. incip. si appellatus de App. in nou. & melius Dec. in c. vt debitus, nu. 10. vbi etiā tex. eod. tit. Vestr. in sua prax. lib. 4. c. 9. nu. 12. Rot. dec. 1. nu. 12. de elect. in no. c. quāuis de elect. in 6. Cle. causam eod. tit. c. quoties 24. q. 1. c. maiores de Bapt. c. quod ad translationem, vbi Glos. in verbo reseruata, de offic. deleg. Innoc. in c. innotuit, nu. 1. de elect. Milis in suo reper. in verbo dispensare potest. Et multas in Curia cognoscēdas causas commemorat, Mandos. in commis. caus. credit. cont. hered. In verbo deuolutę, Sed præ cæteris signanter illæ Romanæ Curię sunt reseruatę, quæ animæ interesse con-
9 cernunt, Vestr. in sua prax. lib. 10. c. 6. num. 3. Doct. in c. sæpe de appel. Petr. Duen. in reg. 85. incip. causæ de partibus, limit. 1. & 2. Mandos. in 4. for. cōmis. in verbo de sui natura, Ratio viget, quia Papæ in Rom. Curia residentis, animarum periculo occurrere, munus est, Butr. in capit. 2. num. 1. de const. in 6. Præterea pluribus modis causæ Ecclesiasticę considerantur, & sunt, Alię Criminale, puta heresis, c. ad abolendam, de heret. Aliæ Articulorum fidei, sacramentorum, Decimarum, religionum, seu religiosorum, de quibus per Bellam. cons. 54. capit. cum sit, vbi Glos. in verbo maleficiatores, de for. comp. & aliæ ciuiles, de quibus in cap. prudentiam 14. q. 2. quæ coram suis iudicibus sunt tractandę, & similes etiam aliæ multę, quas ommitto, Cagnol. in l. fin. numero 20. & seq. C. de pact. Quæ vero dicantur causæ piæ, recenset Bald. in Aut. similiter, C. ad l. falc. Franc. Aret. consilio 97. in princ. & late Bero. in capitulo cum omnes, num. 44. & 83. de const. Merito itaque causæ beneficiales, iuxta dispositionem Clem. primę, de elect. & dec. 36. nu. 2. de App. in nou. melius in Sacro Rota auditorio, per tot. tantosue Prudentissimos Patres, iures nostri lucernas, quam alibi tractantur, diligentissime, maturissimeue ibi digeruntur, discu-
11 tiuntur, & diffiniuntur, vnde illud adagium exortum est, Causæ beneficiales, sunt rotales, decisi. 30. de appel. in nou. & vt dixit

Qq Bellam.

Bellam. decis. 37. in ea viget copia peritissimorum aduocatorum, qui suo marte causas agunt, sicque committi curans causam beneficialem, videtur non solum deducere ius, quod sibi competebat tempore Commissionis, sed etiam omne, quod sibi competere poterat in futurum, Bellam. dec. 662. Quod intellige, & declara, vt per Put. decis. 510. lib. 2. procedere, quando quis committit simpliciter, non exprimendo certã causam in commissione, secus quando illam
12 exprimit, ex mente Innoc. in capit. Abbate circa finem, de re Iud. Beneficialis nempe causa cæteris prophanis breuior esse debet, decis. 25. nu. 3. de Appel. in ant. quę dicitur, siue agatur de dignitate, siue personatu, officio, præbenda, vel beneficio, si gratum, vbi Glos. in verbo beneficio, de rescri. Alber. in suo dictio. in verbo causæ beneficiales, Pariter causa erit beneficialis, si agatur de canonizatione regressus, Achil. decis. 4. nu. 4. de pens. & quando agitur de altari, siue cappella fundata a laico, dummodo authoritate Papæ, vel Ordinarij, nam ad solum Papam plenaria beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio pertinet, ca. 2. de pręb. in 6. neq; dicitur Ecclesiasticum beneficiũ ante Sãctitatis suæ
13 approbationem, Fel. in c. ex parte, il 2. nu. 2. de rescrip. Sicut causam etiam dicimus spiritualem, si de Ecclesiæ interesse agatur, Fran. in ca. eum qui. nu. 67. de eo qui mit. ĩ poss. in 6. Et dudum de decim. eod lib. Idem Franc. in c. si duo procuratores, §. sane, nu. 1. de pac. in vbi allegat. decis. 16. de iur. patron. & dec. 17. de pręb. in antl. quod intellige seruata forma Conci. Tridentini, in c. causæ omnes 24. sess. maxime si beneficium, de quo agitur sit
14 reseruatũ, de quo nullus præter Papam valebit disponere, d. c. quo ad trãslationẽ. Ro. Sing. 59. num. 2. ita pariter in Rota, quando de beneficii reseruatione agitur, erit causa
15 tractanda. Maiores vero causæ, ille dicũtur, quæ sunt Sedi Apostolicæ reseruatę, Imol. in c. cũ ex illo, nu. 4. de transl. Episc. ratio est, quia attenditur titulus, qui est perpetuus, c. cupientes, de elect. in 6. Clem. Causam, eod. tit. Glos. in c. 1. in verbo deuolutas, de suppl. negl. pręl. & sic, quia sunt subtiles, & importantes, non alibi, quã in dicto Tribunali erũt cognoscẽdę, & nõ corã grossis hominibus, qui vt plurimũ in his causis sunt extra curiã Borgn. Caual. dec. 33. nu. 23. sed in illo Rotę
16 suppremo Tribunali. Scias, quod oẽs causæ reputantur prophanę, etiã si spirituales sint, & ille solum beneficiales, quæ super titulo sunt, Veral. decis. 99. par. 2. interdũ pendente
17 lite super beneficio, mandat Papa vni ex Rotę Auditoribus, corã quo pẽdet causa, quod lite durante, seu ad tempus, alicui ex collitigantibus, de fructibus respondere faciat, recusat aduersarius, interim alteri Auditori, omnes causas inter ipsos pendẽtes cõmitti curat, cum solita clausula, annexis, & connexis, dependentibus, & emergẽtibus quibuscunq; nõ obstantibus, & in hoc scias, quod vigore istius secundæ cõmissionis, non erit Auditori demandatũ, quod faciat de præfatis fructibus respõderi, quia iste secũdus est iudex in causis iurisdictionalibus, & cõtentiosis tantũ, vt per Bellam. dec. 328. Postquã
18 autẽ Rota pronunciauit, cũ sit suppremissimũ Tribunal, inferior iudex amplius ĩ causa se intromittere non potest, nec debet, Feder. de Sen. cons. 115. Rot. dec. 17. de Appel.
19 in nou. Bellam. decis. 37. Et si Rota apponat sequestrum in beneficio, tunc neque ab ea auocabitur causa, maxime si præcessit collatio Apostolica, c. fine, el 2. de offic. deleg. Alex. cons. 68. lib. 6. Dec. cons. 191. nu. 10. Immo neque Episcopo demandabitur. Cęterę
20 autem causæ minime, in curia nec tractãdę, nec committendę sunt, maxime in Rota, quia inconueniens videtur, vt ibi causæ infimorum, ac Pedaneorum iudicum dignæ, cognoscantur, & inibi nõ solent demãdari, nisi ascendant saltim ad summã 500. Scuto
21 rũ, Et extra montes, mille, dico quo ad sortẽ principalẽ, de qua agitur de per se, non autẽ si illi addãtur fructus, vel interesse, insimul. eandẽ constituentes summã, quia non sufficeret causam rotalẽ facere, & quãuis causa 10. Scutorum, habito respectu ad statum personæ pauperrimæ dicatur magna, Ias. in rep. l. admonẽdi, nu. 272. ff. de iur. l. sed, & si susceperint, §. 1. vbi Bar. & Ang. ff. de Iudic. l. illicitas, §. nessenius, vbi Glos. sic verborum
22 vnde ff. de offic. pręs. Tamẽ nõ erit talis, quæ in Curia demandãda sit, vltra qđ, non rescribit Signatura in causis a sexdecim ducatis cameræ infra, quamuis multi asserant a sexdecim scutis infra, sed prima oppinio verior, seruatur itaq; fini cauti dñi mei Referẽdarij.
23 Vt summa certa in cõmissione pręcisę exprimatũ, & licet breuiores causę ẽt a 100. aureis infra cõsiderẽtur Bar. in l. Imperiũ, nu. 26. vers. sexta est iurisdictio, ff. de Iur. omn. Iud. nihilominus regulã veriorẽ cẽseo, ꝙ ille dicatur causę breuiores, in qbus plus in Procuratoribus, Aduocatis, scripturis, itinere, ac tẽporis ammissione litigando consumeretur, quam sors principalis esset. Felin. in capit. non nulli, in princ. versic. tamen si causa est parua de rescrip. l. mediterranea vbi Glos. & Bart. C. dę anno. & Trib. libr. 10. Glos. &

Doct.

Doct. in c.de appellationib. eod.tit. Immo, ibi subdit Felin.quod si causam suæ diocesis minimam vellet Episcopus valde longe cognosci poterit, a tali delegatione appellare, ratio est, quia in istis causis minimis, durum est aliquē extra patrios lares ad litigandū trahere, laboribus, & expensis illum vexando, Franc.in c.sępe, col.7.vers. secūdo querit, de Appel.Nicol.Grauat.in add.ad Vestr.lib.3.c. 6.nu.9.Ias.in d.l. admonendi, nu.272.deci.1. nu.2.de elect.in nou.inhumanumq; foret, pauperes in testium examine, publicis documentis extrahendis, libris rationum asportandis, eorumq; fere totā substantiā erogando, cogere, cōtra tex.in l.2.C.vbi de ratio.agi
24 op.Glos.in fi.in c.requisiuit, de testam.Pauperq; in hoc proposito ille dicetur,(vt latius alibi dixi) qui non habet 50. aureos, Abb.in c.1.de accusat.Immo subdit Ancher.in c.ad audientiā, in 1.not.de Eccles.ædifican.quod licet ad Papā parua causa deuoluta sit per appellationē, nihilominus stāte itineris, & expensarū magnitudine, nō debet in curia cognosci, l.2.ff. si quis caut. multoties vero ex proterua litiū prosecutione, ad pauperiem aliqui currūt, vltra id, quod facere valēt erogādo, ideo prę oculis Deū habētes, illas odio habent, ne die, noctuq; cor, mens, & animis torqueantur, licet multoties in aliquibus locis, & personis, quæ minor, aut maxima, vel Rom.Cur.causa digna sit, exemplificati possit in facto, l. sed, & si susceperint. §.1. de iud. l.1.& l.mela, §.fi.ff.de alim.& cib.leg.& quāuis, in aliquibus legibus illa modica dicatur causa, quæ duorum, vel trium scutorū summam continet, & aliquando, 10.seu 20.inter magnates, & nobiles, vel, Principes tricētorū scutorum minima erit censenda, sec. tex. in §. iudicare, & in §. audient, Aut. de defens. ciuit.vt late per Specul.in tit.de iur. delat. §.
25 nec enim num.3.& in §.si autē nu.6. Tamē an causa parui, vel magni momenti sit, Iudicis arbitrio relinquendum erit, recte locorum distantia, personarum qualitate, quantitate, summa, ac regionis, in qua litigatur consuetudine inspectis, Mascard. de proba. vol. 1.concl.9.num.39.nam dari certa regula, siue norma, neque ita de plano, quæ maiores seu minores aut rom.cur.causæ dignæ sint, Iudicari nequit, ic circo totum Signaturę arbitrio repositum erit, vt per scrib.in Aut. nisi breuiores, C.de sent.ex breui.recit. Bar. in l. diuus, ff.de bon.damn.Ias.in d.l. admonendi num.275.Host.in cap. fi.de Crim. fals. Ancher.q.45.nu.1.par.1.Rom.cons.346.nu. 5. Butr.in cap. si pro debilitate col. 2. de offic. deleg.late Innoc. in c.sedes Apostolica.nu.
26 5.de rescrip. Ideo si Auditor Cameræ, in causis minimis, ex sua ordinaria iurisdictione inhibitionem extra curiam couceßam, moderare recusaret, causam ad partes remittendo licet in secunda, vel tertia instantia, ex supra narratis causis a dicto Tribunali auoca-
27 re solet Signatura, & ad partes remittere, rationabilibus mota medijs, quæ Papam repręsentans, de illius mandato, & scientia id facit, Abb.in c. cum dilecta, num.7.vers. itē ponderatur de rescrip. Paris. cons. 49. nu. 3. vol.4.Bellam. decis. 46. At de loco(vt supra
28 dlxi) in partibus assignando, intellige de tuto, ad quem colligātes remoto inimicitiarum periculo, itinerisque suspecto libere accedere possint, circa quod ius prouidet, vt tutus petenti locus detur, decis.5. de dol. & cont. in antiq. Quod sano velim modo intelligas supradicta procedere, quādo capitalis adesset inimicitia, vel personalis, quod libere iter habere nequiret, tunc autem excusandus veniret, ac de loco tuto prouidendus, alias quandocunque posset appellare, Abb.in cap. ex parte, nu. 3. de Appel. & licet sit exceptio dilatoria, tamen quandocumq;, etiam post litem contestatam opponi poterit, ea ratione, quia habet succeßiuum grauamen, non momentaneum, Felin. in cap. accedens, nu. 2. & 15. vt lit. non cont. Secus vero si essent inimicitię generales, puta guerę, & patriæ, nam eo casu non excusaretur, præcipue si saluum conductum haberet a faciente bellum, vt late Rot. dec. 12. per tot. de dol. & cont. in no. quamuis de hoc dubitet, Afflic. in dec.288. num.23. eo quia, multoties isti salui conductus sunt fragilis cautionis, vlterius supradicta extende procedere, etiam si inimicitias haberet in locis, per quę, eundo, vel redeundo esset transiturus, nam licet isto casu haberet saluum conductum, quia transit per non tutam regionem nō tenetur accedere, nec per consequens citatio ad id facta, vti ipso iure nulla, valeret, quod clare colligitur ex tex.in Clem. Pastoralis, §. pisana, de re iud. capitulo ex parte, vbi Abb. numero secundo, & per totū, de Appellate Ias. multos congerēs in cons. 86. nu.13. vol. 3. Bart.& DD.in l. de ętate, ff. ad Treb. Oldr. cons.43. per tot.c.accedens, el 2. vbi Felin.num.4.& 5. subdens numero 12. debere procuratorem transmittere, dummodo tute. Et contingente facto, ne prætermittas videre tex.in d.Clem. pastoralis, § pisana, ibi hæc quidem iure timentur, quia loquitur in irreparabili, mortis suspitione, Feli.in c.cum inter, nu.8. vers. indiciū.de excep. Sed non tutus accessus, per allegantem probari

debet, Dec.cons. 460.nu.26. Hercul.de ne-
gat.fol.mihi 23.nu.26.vers. 24 infertur,& si
ob militum insidias, id causari dicatur, vel
stantibus,viarum crassatoribus, talem exce
ptionem nostri iuris interpretes non appro-
bant,ca.cum R. Canonicus,de offic.deleg.
Afflict.decis.289.nu.22.Menoch. cons.100.
nu.189.Ita pariter si pestis allegetur. Bart.&
Doct.in l.de ætate,ff.ad Trebel.Glos.in Cle
men.ne in agro,in fi.in verbo rationabili,de
stat.Monac.Felin.in c.accedens,el secondo,
nu.11.vers.sexta conclusio,vt lit.non conte.
Boer.decis.228.nu.11.Paris.cons.33.num.3.
vol.2. Sed si quis ad locum, vbi adest aeris
intemperies,seu pestis citatus foret,venit ex
cusandus,etiam si non compareret, sic Feli.
29 in d. cap.accedens num. 11. Quando agitur
de causa exemptionis a iurisdictione ordi-
narij,si quis ex priuilegio ratione Ecclesiæ
loci, personæ,seu beneficij esse prætendat,
vel non subijci, siue si causa existente, vel
non ab illa se eximi curet, non est ita de pla-
no audiendus,neque per consequens com-
missiones talis exemptionis, nisi magna, &
rationabili causa existente,concedendæ, cũ
a capite membra non veniant separanda,
Felin. in cap.cum non liceat impune, nu. 12
de præscrip. Ant.de Pret.in tract.de iur. Epi-
scop.cap.4.num.4.Immoderata etenim de-
bet esse iniuria, Guid.Papælatæ decis.62. Vr-
sil.ad Afflic.decis.205.Sed quando tales cau
sæ tractandę sunt, non cognoscuntur; ne-
que demãdantur eisdem ordinarijs, Immo,
si lis coram illo verteretur, auocanda foret,
vti pariter si cõtingeret agi de exemptis ex
priuilegio, vel alias,Ratio est,quia exempto
30 rum nullus est Iudex præter Papam, & li-
cet exemptio habitum dignitatis Episcopa
lis,non tollat,tamen tollit exercitium;quod
in exemptis impeditur, Vti exemplum de
tutore videmus,cui licet administratio sit in
terdicta, tamẽ tutor esse non desinit,l.si plu-
ribus, ff. de aut. tut. Oldr. cons. 172. nu. 13.
Innoc. in cap.ex parte,num. 3. vers. verũ au-
tem, de verb. sign. sed hoc procedit, quan-
do clare constat de exemptione, quia si du-
bium foret, cum in ordinariæ iurisdictionis
odium tendat,pro qua ius assistit; strictissi-
me veniret interpetratio facienda, Decis.
Veral.48.parte prima, Quare præmissorum
occasione, sępe coram Sanctissimo Domi-
no nostro Commissiones, siue supplicatio-
nes porriguntur in Signatura gratiæ propo
nendę clerico instante, in quibus litẽ cũ or-
dinario habere narrando,seu quod sibi infe
stus, inimicus, vel odio graui eum prosequi-
tur,ab eius iurisdictione eximi supplicat,Cir
31 ca quod, siue causa ciuilis sit, siue crimina-
lis,rescribendum non est,nisi in ea sola cau
sa,quæ tractatur,quando pendens,vel cępta
inter ipsos reperitur, At cõmissione conces-
sa,prælati iurisdictio ita suspenditur, vti quã
do ab eo appellatum esset. Ideo, si aliquid
32 egerit,vel innouauerit,merito per iudicem
futurum,vti attentatum erit postea reuocã-
dum, ea nempe ratione,quia litis odio factũ
censetur,cap. olim, vbi Glos. in verbo post
inceptum, de accus. & vt Abb. nume. 7. di-
xit, inimicitiæ graues, ex tali denunciatio-
33 ne oriri solent,Sed pariter istęc. gratia raro,
& cum grano salis (vt illius mundi primarij
tribunalis mos est) conceditur, nempe cau-
sa allegata, & gustata, iuri,rationi,& ęquita-
ti consona,nam concurrentibus præmissis,
ne aliquid iniuriosæ contra subditum, su-
perior iratus agat, vel in ipsum seuiat, præ-
sumptio oritur,quod efficaciter, & valide li
te durante dubitari potest. Host. & Abb. in
cap. dilectus, num.15.de sequest.poss. Tũc-
que libentius commissio datur, quando illa
34 lite durante tantum exemptio petitur,ea ra
tione, ne interim a suo opprimatur superio-
re,seu iura deducere impediatur, & quãdo
commissio præfata restringitur cũ clausula,
causa tantũ durante, non solũ erit in causa
principali intelligenda, verũ etiã appellatio-
nis,& restitutionis in integrum, Lancell. de
35 Attent.c.18.n.18.Sed circa causam legitimã
aduertendũ erit,ne falsa,vel palliata siti,vt sę
pe multa fingẽdo,oratores facere solent,&
ita pariter,ne friuola lis sit, q̃a nõ oĩs lis ad id
sufficiẽs erit, tũ q̃a de facili subditi,vt se exi-
merẽt,ac liberius viuere possent,ab ordina-
ria iurisdictione,cui subsunt,lites suscitãdo,
easq; in longũ trahẽdo,procurarẽt,ac delin-
quẽdi occasio,aut peccatũ nutriendi, p con
sequẽs illis dari poterit; Immo auferrẽt or-
dinatio via,& animus iura Ecclesiæ,vel Epi-
scopalia tuendi,vt dixit Abb.in d. c. cũ olim
nu.6.de accusat. Poterit autẽ pręlatus suã in
cęteris negotijs iurisdictionẽ exercere, dũ-
modo ex tali exercitio litis principalis execu
tio, nõ impediatur,vt late p Cassad.deci.6.p
tot.de priuil.Causa vero legitima talẽ cõce-
dẽdi gratiã,nimia sęuitia erit,vt ĩ simili vide-
mus de domino cõtra vassallũ l. vnica, C. de
off.comit. Sacr.patrim.Io.Faber ĩ §. sed hoc
tẽpore instit. de his q̃ sunt sui vel alien. iur.
Rol.a val.cõs.40.n.3.vol.4. & nõ solũ si vere
de sęuitia cõstaret,sed ẽt si de illa p̃sumptiue
dubitaretur,Specu.in tit. de denunciat.n.13.
quamuis secundum Rom.cons.37.nu.1. id
totum Papæ arbitrio repositum sit, sicut
quando vxor a viro diuertit vel eximitur,

Abb.

Abb.in cap.in literis,num.7.de rest.spol.Bal. cons.446.vol.3.Paris.cons.54.num.36.vol.4. Grat.cons.31. per tot.Couar.in epit. parte 2. ca.7.§.quinto,nu.1.ad fin. eoque ipso, quod ab ordinario auocatur causa,& alteri demādatur, postea gesta nullitatis vitio subiacet, Rip.in cap.cum M.Ferrariensis, nu.196. &
36 198. de const. Omnino quippe (vt dixi) denegatur commissio, si calumniose petatur, ac notorium supplicantis esset delictum, ac pęna in iure pro ipso expressa, quia isto casu superior iuris minister, non valet recusari, nam si talis aperiretur via,omnes rei id procurarent, ne ordinarii ad debitas iuris,& facto pęnas,contra eos procederent,Inno. in cap.ex parte,num.3.de verb.sign. Abb.in d. cap.cum olim,num.6.vltra quod superioris contēptus oriretur,si ita de plano tales concederentur gratiæ,hoc tamen finaliter dicā, ex mente Innoc.in ca.recipimus, num.2.de Priuil.& excess.Præla.Quod in Ecclesia exēpta,& eius monacis,etiam conuersis,ordinarius ius perdit, sed non in sacerdote, curam animarum exercente. Itaque curent clerici quid faciunt,ne sui Episcopi iram in se con-
37 citent. Quando tractatur an causa per iudicem Ecclesiasticum, vel laicum cognosci debeat, ad hoc vt fauore Ecclesiasticæ iurisdictionis causa remaneat coram Ecclesiastico,vel ei committatur, sufficit si summariæ,vel ex præsumptione rem Ecclesię fore constet, vel ad ipsius fauorem pronunciatum fuisse, Butr. Abb.& post alios, Fel.in c.si Clericus laicum, sub num. 2.vers. limita secundo de for.comp.Lap.alleg 58.num. 15. Secus autem si laicus negaret, & esset reus, quia tunc non intrarent Ecclesiastici priuilegia,vt Abb.in d. cap. si clericum,in princ. num.1. At si fateretur rem esse Ecclesię, dicendo illam retinere posse ex gratia,siue cōcessione sibi facta, tunc teneretur corā Ecclesiastico litigare,& isto casu Clericus trahit laicum ad suum forū, quod simile erit, quando de feudo agitur inter Vassallos, affirmantes rem esse feudalem, cap. cęterum de iud. at si è contra,rem esse feudalem negetur,coram loci ordinario agendum erit, vt per Menoch. plures alleg. in 3. rem. retinen.nu.425.& 429. Pendet aliquando cau-
38 sa ciuilis coram suo iudice competenti, porrigitur quærela criminalis, à debitore,diffugiente quantum fieri potest solutionem, faciendo (vt Neapolim dicitur) vn contrafosso, & sic stante criminalitate intentata, porrigitur Commissio, petendo suprasederi in causa ciuili,& quod ciuili iudici, criminalis inhibeat,seu criminali introducta, ciuilis intentatur, & petitur committi,vt in Criminali supersedeatur, vel lata est sententia absolutoria in causa Criminali, etiam vrgente pro parte contraria Camerali obligatione,& sic contra ipsam obligationem, qui reuertit ad Signaturam, & petit committi, vt mandatū exequatur, Sententia lata non obstante, saltim præstita cautione de restituendo in euētum succumbentię. Modo videndum est, quomodo in supradictis casibus sit procedēdum,& ad primum, deueniendo, Præsupponendum credo,quod iudex criminalis latrunculator à nostris iure consultis vocatus, in l.solemus,§. latrunculator,ff. de Iud. possit de causa ciuili cognoscere, quando ha-
39 bet a Criminali dependentiam, & quando pro Criminali pęna corporis afflictiua imponenda, seu pecunia fisco incorporāda,venit, vel ad publicam vindictā, Iul. Clar. in pract. crimin.in §.fi.q.1.vers. ex quorum omniū, & vers.secundus est casus,& sic quando,Iudex criminalis principaliter de crimine cognoscit, potest etiam de quæstione ciuili ab eo dependente,ex eodem facto, de quo agitur,incidenter (vt dixi) videre, vt puta,si agatur de furto, in eadem sententia pręter condemnationē fisco,rem restitui domino mādare,tex.est in l.interdum,§. qui furem, vbi Bar.nu.4.ff.de furt. & in l.2.§.hoc edicto,nu. 2.ff.vi bon.rapt.Rom.in l.2.num.8.vers. Sed quæro.ff. de iur. om.iud. Glos. in prohem. Instit.in verb. Imperatoriam maiestatem,& ibi Aret.numero 7. & ab hac communi scribentium sententia non dissentiunt,Bal. in l. 2.col.5.vers.vltimo quæro,nu.25.C. de edē. Innoc. & Canon.in cap.cum oportet,de accus.Bald. Sali.in l.qui crimen,C. qui accusa. non poss. quamuis animaduertendū in hoc sit,quod si iudex condemnat aliquem pro delicto principaliter, tunc potest etiam in consequentiam condemnare ad restitutionem, vel ad interesse parti passum, quia isto casu, non per actionem restitutio petitur, sed Officio Iudicis, vt Doct. supra allegati
40 tenent. At si de crimine non constaret, & inquisitus veniat absoluendus, eo casu non potest ex officio reus condemnari ciuiliter tantum, quia cum sit Criminalis iudex, & habeat iurisdictionem distinctam, illa tunc caret, & iuris nostri periti loquentes, quod iudex Criminalis ciuiliter criminosum condemnare valeat, dicunt in cōsequētiā, cōdēnato prius ipso ex delicto, & ideo Domini de Rot. teste Cresc. decis. sexta, de iud.tenuerunt,sententiam Locūtenētis Criminalis D. Gubernatoris vrbis esse nullam, ex eo quia reum absoluerat a deli-

cto, & condemnauerat ad restitutionem rei subtractæ, non obstante, quod reus se defendendo in illius iurisdictionem, & consensisset, & eam prorogasset, cum, vt ibi tenuit Rota, magis communis opinio videatur, quod nec expresse partes possint iurisdictionem, in causis criminalibus tantum, ad ciuiles prorogare, vt per Abb. & Canon. in cap. 1. & 2. de offic. deleg. maximè quando adest iudex ciuilis, vt ibi Rota, & idem tenet latissimè Rol. a Vall. in cons. 30. nu. 2. vol. 2. pro quo multa adducit Iul. Clar. in §. fi. prax. crimin. q. 2. vers. & hæc quidem, de communi attestante, & Bal. in dicto, §. qui furem, num. 5. Curt. Iun. in l. edita num. 198. C. de eden. vbi Rom. num. 143. vers. non obstat sua ratio, Aret. etiam de communi in cap. qualiter, & quando, el 2 §. ad corrigẽdos nu. 139. de accus. Bal. in l. data opera, nume. 6. C. qui accus. non poss. quod intellige, vt per Iul. Clar. ibid. pariter si iudex criminalis, pri
41 mę instantię super ciuili articulo pronunciet, reseruata sibi cognitione causæ criminalis, nulliter facit, quia super ambobus eodem tempore pronunciare tenetur, vnde talem reseruationẽ facere minimè potest sec. Bal. cons. 153. incip. nouum dubium, nu. 2. vol. 1. est autem, vt ipse inquit, talis reseruatio quædam iuris cautela, & potius litis intrigatio, quæ causæ naturam non mutat, sed dum ita declarat, & facit, partem grauat, & ideo potest a tali reseruatione appellare, vt quoque dixit Grat. cons. vltimo, num. 51. lib. 2. Cin. in l. terminato num. 3. de fruct. & lit. expens. & licet criminaliter egerit, dummodo non succubuerit, non erit postea ratione rei familiaris, ei interdictum, quin ciuiliter agat, ratio est, quia per exceptionem agit tantum ad repellendum ab actione, & per actionem intendit sibi debere restitui, Innoc. in cap. cum dilectus, nu. 11. de ord. co
42 gnit. l. 1. C. quan. ciuil. act. Quando constat de calumnia partis, quæ de criminalitate nihil dixit, nisi in fine causę, tunc propter moram, & negligentiam non debet in ciuili supersederi Afflict. decis. 229. num. secundo,
43 Capic. decis. 25. per tot. Sed in præmissis cõsiderandum est, quando ciuilis causa criminalem absorbeat, & quando criminali decisa, penitus ciuilis extinguatur, puta si tota vis consistit in falsitate testium, seu scripturarum, nam tunc causa criminalis erit prius terminanda, Rol. a Vall. cons. 13. per tot. cũ add. vol. 2. Afflict. decis. 103. num. 2. & decis. 229. Cęs. de Gras. decis. tertia, num. quarto, de except. Ancher. in cons. 62. Et ideo interim differtur prosecutio causæ ciuilis Affli. d. decis. 229. Capic. dec. 25. Gram. dec. 60. numero 23. Bald. cit. & Doct. in l. 1. C. de his qui accus. non pos. Ciuilis autem causæ
44 prosecutio, respectu criminalis non retardatur, quando apparet quod calumniose criminalis petitur, sub causæ cõmissione, vel sub eius clipeo, & ciuilem differre, & solutionem in longum trahere, seu causæ expeditionem, nam eo casu ciuilis non silet propter criminalem, vt per Capic. decis. 25. In
45 Rota vero multoties causę criminales pro ciuili interesse cognoscuntur, Bisig. decis. 1. de pact. Put. decis. 103. & 104. parte prima, Sarmien. decis. 24. & 36. lib. 2. Tholos. decis. 69. & 114. & 105. lib. 1. Sed quando porrigi-
46 tur commissio in Signatura, petendo demã dari, vt causa Ciuilis Criminali pendente sileat, solet concedi, addita clausula, quatenus causa Criminalis, sit piudicialis ciuili, l. fin. C. de ord. Iud. Bar. communiter approbatus in l. edita, vbi Curt. Iun. nume. 181. & Claud. num. 68. C. de eden. Alex. in l. reum criminis col. 1. de communi, C. eod. Rol. a Vall. cons. 13. numero primo, vol. 2. Pereg. decis. 295. & decis. 133. lib. 2. in causa fulginatensi. Put. decis. 99. lib. primo, Rot. diuers. decis. 206. parte prima, late Gram. decis. 60. nu. 24. & maximæ, quando talis causa non est calumniosa, nam tunc ratione maioritatis criminalis, in ciuili supersedit d. l. fi. C. de ord. Iud. Curt. Iun. in d. num. 181. Rol. alleg. cons. Pereg. decis. 29 lib. 1. Et calumnio
47 sa lis dicitur, quando ius aliquod non deducitur, Franc. in cap. 1. vlt. not. vt lit. pend. in 6. Cassad. decis. 7. num. 4. ad fi. de dol. & cont. Achil. decis. 7. num. 2. vt lit. pend. quamuis non præsumatur calumniosa, si quis venit ad litem, quam ipse non mouit, sed ab alio mota fuit, vt ibi Achil. nu. 3. vers. item quia.
48 Sed difficultas est videre, quando criminalis causa ciuili præiudicet, vtque breuitati, quantum fieri potest consulam, quãuis criminalis negotij finis a sententia lata initium ciuili quæstioni det, puta si testes, seu instrumenta falsa declarentur, quodque scriptura suspecta, quæ nec interim probat, nec facit adminiculũ, Abb. in c. cum venerabilis nu. 32. & 33. vbi de communi Felin. num. 17. & 24. vers. secunda conclusio, de except. & vitiũ visibile multo magis auget suspitionẽ, Ancher. cons. 99. n. 20. Tunc criminale illud ciuile iudiciũ silere facit, at è contra, ratione maioritatis et, sed supradicta multas patiuntur limitationes, Primo, ꝙ nõ supersedeat in causa ciuili, quando ciuilis mouetur, ab vno, & criminalis ab alio, & ideo, si fiscus solus agit, & mouet causam crimi-

criminalem, in ciuili non supersedetur, quādo est diuersa, vt latius infra declarabitur, Alexand. in l. reum criminis, numero tertio, C. de procur. Salic. in l. vnica, num. 4. C. quan. ciu. act. crimin. præiud. Ob id praxis
50 adinuenit, vt ad expensas euitandas, interesse particulare habens, fisco ciuiliter inhæreat, & an, & quando accusatus in causa criminali reacusare possit, vide ibi præfatos Doct. Secundo, dummodo non sit ex diuersa causa. Puta, si ego te pro mille scutis conuenio, & tu accusas me de homicidio, ob id non suspenditur exercitium, & exequutio ciuilis. Tertio, vt ciuilem criminalis absorbeat, opus est, quod sit super causis annexis, non autem super separatis, & l. finalis procedit, quando criminalis ciuilem absorbet, non autem quando non præiudicat, lex alio attenditur finis, quando sententia ferenda super causa criminali, posset parere præiudicium in causa ciuili, & sic ratione contingentiæ erit præiudicialis, quod ciuilem supersedere faciat, ius autem assistit stantibus præmissis, vt prius criminalis, quam ciuilis intētetur, & in istis supra relatis sæpè datur commissio, ac verificantur verba commissionis, constito, quod causa criminalis, sit ciuili præiudicialis, vt late cum adductis supradicta omnia bene po
51 nuntur, per Put. decis. 98. par. 1. Quando cōtrauenitur inhibitioni Curiali, quia Curię maiestas, & iudicis læditur, coram eo causa venit tractanda, l. prima, in princip. vbi Ias. numero primo, Castr. num. 2. & in §. fi. numero primo, vbi Bart. num. 6. ff. Si quis ius dic. non obtemp. cap. sollicitudinem, vbi Franc. num. 3. de appel. Rot. decis. 2. num. 1. versic. Et est ratio, de restit. spol. in nou. & tanto magis, quando criminaliter pro contrauentione actum fuit, quia cum ciuilis tunc procedat ab eodem fonte, consequēter ibi ratione naturæ, & connexitatis est videnda, Abb. in cap. 1. num. 14. de seq. poss. & fruct. Franc. Dec. & Doct. in cap. si duobus, de appellat. immo non solum accessoriè ad criminalem. Sed simul debent terminari, quia (vt dixi) ambe ex eodem fonte procedunt, vt per Bellam. decis. 400. per tot. l. interdum, §. qui furem, & ibi Bart. numero quarto, ff. de furt. Salic. in l. si quis ad se fundandum, numero nono, C. ad l. Iul. de vi pub. Felin. in cap. cum oporteat ad fi. numero octauo, de accusat. Menoch. ad tertium remed. crim. num. 513. Sed quando
52 coram ciuili iudice falsitas committitur, poterit ab eodem de ea quoque cognosci, dico ciuiliter, non criminaliter, quia (vt dixi) sunt iurisdictiones distinctę, l. nullum, & ibi Doct. C. de testam. Abb. & Canon. in cap. 1. de crimin. fals. Abb. in cap. verum, numero 20. de for. comp. Couar. pract. quæst. capitulo. 18. Marant. de ordin. iudic. in secunda parte, iud. artic. 12. Iul. Clar. in prax. crimin. §. fi. quæst. 38. versic. Sed quæro nun
53 quid iudex. Pariter, si laicus coram Ecclesiastico iudice falsum deponit, in eo puniēdo, erit locus præuentioni inter ipsum Ecclesiasticum, & iudicem laicum. Sed interim, vt iuridica Ecclesiastica pœna eum puniat, non impeditur procedere iudex Ecclesiasticus, Afflict. decis. 219. numero quarto. Couar. pract. qu. cap. 18 prop. fin. versic. Sed & hac in re, Marant. loc. proximè citato, vbi etiā, si Clericus coram iudice laico falsum deponat, poterit super hoc etiam cognosci per iudicem laicum. Sed strictè, solum ad effectum, an eius testimonium teneat nec ne, nam in cæteris erit puniendus a suo competenti iudice, Abb. in cap. verum, numero 20. de for. compet. Couar. vbi supra, licet multi hoc casu per Ecclesiasticum puniri posse, tenuerint, Bald. in l. nullum, col. fi. versic. Quæro hic de clericis, numero quinto, C. de testibus, quod verum non credo.
54 Causa ciuilis a Curia auocari nunquam solet, quando criminalis coram eodem iudice pēdet, vt in simili videmus de petitorio, & possessorio Abb. in cap. 1. num. 3. de caus. poss. & prop. vt pariter, neque auocatur, si lata sententia fuerit, quia causa per eam censetur finita, maxime, si seruatis seruandis lata sit, (vt dixi) l. vbi ceptum, ff. de iudic. sicuti neque quando partium adesset consensus, nam eo casu quodammodo in iuriam iudici fieri videretur, Cassad. decisione prima, de rescript. & decis. 2. num. 6. de appellat. Præcipuæ si grauis erit causa, quia si ille de paupere regno (vt dici solet) Rom. Curiæ indignæ sunt, vt retuli, ergo a contrario sensu, & graues, & inter magnates in ea, & uidendę erunt, & coram Principe, & ratione superioritatis, & facilius, si perhorrescentia in partibus fuerit allegata, vt in fine seq. cap. dicam, & vltra relata supra hunc propositum in commissioue appellationis in causis crimin. parte prima,
55 Conceduntur sæpè commissiones auocatorię, tam in partibus, quam in Romanā Curia, cum Clausula quatenus non sit causa instructa, Quare quando talis sit, videndū
56 est. Circa quod, tunc instructam fore censeo, quando tempore auocationis iura producta erant, & termini (licet male, & nulliter) seruati, eo autem in statu inhibitio vigore

vigore vltimæ cõmissionis obtentæ emanata minimè obstante, poterit iudex pronũciare, ac ad vlteriora procedere, quia non
57 obstat commissio præfata condictionalis, vt per multa iura, & rationes dixit Rota, decis. Cresc. 1. de iudic. Subdens, quod bene id facere, absque attentatorum metu supradicta valet, & ideo ita rescribit Signatura, quia iam instructus iudex post conclusum in causa, potest sententiam proferre, quamuis non ante, Fel. in capitulo significauerunt, num. 3. de testib. & tunc conclusio in causa, alias probationes excludit, & quos pariat effectus, tradit idem Felin. in capitulo cum dilectus, nume. 1. 2. & per tot. de fid. instru. At si causa instruatur, post commissionem, ac inhibitionem illius vigorè obtentam, feraturque sententia, erunt omnia nulla, Acchil. decis. 5. per totum de rescript. & licet Rota præsentatæ commissionis tempus attendi debere dixerit, & qđ medio tempore, donec concedatur inhibitio, iudicis munus esit supersedere, qa satis est eo tempore præsentationis commissionis instructam non fuisse, tamen ex mente Lancell. de attent. post Auoc. cauſ. cap. 10. num. 16. & 21. distinguendum putarem, Quod aut iudex sciebat cõmissionem expeditam, siue præsentatam in actis, si lis instructa non sit, suum est subsistere, aut præmissa ignorabat, tuncque ad vlteriora procedendo, non errat. At si hoc tempore aliqua facta foret nullitas, non poterit causa instructa dici, vt ibi Lancell. nu. 17. multa congerens in hoc articulo. De quo pariter latè tractant Doct. in l. apertissimi, C. de iud. Veral. decis. 101. parte prima, Franc. March. decis. 107. parte prima. Sed si pars aduersa sciens commissionem expeditam ad vlteriora procedi curet, seu faciat, exempli gratia, quando Signaturę sit resolutionem, quia in contemptũ id agit, non solum gesta omnia veniunt reuocanda, dico post
58 resolutionem, verum ipse puniendus. Euenire solet sæpè in Romana Curia casus, aliquis appellationis instrumento de partibus coram Auditore Cameræ producto, obtinet citationem cum inhibitione in forma via ordinaria, vel interdum vigore cõmissionis ab alio iudice dato, inhibitionem, vel citationem in partibus exequi facit copia dimissa, vt moris est, sed postea originale in actis reproducere non curat, neque vult, dubitatur, an adeo sit causa curialis effecta, vt ita citatus comparere teneatur, instando multoties aduersarium per audientiam contradictarum citari, ac contra ipsum causam expediri, seu si non alias reproducta inhibitione, qui eam obtinuit, cõmissionem porrigit causam a Curia auocari petendo, & ad partes remitti instando.
59 Quomodo rescribendum erit? Et breuiter hinc inde fundamenta recensendo, pro parte affirmatiua. Primo facere videtur decis. 17. numero primo, in nou. de dol. & contumac. quam pluries Rotam sequutam fuisse testatur, Put. decisio. 402. libro primo. Accoramb. decis. 46. incip. si actor committit causam, libro primo, Tholom. decis. 150. incip. in nou. de dol. & contum.
60 Rationem afferunt, quia per solum citationis decretum, etiam absque alia exequutione, quo ad actorem lis dicitur introducta Rot. decis. 6. vt lit. pend. in nou. Cassad. decis. 6. Super regul. Cancel. num. 14. & 26. & ita coram bo. mem. Do. Cantucio censuit Rota in vna Tordonen. fructuum 8. Ianuarij 1587. vt in decis. diuers. parte secunda, decis. 42. num. 26. & coram D. Gipsio, in vna Bonon. 31. Ianuarij 1586. Vnde vt Rota dixit, processum factum per audientiam contradictarum ad rei instantiam contra actorem, non reproducta citatione, vallidum esse, ea ratione, quia coram illo iudice reo comparente, a quo emanauit citatio, citatus præsumitur, per alleg. decis. 17. de dol. & contum. in nou. in fin. Corroborare conantur præmissa, quia citatio reperitur annotata in libro expeditionum notarij, vt passim fit, quare, & a quo, & ad cuius instantiam fuerit obtenta, satis concludenter apparere videtur, & quotiescumque iura de partibus transmittuntur, pariter, & mandatum procuræ, ac pecuniæ pro impensis trãs
61 missæ prusumitur. Cum dicendum nõ sit procuratorem, vltra proprios labores, velle pro extraneo proprias erogare pecunias, suum iactando, l. cum de indebito, ff. de probat. neque dicta Bellam. decis. 456. & 462. Obstare videntur, quia ibi nec citationes fore exequutas, nec actor reum voluisse citare, neque causam prosequi, constat, nam ibi reus actorem rogat, quod contra eum exequi citationem faciat, cui actor id, quod sibi placebit facturum, respondit, nihilominus per Rotam reprobate, fuerunt Bellam. decis. vt ex decis. Put. alleg. supra patet, & p Accoramb. dicta decis. 46. dicentes, sine auctoritatibus Bellam. loqui, cui ita loquenti, fides non est adhibenda, Put. dicta dec. 402. parte prima. Pro alia parte plura adducuntur, quæ meo iudicio magis vrgere credo quia data supradicta citationis executione,
62 non inducitur talis cõsensus, quod variare

non

non liceat, vt ex ordinaria regula, ante litē contestatam semper ius præmittitur, l. edita, vbi glo. & Doct. C. de eden. & quod potuerit a præfato iudicio recedere dixit Bellam. allegata decis. 456. Achil. decis. 10. de rescript. Lancel. de Attent. lit. pend. parte secunda, cap. 4. nu. 23. 25. & seq. Neque obstant in contrarium adducta, & primo id, quod in memorialium libro, vel expeditionum adnotatum reperiebatur, quia ex ipsius lectura, neque citatio, neque consensus illius, saltim litis pendentiam inducens, colligi potest, Peregr. decis. 14. alias 35. in causa Salamantina, Lancell. loco citato, nu
63 mero 23. Sed esto, quod de expeditione appareret, & de traditione copię parti, tamen non concluditur ob id eius executio, nisi probetur (vt moris est) per publica documēta, quia potest eius dari deperditio, pœnitētia, voluntas non exequendi, recessus, a lite, ac pariter casus, quod reus habita expeditionis notitia, vel illam exequutam fingat, vel copiam procuret, quare nō probat hoc esse, quod nō contingit ab esse, l. neq; Natales, C. de probat. nam citationis expeditio, & eius exequutio, adeo inter se differentes sunt, ac diuersa, quod de vno ad alium, non potest inferri, vulg. l. Papinianus exuli, ff. de minori, sicque, non potest dici, quod lis pendeat, nisi de præfata exequutione, ac reproductione constet, Clem. 2. vbi Card. numero 7. vt lit. non contest. Lancell. vbi su-
64 pra, num. 16. Felin. in cap. causam, quæ numero 18. de testibus, Præcipuè si a vero procuratore illa non appareat expedita, quia e contrario, si mandatum procuræ deficit, cessat eius præsumptio, ex impensa, & neq; lis, neque consensus in iurisdictionem inducitur, vt ibi Lancell. num. 23. Minus facit, quod mandatum ex impensa præsumatur,
65 quia id Rota verum esse tenuit, si magna sit impensa, non modica, Put. decisio. 27. in princ. parte prima. Neq; allegata, decis. 402. obstat, quia ibi erat casus, in quo Principalis causam cōmisit, relictoq; procuratore, qui postea mandatum non acceptauit, recessit, vnde isto casu per contradictas procedi posse; Rota censuit, dicta decis. 17. num. 2. & 4. de dol. & contum. in no. Quod a facto nostro diuersum est; quia si a citatione iudicium incipit, §. omnium, instit. de pen. tem.
66 litig. & non a commissione, Lancell. ibid. num. 16. Socin. cons. 38. num. 8. volum. 1. Guid. Pap. dec. 421. num. 1. & 3. Gabr. conclus. 1. num. 2. de iudic. quando in actis non reproducitur, citatio extraiudicialis dicitur,
67 quia & suum perfectum non habet, ac illi actor renunciare videtur, Innoc. in cap. super quæstionem, num. 2. de offic. deleg. ac reus citatus, non constito de citatione, coram non suo iudice comparet, quia ea non exequuta, conditionaliter ad Curiam deuoluta causa dicitur, Achil. decis. 10. de rescript. nam si renunciare illi actor valet, cō-
68 tumacem non facit Vestr. in sua prax. libro septimo, cap. vlt. num. 10. quamuis coram D. Pegna in vna Vrgelensis Archidiaconatus de Andorra 13. Aprilis 1592. Domini per commissionem causæ in Rota, citationis exequutionem, ac terminorum substantialium seruationem, concorditer de lite constare tenuerunt, Clem. 2. Vt lit. pend. Aut. Litigiosi, C. de litis, Put. decis. 240 per tot. parte secunda. Achil. decis. 10. de rescript. nu. 1. decis. 17. de dol. & cont. in nou. Veral. decis. 252. & 254. parte prima. Quæ Rotæ resolutio, omni caret difficultate, stante commissione, quæ communis (vt dixi) iam effecta est. Isto tandem dubio in Signatura pposito, licet aliqui ex Dominis meis conuotantibus curialem effectam causam dixerit, Nihilominus maior Dominorum meorum pars, in eam deuenerunt sententiam, quod ex præmissis causa non esset effecta Curialis, ob id non poterat petenti denegari commissio auocationis, cum remissione causæ ad partes, nisi appellans citationem reproduxisset, siuē inhibitionem, quia omnis, vt careret difficultate, & quamuis a citatione iudicium incipiat, non tamen a mandato, ac citando exordium capit, Ias. in Rub. ff. de in ius voc. num. 1. glo. Bart. & Doct. in Rubr. C. eod. tit. quod secund. Ias. ibi procedit, tam in prima instantia, quam in causa appellationis, Clem. 1. vbi glo. in verbo citationem, de iud. Innoc. in cap. super quæstionum, num. 2. de offic. deleg. quia (vt dixi) dicitur extraiudicialis citatio; cui agēs non comparendo, renunciare videtur, quę carens, suo perfecto in forma peccat, redditurque nulla ipso iure, Innoc. in cap. Præterea, num. 1. de dilat. Actoreve non comparente, vel si ex eius parte agatur, eo magis remanet citatio imperfecta, atque in casu caduci, & sicut præscriptio per inualidam citationem non interrumpitur, Ias. in l. more, nu. 58. ff. de iur. omn. iud. Felin. in cap. illud, num. 5. de præscript. Bart. in l. accusatorus, num. 1. ff. ad l. Iul. de adult. Bal. in cap. quoniam contra falsam, col. 6. de prob. nihilque operatur, glo. in l. si accusatoribus, C. de accusat. Bald. in cap. in nomine Domini. quarto not. de testib. ita pariter neque iurisdictionem tribuit, quando (vt dixi)

coram

coram non suo iudice citatus comparet, quia licet coram ipso lis contestetur, tamen non interrumpitur præscriptio glo. in verbo interrupta in cap. placuit, §. si per naturalem 16. quæst. 3. & quod citatio per non comparitionem partis circunducatur, ac citatus pro non citato habeatur, dixit Vestr. vbi supra lib. 7. ca. vlt. nu. 10. per tex. in l. post ædictum, §. si is, ff. de iudic. Subdēs ibi, quod talis citatio non efficitur de processu, vel de actis, nisi reproducatur, quia causa, neque ex commissionis impetratione, pendere dicitur, sed ab eo tempore, quo iudicialiter procedi cæptum est, decis. 9. de dol. & contum. & decis. 4. vt lit. pend. in antiq. Vnde si appellans, qui commissionem impetrauit, stetit per annum ad causam prosequendam. Licet in vltimo dicti anni aliquid faciat, nihilo minus a limine iudicij repellendus erit, Thom. Fast. decis. 37. in antiq. per tex. in cap. Gratum de offic. deleg. & in capitulo relatum, de for. comp. l. in criminali, C. de iur. omn. iud. Vnde Vestr. loco supradicto, procuratores ne anni finem expectēt, admonet. Sed si aliquid in causa facturi sunt, vel statim, vel ante sex menses faciāt, quia si per annum sileant, remanebit causa diserta, & citatus. Vtrum agens citationem reproducat, necne, curare debet, quia ex proprio Ligone vulnus sibi infert, & si nil aliud ad victoriam deffidetur nisi causæ desertio, & vt res iudicata, intus habet, quod foras quærit, quia exequutionem, expensarum taxationem, vna cum silentij perpetui impositione petere potest, decis. 5. de appellat. in antiq. & quod citatione non reproducta, causa minimè fit curialis, pluries censuit Signatura. Sed an causę commissione
69 in Curia obtenta, & citatione illius vigore, sed non exequuta, commissio auocatoria concedenda veniat? Immo an secunda cōmissione expedita, primæ non facta mentione, vna cum postea in causa actitatis teneāt, & videtur dicendum quod non, quia si causa in Curia demandata fuit, præuia commissione in actis, ac citatione illius vigore concessa, adeo litis pendentia in ea inducta extitit, quod cessat auocatio, immo postea gesta fuerunt declarata attentata, deci. 6. vt lit. pend. in nou. quia semel curialis effecta causa, nō potest amplius, nisi de licentia Papæ ab ea extrahi, neque in dubio videtur a primo iudice Papam auocare iurisdictionē nisi de certa scientia id faciat, Bisign. decis.
70 decimatertia, de rescript. in fine. Tamen præmissis non obstantibus, Rota in vna Bononiensis Castri Liani contrarium tenuit, Put. decis. 240. parte secunda, & licet causa pendeat pro citationis decretum, quo ad committentē, non ob id dicitur, deuoluta ante citationem exequutam. Decisionibus autem pro contraria parte adductis, respondet ibi Rota, quod loquuntur de auocatione causæ a primo iudice, vbi ab vtraque parte erat introducta, & consensum in iurisdictionem, & quamuis Bisign. in dicta decis. 13. approbatam appellationem a parte appellata, ad Curiam causam deuoluere asserat, tamen id procedit, quando postea pars appellata esset intimata, seu citata, & tunc causa ad Curiam deuoluta dicitur, nam se-
71 cus, appellatio sola deuoluit causam quo ad appellantem, non quo ad appellatum, & sic quando talis appellatio non est intimata, potest variare appellans, & alium im-
72 petrare iudicem. Dumque pro parte contraria dicebatur, respectu impetrantis commissionem litem in Curia pendere, & ideo postea gesta censeri attentata, Domini tunc dixerunt id procedere, quando lite pendēte aliquid extraiudicialiter fiebat, vt puta, nouam gratiam impetrando, possessionem quærendo, vel quid simile, secus autem in facto nostro, quando nouus iudex quæritur, nam id fit iure permittente, quia eadem causa potest pluribus iudicibus committi, & coram quocumque expediri, si non excipiatur, ac quia rescriptum, etiam subreptitium tribuit iurisdictionem, cap. ex tenore, & cap. ad audientiam, de rescript. & ita tenuerunt Domini in maiori parte, vt in dicta decis. & idem habetur in
73 deci. 10. Achil. de rescrip. Asserentis commissa causa, & decreta citatione, posse pœnitere ante eius exequutionem, & illi renunciare, quia conditionaliter, quatenus citatio debitè exequatur, ad Curiam causa dicitur deuoluta, Veral. decis. 252. num. 2. & de-
74 cis. 254. lib. 1. Ad rescripti validitatem, semper litis pendentis mentio facienda est, vt obuiet pariter vitio subreptionis, seu obreptionis, vnde pro regula firmemus, quod secundum rescriptum de primo mentionē non faciens, fit subreptitium, Fel. in cap. cæterum, num. 4. versic. extensio, cum addut. de rescript. Dec. cons. 460. num. 15. ac pariter si esset iudicium inchoatū, de eo est faciēda mentio, alias nō tenet cōmissio, Dec. in cap. prudentiam, num. 8. vbi Abb. de offic. deleg. Et ideo dicitur in commissione li-
75 te, & causa pendentibus. Quando vero non est rescriptum factum secundum stilum, & vsum Cancellariæ, de falso est suspectum, Rom. cons. 376. num. 12. Fallit id primo,

mo, si rescriptum emanauit motu proprio, & ex certa scientia, quia tunc non facta tali mentione tenet, Castr. & Doct. in l. si quis quempiam, ff. si quis cautio. Et maximè quando sumus in priuilegio concesso lite pendente, & in terminis, de quibus per Lancel. de attent. lit. pend. limit. 11. num. 17. Fel. in cap. causam quæ, num. 18. & seq. de rescript. Secundo fallit in priuilegio, in quo necessario litis pendentis inualidæ non est mentio facieda, etiam si vigore subreptitij rescripti introducta foret, vt latè Gabr. in lib. com. opin. tit. de iudic. conclus. 4. num. 31. 32. & 33. Oldr. in cons. 299. nume. 2. versic. electio prima. Contingere sæpè solet, quod lata sententia vigore com-
76 missionis manu Sanctissimi signatę, cum clausula appellatione remota, præmissis tacitis, expediri per Signaturam iustitiæ præmissorum ignare commissionem appellationis via ordinaria curat, succumbens, & illius vigore inhiberi, & licet absque attentatorum metu iudex a quo exequi posset, vt latius in commissione attentatorum dixi, tamen se abstinere ob reuerentiam volens, appellatus insertis commissione manu Sanctissimi firmata, & alia appellationis ab aduersario obtenta, dat reformatoriam, in qua narrando, si aduersarius exposuisset, prout non sine dolo, & fraude tacuit, causam appellatione remota cōmissam, &c. Et ꝙ tacita veritate relaxata fuit cōmissio, vbi stante appositione manus Papę, Signatura iustitiæ se ingerere non poterat, vt latius patet ex cōmissionis huius formula super apposita, &c. Ideo petit illam de medio tolli, Solet autem altero de duobus modis Signatura rescribere, seu iudici a quo, vt ad vlteriora procedat, perinde ac si præinserta non emanasset, siue iudici ad quem, vt suam moderetur inhibitionem: Idque fit, quia, quod ignoranter factum fuit, cum nō liceat, vbi Papa manum signando apposuit inferiori rescribere, cum & interpetrare, corrigere, declarare, & derogare Sanctitatis suę arbitrio sit repositum, summa sapientia de medio tollitur, l. ex facto vbi Ias. num. 4. ff. de vulg. & pupil. l. Neratius vbi Doct. ff. de reg. iur. Si ex rationabilibus causis a iudice delegato auocari causa petatur, vt lātius infra in commissione de iudicum suspitione dicam, dari solet commissio in totum auocatoria, quia delegato adiunctum dare Signatura non est cōsueta, maximè extra Curiam, ideo alteri demandatur causa, quamuis. Facultatibus legato de latere tributis,
77 eiusve indulto, maximè si fuerit per Papā ei concessum, vt causæ ab ipso auocari nequeant non derogatur per Signaturam iustitiæ, cap. cum inferior de maior. & obed.
78 Dubitaui aliquando, an stante, cap. causæ omnes in Concil. Trid. sess. 24. vbi causas de partibus ab ordinario, nisi commissio met Papę manu signata sit, auocari non posse, statuitur in prima instantia, vtrum si talis auocatio ex rationabilibus causis, iuxta canonicas sanctiones fit, quod bene facere Signaturæ iustitiæ potest, vt in dicto Concilio, fecerit, & deinde breue sub anulo piscatoris, semper pęnes Papam existente, vigore talis commissionis fuerit expeditum, & sic de scientia, & approbatione Sanctitatis suæ, dicatur, ex ista obsignatione Concilio
79 satisfactum, Et credo, quod sic, quia sigillando gesta scienter Papa confirmat, de eius mandato expedita, vnde cum nostra faciamus, quibus auctoritate impartimur, & a breui dependat commissionis exequutio, perinde ac si ipse signasset, haberi debet, capitulo inter dilectos, §. 1. de fid. instrument. Imol. cap. 2. num 26. eodem tit. l. 2. C. de rebus Eccles. non alien. vbi Bal. in Margar. in in verbo sigillum, emologat, & approbat, ac obseruari, & præstari obedientiam man-
80 dat, Rot. diuers. decis. 106. par. 1. Nam Sigilli talis est auctoritas, capit. nobilissimus vbi glo. in verbo signantes, & Doct. 99 distinct. Innoc. in cap. 2. nu. 2. & 3. de fid. instrum. l. si qua per calumniam, C. de Episco. & cleric. Ob id in fine breuis illa apponuntur verba. Datum sub anulo piscatoris, vt in alijs inferiorum rescriptis, in quorum, fidem, & testimonium sigillo, quo in similibus vtimur, iussimus apprehensione muniri, vt ibi Imol. n. 23. multumq; cōcessa sigillum validat, & roborat, nēpe actu, aptitudine, voluntate, & caractere, ob id impressionē continet, Bal. in d. cap. 2. col. 3. versic. quæro vtrū Sigillus vbi Imol. num. 24. & Doct. l. fin. vbi glo. in verbo æternales, & in verbo violare C. de veter. nummis, lib. 11. l. decernimus, C. de aquęd. lib. 10. c. inter dilectos, de fide instrum. cap. significauit vbi Doct. de appellatio. Et ideo necessario breue sigillatio-
81 nem requirit, quæ de forma dicitur, quasi eodem actu sollemnitatem inducentem, Bald. in l. si duo. §. si quis iurauerit, ff. de iur. iur. Alberic. Brun. in Tract. de for. & sollemn. actus, in rubr. ex quibus constit
82 for. & sollem. versic. 49. Quare eodem modo Concilio satisfactum fore concludo, perinde, ac si commissio esset manu Papæ firmata, licet quādo in Curia auocando Signatura iustitiæ causam committat (vt dixi) nō expediat

expediatur breue, sed in causis extra eã, ab vno auocando, & alteri committendo, vtq;
83 de sigillo, postquam de illo locutus sum, nonnulla subnectam, dico, quod si cum aliquo instrumento, forma, caractere, legibilibus litteris carente, quis sigillare veller, puta cum claui, corrigia, vel alia re simili, id facere minimè valeret, §. possunt vbi Ioan. Faber instit. de test. l. ad testiũ, §. signo, ff. eod. nam vere tunc sigillum non esset, propter formæ omissionem, Specul. in tit. de instr. ædit. §. instrumentum, num. 19. in fi. & nu-
84 mero 20. Sed vt ad auocationis thema relictum reuertar, hanc commissionem non ita de facili concedendam dico, quia si a iudice instructo prope finem, vt rei, quorum proprium est fugere satagunt, causa auocaretur, alium deputando, nunquam liti finis esset, ac faciendi lites immortales ansa daretur, creditores, quod suum est, consequi nõ valerent, debitores essent ab æris alieni solutione immunes, ac rei alienę occupatores, seu similes fraudantes, nunquam male detenta restituerent, Abb. in cap. cum dilecta, num. 7. colum. 3. versic. Item ponderatur de rescript. Paris. cons. 49. num. 23. volum. 4. Bellam. decis. 46. Ideo ex rationabilibus causis (vt dixi) in hoc venit rescribendũ.
85 Quamuis commissio nostra in causa depẽdenti coram alio iudice, facile detur, eam iudici negotij principalis remittendo, l. nulli, C. de iudic. Staphyl. de lit. iust. cap. Signatura dat, num. 7. cap. dispendia, de rescript. in 6. nam si causæ principalis commissio secum accessorias trahit, merito iure medio vniuntur (vt dixit) Felin. in cap. Præterea, num. 4. de offic. deleg. neque vnquam censetur auocata causa, nisi de certa Papę, vel Principis scientia, eam auocare volentis, appareat, latè, Cassad. in decis. 2. num. 2. de rescript. Bel
86 lam. dec. 46. Clausula audiat, qui præuenit extra Rotã non datur, vti neque in Rota, inter subrogatos. Sed aut decano remittitur, qui prouideat, vel omnia tertio demandantur. Cõtingere multoties solet, lata sen
87 tentia multa capita continente, & diuersa, ab illa vtramque partem prouocare, in parte, & partibus sibi præiudialibus, & separatis capitibus, & ambas partes particularẽ cõmissionem expedire, diuerso iudici directã, quod bene fieri põt, assistente iure vtriq; appellationi, quia tot sunt sententiæ, quot capita, l. etiam vbi Doct. ff. de minor. & super vno, & super alio sententia valere potest. Datur commissio, in qua ab vno, præuia auocatione, alteri demandari petuntur omnes causæ, hanc materiam late tractant Doct. in cap. si duobus, vbi Abb. num. 2. & Dec. num. 17. de appel. & quamuis nonnulli teneãt, quod appellationi nullatenus, quo ad varios iudices deferatur; sed vnica attendenda sit appellatio, ac in negotio principali interposita præualeat, quia emergens ipsius naturam sequitur, tamen multoties illius diligentia, qui prius appellauit, causamq; cõmitti obtinuit, attenditur, & præualet, & quia ab initio vnicum fuit negotium, licet articuli diuersi, ita pariter corã vno iudice debent vniri. Sed hinc inde isti iudices sic impetrati, suspecti haberi solent, ideo vt plurimum præuia auocatione, hinc inde causis coniunctis, illas tertio, aliquando de partium consensu eligendo, secundum facti qualitatem (loquendo de causa ciuili, quia in criminali non datur iudex de partiũ
88 consensu,) demandatur. Sed quid, si duo appellent, vnus ad Papam, & alter ad alium inferiorem, an processus inferioris, qui præuenit, sit validus, vide Abb. in cap. si duobus num. 2. vbi Fel. per tot. latè, & Dec. nu. 17. de appellat. circa hoc multa congerentes, quorum dicta, cum videri possint, inconsul
89 tus pertranseo. Quæro præterea, quare praxis in citationis, seu inhibitionis initio, iudicis citantis potestatẽ, si ordinarius, vel delegatus fuerit apponat? Istud nãq; ea de causa fieri dicitur, vt in reliquis actis pariter fit, ad cognoscendum, an citatus teneatur comparere, nec ne, nam causa demostrandi personam, illa verba apponuntur, Abb. in cap. cum ex officij, num. 32. de præscript. Innoc. in cap. 2. num. 3. de dilat. Lanfr. de Orta. in Rep. cap. quoniam contra, num. 2. de pro-
90 bat. Commissio loco libelli succedit, quare vigore clausulæ omnesque alios tertius ad causam venire poterit, etiam contra eũ, qui commissionem præsentauit, ac si per contradictas sententiam obtineat, non erit nulla Put. decis. 422. parte prima.

SVMMARIVM.

1 *Viduis, & pupillis adiumento esse debemus.*
2 *Lex vnica, C. quan. imp. int. pup. & vid. & C. quare ab imper. emanata.*
3 *Oppressos, e calumniantium manus eximere, Principis munus est.*
4 *Hospitalium, & Ecclesiarum causæ, in l. vnica, C. quan. imp. int. pup. & vid. connumerantur.*
5 *Hospitalium causæ sunt alijs Ecclesiarum fauorabiliores.*
6 *Societas laicorum non dicitur locus pius.*

Pauperes

7 Pauperes mēbris debilitati, ac mulieres inutilem habentes virum, in l. vnica, C. quan. imp. int. pup. & vid. sunt comprehensi.
8 Lex vnica, C. quan. imp. int. pup. & vid. nisi specialiter nominetur, non est sublata.
Declara, vt num. 41. & 43.
9 Pauper extra propriam prouinciam ad litigandū non trahitur.
Immo ad se allos iurata perhorrescentia trahit.
10 Lex vnica, C. quand. imp. int. pup. & vid. praeualet priuilegijs religionis Hierosolomitanę.
11 Lex vnica, C. quan. imp. int. pup. & vid. tollitur tantum per principem supremum.
12 Clausulae non obstantibus priuilegijs etiam in corpore iuris clausis importantia.
13 Priuilegio miserationis causa concesso, non potest renunciari.
Decllara, vt infra num. 44.
14 Ius tertio, quaesitum minimè sublatum censetur, nisi expressa mentione de illo facta.
15 Clerici in Rom. Cur. procurant, & alibi pro personis miserabilibus, etiam absque licentia.
16 Signatura comprehensis in l. vnica, C. quand. imp. int. pup. & vid. debet esse fauorabilis.
17 Miserabilis, vt quis dicatur, quae concurrere debeant, & qui tales sint, & num. 20.
18 Vidua, & pupillus diuites non sunt miserabiles secundum aliquos.
Contrarium tenet, & seruat Signatura, vt nu. 19. rationes ibi afferuntur, num. 42.
21 L. vnic. C. quan. imp. int. pup. & vid. prodest etiā litisconsortibus eorum, ac alijs priuilegiatis preferuntur etiam a statuto.
Limita, nisi in iurisdictionem consenserint, vt numero 22.
Etiam si fuerit aliquis eorum, quatenus sua putauerit interesse, citatus ibi, num. 23.
24 Priuilegium, l. vnic. C. quan. imp. int. pup. & vid. quomodo, & quando inter aeque priuilegiatis locum habeat.
25 Priuilegiatus contra aeque priuilegiatum non vitur priuilegio.
Delcara, vt ibi, & num. 57.
Quid attendatur in hoc, num. 26. & nu. 33.
27 Paupertas in vniuersitate respectu pupilli, vel viduae non est consideranda, vt detur auocatio causae.
28 Moniales, ac eorum Ecclesiae non sunt comprahensae, in l. vnic. C. quan. imp. int. pup. & vid.
Immo d. l. priuilegiati eis praeferuntur, & numero 31.
Fallit in priuilegio fori.
29 Vidua ad secunda vota transiens, l. vnic. C. quan. imp. int. pup. & vid. est indigna priuilegio.
30 Vidua honesta fruitur priuilegio, l. vnic. C. quand. imp. int. pup. & vid.
Secus vero si inhonesta, num. 54.
31 Vidua duplex habet priuilegium, & quae.
32 Vidua possidens in pari casu priuilegij praefertur.
34 Mulier inutilem virum habens viduae priuilegio digna erit.
35 Infantis priuilegium: priuilegio viduae praeualet.
36 Variare, quando viduis, & pupillis sit permissum.
37 Legis vnic. C. qu. imp. int. pup. & vid. habet locum etiam in causis beneficialibus.
38 Legis vnice, C. quand. imp. int. pup. & vid. non habet locum in causa criminali.
39 Limita, neque locum habere in vidua haerede instituta, & pariter in pupillo.
40 Legis vnice, C. quan. imp. int. pup. & vid. priuilegium, an praeualeat Priuilegijs Cameralis obligationis.
Quod non.
41 Cameralis obligatio preualet priuilegio, l. vnicę, C. quan. imp. int. pup. & vid.
Latè discursum super hoc vide sub dicto num. R. P. D. Robusterij.
Declara discursum, vt ibi procedere in casu speciali, quando priuilegiati ex d. l. sunt haeredes, & agitur ex instrumento sui auctoris, num. 43. & vide, cap seq. num. 70.
45 Haeres factum defuncti, si haeres esset vult, tenetur habere ratum.
46 L. vnicae, C. quand. Imp. int. pup. & vid. priuilegium cessat, in tertia, & quarta, instantia, & num. 59.
47 Spurij an sub, l. vnic. C. quan. imp. int. pup. & vid. priuilegio comprahendantur.
48 Spurij, neque apud Deum amabiles, neque apud homines honorabiles sunt.
49 Spurius non comprahenditur in feudo, vel emphyteusi stipulatis simpliciter pro se & filijs etiam si legitimati, num. 50.
Contrarium tenent aliqui Doctores, quod non procedat in legitimato, num. 51.
52 Legitimatio per Principem concessa, tollit omnem maculam.
53 Legitimatus aequaliter cum legitimis succedit, & agnatos excludit.
54 L. vnic. C. quand. imp. int. pup. & vid. Priuil. cessat, quando aliqui collitigantes in alienam iurisdictionem consenserunt.
55 Priuilegiati ex l. vnic. C. quan. imp. int. pup. & viduae rei. non extrahuntur ex eorum prouincia.
Secus si actores sint.
57 Virgo viuens in caelibatu, an ad Curiam Principis collitigantem trahat.
59 L. vnic. C. quan. imp. int. pup. & vid. priuilegiatis coram quo iudice trahere valeant.
60 L. vnic. C. quan. imp. int. pup. & vid. non comprahendit Ecclesias, neque Ecclesiasticas personas,

61 *Ecclesia, quando fori electionem habent.*
62 *Forum ab actore eligitur, quando actione reali agitur.*
Declara, vt num. 63.
64 *Variare ex priuilegio, legis vnic. C. quan. imp. int. pup. & vid. semel tantum licet.*
65 *Auocatio causæ eodem tempore a clerico, & laico petita, quomodo concedenda.*
66 *Commissio auocatoria in aliquibus capitibus ex narratis vera, sustinetur.*
67 *Commissio auocatoria motu proprio signata, afficit ignorantes.*
68 *Minor non est magis fisco priuilegiatus.*
69 *Minor iudicem incompetentem, sibi eligere nequit.*
70 *Minor, quomodo legitime citari debeat.*
71 *Minor si causam in partibus, & aduersarius in Curia committat, si minor non excipiat, remanebit in Curia.*

CAP. II.

1 Viduis, & pupillis non nocebitis, & si eos læseritis, vociferabũt ad me, & audiam clamorem eorũ, indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduę, & filij orphani, dicit Dñs per Ezechiel. Proph. c. 22. Quare merito Impe-
2 rator Iustinianus, & p̃fatos, & alias miserabiles personas, priuilegio in copore iuris clauso, vt maioris sit efficaciæ, ex l. vnica, C. quan. imp. int. pup. & vid. inuiolabiliter decorari voluit, vt cęteri Principes, & iustitiæ
3 ministri, oẽs in d. l. & priuilegio cõprehẽsos, a calumniatorũ manib. liberare, auxilium, fauoremq; præstare valeãt, c. Regũ 23. q. 6.
4 Ob id ipsorũ patres, & defensores vocantur in §. fi. Aut vt hi qui oblig. se perh. hab. res
4 aui. Istorũ numero pauperes Ecclesię, & Hospitalia, qñ sunt loca pia, & similes, ascribuntur, quæ fauorabiles sunt, sec. Ruin. in cõl. 3. nu. 7. vol. 2. vnde ex dicto priuilegio auocationẽ causarũ petere possunt, cũ æquitas nõ
5 patiatur, q̃ bona victui, & substentationi pauperũ assignata, litibus dissipentur, quod permittere, eorum vtilitati contrarium esset, vt dixit Bal. in l. id quod pauperibus, numero primo, & secũdo, C. de sacros. Eccles. nam si particulariter priuatæ personæ tale impertitur priuilegium, multo magis Hospitali, vbi plurimi miserabilissimi, domo carẽtes, reducũtur, aluntur, subueniuntur, ac in eorũ necessitatibus recreantur, Auth. multo magis, C. de sacros. Eccles. Quare merito tot Summi Pontifices innumeris priui
6 legijs, immunitatibus, muneribus, & honoribus illa decorarunt. Licet illorũ numero non ascribantur laicorũ societates, quia nõ dicuntur locus pius, Bar. in l. illud, col. 1. ver. Quid de eo, vbi Bal. nu. 1. C. de sacros. Eccles. cum congestis per Gabr. lib. com. opin. tit. de pijs causis, conclusione prima, numero septimo, de communi attestan-
7 tem: Quamuis cum illis connumerentur pauperes, membris debilitati, ac mulieres inutilẽ, siue condemnatũ virum habentes, Bar. in d. l. vnica, vbi etiã Bald. & de Cecis ẽt ab Ecclesia defendendis, dixit Innoc. in ca-
8 pit. licet, de conces. præb. Ideo per generalẽ derogationẽ, vel concessionem priuilegiorum, nisi specialis mentio fiat, vt paulo infra dicam, hæc lex non tollitur, vt bene
9 Gram. dec. 20. per tot. Quapropter, pauper, qui miserabilis persona dicitur, ad litigandum extra propriã prouinciã trahi nequit, Et si perhorrescentiã, iuret, ad se alios trahe-
10 re valet: Ideo quidam pauper, probata impotentia eundi ad magnũ Magistrum Melitæ, ibique litigandum, non potuit vigore efficacissimorum priuilegiorũ magno Magistro, ac ordini Hierosolomitano concessorum, adire litigatum cogi Melitam, non obstantibus, quibusvis clausulis efficacissimis, & priuilegiorũ derogatorijs, vnde Rota in simili casu, nunquã priuilegiũ in corpore iuris clausum sublatũ fuisse, declarauit, vt in terminis Cresc. decis. 16. de priuileg. Felin. in capitulo primo, numero duodecimo, de rescript. & in capitulo nonnulli, nnm. 19. eodem tit. Bart. in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opp. Bart. & Castr. in l. 2. §. omnes, ff. de iud. Rom. con-
11 sil. 498. num. 15. Istud namq; efficacissimũ priuilegium, tollitur solum per Signaturã gratiæ, quia cum derogatę legibus, statutis, & priuilegijs, Signaturæ, iustitię, neque alijs inferioribus sit permissum, manus in hoc non apponunt, Staphyl. de lit. iust. cap. secũdum est pro nunc, num. 4. lib. 2. ibi ad ius rescribitur, C. de diuers. rescrip. c. causamque, de rescript. ideo si agitur de priuilegij dero-
12 gatione, ac p̃fatæ legis, practici in signando rescripto apponunt in clausula priuilegium derogatoria, ibi non obstantibus priuilegijs etiam in corpore iuris clausis, quia alias per generalem derogationem non tollerentur, (vt dixi) Dec. consilio cententesimo sexagesimoquinto, numero quinto, Roman. in rep. l. si vero, §. de viro, fol. 22. ff. solut. matrim. l. heres absens, in princ. ff. de iudic. Gram. dec. 20. num. 4. & seq. Paris. cons. 140. nu. 10. vol. 4. Bart. in ex-
trau.

13 trau. ad reprim.in verbo non obstantib.nu. 11.& 12. Immo qp plus est,cum miserationis causa sit dictum priuilegium indultum, illi nequit renunciari, Fel. in c.si diligenti,nu.3.conclus.4.de for. comp. Neuiz. in Silu.nupt.lib.6.nu.3.Bal. & Sal.in d.l.vnica,Rom.cons.269.nu.3.Afflict.in const.Regni incip. statuimus, lib.1. num.9. Brun. in tract.de for. in tit.ex quibus,const.for.col.1. in princ. vti in similibus dicimus de misera bili cessionis bonorum beneficio, cui renũciari non potest, vt de cõi Bar. & Doct. in l. alia causa,§.eleganter,ff.sol.matr. Abb. in cap. lator, nu.2. de pignor. Bero. cons. 133. nu.18.Gram.decis.20. Itaq;, si nitimur in au ferendo iure alteri quęsito, expressa,& indi
14 uidua mentione, est opus,c.quamuis de rescript. in 6. vbi Doct. & Brun.loc.cit.& tantum,in d.l.compręhensis ius Pontificiũ indulget,quod clerici prohibiti coram iudice laico causam dicere, ac patrocinare, licet in
15 Rom. Cur. ex tollerantia Summi Pontificis contraria sit consuetudo, vbi in causis ciuilibus tantum, & procurationis, & auocationis munus exercent, Vestr. in sua Prax.libro tertio,cap. 4. Tamen, vt pro præfatis id facere queant,ius licentiam tribuit,vt in capitulo primo,de postul.cap.licet,vbi glo. & Abb. in fi. de censib. Nam si illorum misereri, ac tueri proprię est Ecclesiæ munus, Innoc. in cap. significantibus,num.1.de offic. deleg. ergo clerici,qui Ecclesiæ sunt ministri animati iure medio id exequi pote-
16 runt. Sicque, quando ad Romanam Cur. aliquem trahere volunt,si ex præfatis priuilegiatis sint,ac pariter,quando a Curia auocare causam quærũt, & ad partes remittere, Signatura, iure ita suadente, eis fauorabilis esse debet, vt ibi Innoc. nu. 5. Milis in suo repert. in verbo,minor, pupillus, & viduæ. Maximè si aduersarij potentiam timent,seu in partibus litigare perhorrescũt, vel inibi iustitiæ complemẽtum consequi non sperant, fortiori sunt fauore digni, ac Principis auxilio, vt per Bald. in dicta l. vnica,numero secundo, qui licet ibi subdat iudici arbitrarium fore in casu dubio declarare, quæ nam personæ miserabiles dicantur: Tamen ad hoc; vt quis miserabiles propriè dici valeat,requiritur actus, & habitus, ex quibus ad commiserendum, natura commoueatur, vt per Abb. in dicto capitulo significantibus, numero sexto. Nec actus, siue habitus de per se sufficiunt. Sed ambo cumulatiuè requiruntur, vt ibidem, Felin. numero sexto, & Abb. in capitulo licet ex suscepto, de for. comp. Miserabiles præterea personæ dicuntur, orphani, senes, decrepiti,ac diuturno morbo fatigati,quibus natura cõmouetur ad commiserandum, propter fortunæ iniuriam, decis. Guid.Pap.566. Afflict. decisione ducentesimaquinquagesimaseptima, numero primo. Etiam si talis personæ essent diuites, Azo. in sum.C.quand.imp. int.pup. & vid. in fi. Ioan.Lup.in repet. cap. per nostras, numero secundo, & duodecimo, de don. int. vir. & vxor. Guid. Pap. in dicta decisione Capr. in conclus. reg. reg. 30. numero vndecimo, & vigesimoprimo. Eodem modo erit miserabilis cẽlenda puella ad viduæ instar,nobilis, quæ pari nobilitate insignitũ virum inuenire non valet, Dec. in capitulo cęterum,numero decimoquarto,de iud. Bal. in l. si quis ad declinandum, columna secunda, C. de Episc. & cleric. Nam secund. Guid. Pap.loc. cit.vidua dicit etiam ea,quę virum nunquam habuit. Tandem misera biles dicuntur Peregrini, Aduenæ, publicæ pœnitentes, infantes expositi, Cæci, mutilati membris, atque leprosi, debilitati, in carceribus coniecti, & alij relati, per Rebuf. in tract. de sent. prouis. articulo tertio, glo. fin. per totum Bened. Capr. loco cita-
18 to. Et licet nonnulli ex nostris doctoribus, tunc præfatos miserabiles fore censuerint, quando pauperes sunt, & non alias, Alexand. consilio centesimouigesimoprimo, numero decimoquarto, volumine primo, sicut etiam de vidua, secundũ Innoc. loco proximè citato, ac de muliere nupta inutilem virum habente,Imol.in c.significantibus,num.6 & seq. de offic.deleg. Alex.cõs.104.nu.4.vol.1.Ias.in l.Titię testores,nu.6.ff.de leg.1.Marãt.de ord. iud.dist.9. nu. 79. Secus si essent diuites, ea nẽpè moti ratione,quia cũ omnia pecuniæ seruiant, & obediant,Eccles.c.10. si diuites sint,non carentes defensione,sicut miserabiles, & pauperes,debet dari inter plus,& minus differẽtia,videlicet inter diuitias, & paupertatem. Quare Afflict.super cõst.Regni, incip. lege prę senti de pauperibus,& non diuitib. intelligendum asserit, aliter daretur absurdum, & inconueniens, quod istorũ esset ęqualis conditio,Alex.d.cons.121.num.14. vol. 1. Spec.in tit.de instr.edit.§. nunc vero aliqua versic. Scias, el secondo. Sicq; pręmissorũ, occasione subdit Rol.a val. in cõs. 20.nu.12. vol.1.viduas,& alios supranominatos,debere pauperes esse,multa pro hac parte congerens,& quamuis causæ viduarũ, & aliorũ similium,dicantur summariæ,ac sine strepitu,& figura iudicii terminandæ. Tamen ad

hoc, vt iste miserabilis personæ possint coram Principe trahere collitigantes, quod sint pauperes opus est, quia si diuites, non potiũtur priuilegio, d.l. vnicæ. Hinc est, quod in consequens non valet iudex pro iniuria illata pupillo, vel viduę, nisi sint miserabiles personæ, & pauperes agere, quia si imperator in Rubrica apposuit verbum, & alias miserabiles personas, eiusdem qualitatis illas esse voluit, quod tamen declarandum an tales sint, nec ne, iusdicentis arbitrio repositum erit Butr. in cap. ex tenore, colum. 2. de for. comp. & quamuis sub Ecclesiæ protectione præfati dicantur, distinguendum censeo. Quod, aliæ sunt miserabiles, & oppresse, quædam miserabiles non oppresse, aliæ non miserabiles. Primo casu, si miserabilis persona opprimatur, immediatè sub foro Ecclesiastico, absque secularis iudicis negligentia erit, & idem si miserabilis non oppressa, sed pauper. At si miserabilis, nec oppressa, nec pauper sit, tunc secus, quia non valet nisi laico iudice negligente, Ecclesiasticum adire, ob id, si non oppressa, immo diues, Ecclesiasticum Iudicem petere, nequit, ita pariter si diues fuerit, legis præfatæ priuilegio frui non valebit, vt ibi Rolan. num. 16. & 17. Abb. in capitulo primo, §.

19 primo, primo not. ne Cleric. vel Monac. Sed quicquid sit, & præfati Doct. dicant, contrariam sententiam magis communẽ, ac in iudicando amplectandam, & per Signaturam approbatam continue, iuri, & ęquitati magis consonam esse patet. Nam per leges omnibus præfatis illud priuilegium generaliter concessum apparet, ergo tam diuites, quam pauperes in eo continentur, vt dixit. Innoc. in dicto capitulo significantibus, & Abb. in dicto capitulo ex parte B. columna secunda, de for. comp. & in capitulo cęterum, de iud. Bald. nouel. in tract. de dot. par. 9. priuileg. 17. Bulg. in l. 1. ff. solut. matrim. Neuizan. Silu. nupt. fol. mihi 25. capitulo tertio, Abb. in capitulo licet ex suspecto, numero septimo, de for. comp. Natta vidend. consilio 590. numero octauo, & sequentib. latè Menoch. cas. 66. numero quarto, libro secundo, cent. prima. Et optimè Couar. pract. quæst. capitulo septimo, per totum, Natt. consilio quinquagesimoprimo. Et sic si consideramus generalitatem verbi viduæ, vel pupilli omnes comprehendit, vt ibi Abb. num. 5. & sequent. At si ponderemus qualitatem personarum, omnes miserabiles apparebunt, vt per Dec. in dicto capitulo cæterum, numero 18. quia miserabiles personæ illæ dicuntur, quæ causas proprias dicere non valent, capitulo primo, in fi. de postul. Rolan. a val. consilio septuagesimosexto, a numero quarto, ad fin. volumine primo. At pupillus nõ habens velle, nec nolle, vidua mulier de relicta, seu aliæ similes personæ, tales sunt conditionis, ideo in dicta l. vnica comprehensę. Nam dato milles, quod sint diuites, eo magis, vt eorum bona, & extimatio conseruentur, ne egestate oppressi, mendicare, ac in sinistrum labi cogantur, & lex, & Princeps eis adiumẽto, ac pręsto esse debet. At quando Afflict. loquitur de pauperibus, & non diuitibus, locum habere, l. vnicam non dicit in proposito quæstionis nostrę. Sed quod Aduocatus, & procurator pauperum, diuitibus viduis, & pupillis gratis inseruire minimè teneantur. Cum tales defensores non eis, sed pauperibus dati sint, Corroborentur pręmissa, quia ad clericorũ instar generaliter omnibus præfatum priuilegium, habito respectu ad eorũ statum, cõcessum est, vnde dicere modo distinguẽdo, intelligitur tantum de pauperibus restrictiuè, non de omnibus, absurdũ daretur, nã lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet, & si non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. 3. §. ff. liber. homo, ff. de asser. Cad. toll. l. illam, C. de coll. l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. l. liberti, ff. de iureiurand. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. Quod clarius colligitur ex verbis Rubricę, C. quand. imper. int. pup. & vid. vel miserabiles personas, quia primo generaliter de omnibus pupillis, & viduis loquitur, deinde per dictionem, vel, quę disiungit, & inter diuersa ponitur, Bal. in l. filię in prima oppos. C. de Collat. Card. Clem. 2. quęst. 2. de ętat. & qualit. Igitur si viduę, Pupilli, & miserabiles diuersimodè ponuntur, necessario priuilegiũ omnibus vti diuersis, sed cõiunctim, vnicuiq; in statuto concessum fuisse concludendũ erit, quia non est recedendũ a claris verbis legis, l. prospexit, ff. q & a quib. cap. in memoriã 19. dist. respectu aũt sui status, & qualitatis, Regina vidua poterit dici miserabilis, Dec. in d. c. cęterũ, nu. 18. de iud. Bal. in l. quis ad declinandũ, col. 3. vers. infert, C. de epis. & cler. Corn. cons. 21. nu. 2. volum. 1. Sed non amplius circa hoc insistendum credo, quia quotidie sententiam hanc Signatura amplectitur, & sequitur, & ita pluries per Reuerendos Patres Dominos meos Conuotantes cõclusum fuit, vniuersaliter statui priuilegium concessum fore, omnesque tam pauperes, quam diuites in eo comprehendi, qui trahunt, & non trahuntur,

huntur, quod tamen intellige de loco ad locum, non de foro ad forum. Immo quãdo similes casus proponuntur, absque alia disputatione, Domini standum in decisis esse, breuiter dicunt, & ita post multos, quos allegat Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. q. 66. numero quarto, Rolan. a Val. conf. 76. numero quarto, volumine primo, Dec. in d. c. cęterum, numero decimo octauo, vbi Abb. num. 16. de iud. & in cap. cum essemus, numero 33. de testam. Bal. nou. in tract. de dot. parte nona, principali 16. priuil. latè Nat. cõsilio 590. num. 4. 8. & 11. volum. 3. Bald. in Auth. additi, num. 61. C. ne fil. pro patr. Salic. in l. 2. & 3. C. de priuil. fisc. Dec. in cap. cum in præsentia, num. 51. de probat. Couar. pract. quæst. cap. 6. & 7. num. 4. Et quod
36 capitulo solitę, in sexto, not. de maior. & obed. Innoc. in capitulo cũ olim, propter numero septimo, de priuil. capitulo si diligenti, vbi Felin. numero decimoseptimo, de foro cõp. l. ab administratione, vbi Alex. numero septuagesimoprimo, ff. de officio deleg. ideo tolli ab eo, ob id nequit, sed dato quod suam personam specialiter priuilegium tangat, nihilominus illi renunciare clericus non valebit, vt dixit. Corne. in consilio ducentesimodecimoquarto, numero vndecimo, volumine secundo. Rationem affert, quia Clericalis decorum lęditur, Rot. decisione decima, numero quarto, de consuet. in antiq. Innocentius in capitulo si quis, numero primo, de maiorit. & obed. §. si quis contra Autent. de sanct. Episc. & quicquid contra legem fit, irritum est, L. pacta quæ contra, de pact. Vnde pri-
38 uilegio publicam vtilitatem tangenti, etiam si de priuata agatur, renunciari, non poterit, Abbas in capitulo si diligenti. numero septimo, de for. compet. Oldrad, consilio octuagesimotertio, numero primo, & secundo, ideo sequitur, quod neque Clericus voluntariæ laycorum iurisdictionem subire, neque ex se talem iurisdictionem in Clericos, laycus iudex ca-

pere valeat, capitulo Clericum, cum duob. capitulo sequen. 11. q. 1. Quia adsunt duæ Iurisdictiones, cap. autoritate 15. q. 6. & vni præsidendo, alteram occupare non debet, nec Ecclesiasticam laycus sibi appropriare, ne promiscuis actibus rerum officia turbentur, cum indecorum sit, quod vnum membrum alterius officio fungatur, c. 1. 89. dist. Ideo ratione personę, de qua agitur, vt vnusquisque suum sortiatur forum, Iuri consonum est, cap. sanè de foro cōpetenti, l. quod
40 legatur, ff. de iud. Imo inferiores a Papa, Clericorum causas, laycis demandare non valebunt, dicto cap. Clericum, vbi Glos. in verbo pręsumatur, & idem sub multis pœnis habetur, in Aut. Statuimus, C. de Episc. & Cler. Rolan. a val. d. cons. 4. num. 14. Ne-
41 que pariter præfati inferiores a Papa Clerici causam, layco, vna cum Clerico committere poterunt, Abb. in d. c. significantibus, colu. 8. Dec. in capit. decernimus, nume. 7. & sequen. de iudic. quæstionem disputans, Barbat. cons. 45. col. 5. in fin. vol. 2. Quod augeatur ratione, quia maius dignum, minus dignum ad se trahit, cap. quod in dubiis, vbi Glos. in verb. quam priuatis de Consecr. Eccles. vel Altar. Bal. in l. 1. primo, not. C. com. de legat. l. quęritur, ff. de stat. hom. Bar. in d. l. 1. §. si quis in appellatione, columna finali, de appellation. Iason, in l. imperium, numero tertio, cum lat. add. ff. de iurisdictio. omn. iudic. Socin. consilio decimoseptimo, num. duodecimo, volumine primo. Vnde per cōsequens, si clericus in alia parte interesse ha-
42 bebit, Seu si cum multis laicis sit litis consors, omnes in hoc ex præfata regula, sicut clerici erunt censendi, quia Clericus tamquam dignior, alios ad se trahit, Abb. in capitulo primo, numero nono, de locat. Bartol. in l. final. columna tertia, ff. de collation. Imola, in capitulo ex literis, numero quarto, de constitut. Ias. in dicta lege imperium, numero tertio, versic. quinto facit, & versic. sexto facit, Alex. in l. præcipimus, §. eo obseruamus, ff. de appell. Matthesil. not. 114. Itaque, de pręmissis stante Clerici interesse, Ecclesiasticus iudex competens erit, quamuis istęc. incōpetentię iudicis exceptio, semper
43 tam ante quam post sententiam, opponi valeat, Bal. cons. 369. numero primo, & secundo, volum. tertio, Gram. voto decimooctado, numero decimonono, Couar. pract. qq. capitulo 33. numero secundo, Dec. cons. 241. in princ. & per tot. numero quarto, asserens, neque ad expensas clericum teneri, Si
44 tanquam clericus coram laico conueniatur & taceat post sententiam, quia dolus, cum dolo compensatur, Cassan. super consuet. Burgun. rub. prima, §. quinto, Quæ exceptio
45 declinatoria fori ab initio nullum iudicium reddit, ex iurisdictionis defectu, quæ prorogari nequit, neque prorogata vnquam censetur, ac sufficit ad executionem impediendam, modo, & forma in commissione sanatoria nullitatum, quando de iurisdictionis defectu tractaui, quamuis appellare permissum non esset, ac tres conformes sententię forent, Felin. in capitulo exceptionem, numero decimooctauo, vbi Abb. & Imol. de except. Couar. prac. qq. cap. 25. numero 4. Alex. cons. 77. numero octauo, vol. secundo, Marsil. sing. 10. Gomes. in cōpen. vtri. Sign. num. 75. dato, quod fori declinatoriam cle-
46 ricus non obiiciat, Socin. cons. 12. col. 7. vol. primo, de quo late, Natt. cons. 495. n. 12. ad fin. Quare, & laici iudicis, & Ecclesiastici distinctas iurisdictiones, & partes remanere, clare apparebit, & quamuis clericus solus ad
47 defendendum ex forma instrumenti veniat, seu ad assistendum causæ, tamen quod neque in se iudicium suscipere teneatur, volunt, sed si ex dicto instrumēto ad id sit obligatus, totam assumere litem suam erit, neque tunc auocationem petere posse asserūt, quando voluntarie non nominatus, ad defendendum clericus accedit, & hanc sententiam, sequitur Abb. in cap. quoniam frequenter, vt lit. non cont. Et Ang. in l. non solum, §. quod vulgo, ff. de vsufruc. Aret. in §. actionum, num. 19. instit. de actio. qui contrarium in praxi seruari testantur, suffulti authoritate, Pet. de Anchar. in capit. causam quæ, col. 24. vers. 17. de reg. iur. in sexto, & in capitulo primo, de Cleric. Coniug. eod. lib. Validas pro vtraque parte fore, & Doctorū sententias, iura, & rationes ex narratis, & aliis, quæ dici possunt, videmus, & vtramque opinionem secundum facti contingentiam veram fore clarum est, Qua varietate stante, quę multoties causarum expeditioni dilationem præbet, ille qui magis vnę, quam alteri inhęret sententiæ, non reprehenditur nam omnes ex facultate a iure interpretandi, Doctoris attributa, sunt probabiles, ob id sec. Ancher. in Clem. ne Romani, num. 1. & tertio, de elect. in his dubietatibus Papam adire optimum dicit. Sed pro faciliori intelligentia, & resolutione ita destinguendum censeo, Aut ab initio causæ, & ante inchoatum, seu fundatum iudicium, contra emptorem, fuit Clerico intimata, seu iudicium denuntiatum, & in principio litis, obiecta fori declinatoria, quę de iure tunc opponenda est, Ioan. de Imol. in l. quidam,

quidam concludebant, num. 17. ff. de re iudic. Tuncque vti dignior, causam auocare ad Ecclesiasticum Iudicem poterit, l. fin. C. de except. Nam stante tali exceptione declinatoria (vt dixi) coram Iudice layco, ipsum incompetentem reddit, Ang. cons. 340. numero tertio, & cons. 200. num. 2. Immo in alijs etiam causis ipsum clericũ tangentibus directè, semp̃ deduci prefatæ declinatoriç obiectio loco, vt dixi poterit ĩ supra ci
48 tato, & in cõsequens erit munus iudicis laici, ꝯstito de clericatu, statim ab vlteriori cessare processu, & ad Ecclesiasticum causam remittere omnino, Alexand. cons. 149. numero quinto, vol. 6. Bald. in l. si qua per calumniam, num. 2. C. de episc. & cleric. in l. 3. in fi. ff. de re iud. alias (vt dixi) perperam facit, nullumque processum reddit, Alex. dicto cons. 149. numero decimotertio, Ang. cons. 200. numero 3. Roland. a val. cons. 4. num. 5. vol. 1. Felin. in capitulo cum ordinẽ colum. 10. de rescript. Spec. in tit. de cit. §. 1. versic. Sed pone. Et in hoc, si in foro laicali vellet clericus emptorem defendere, non esset audiendus, quia tũc non assistit defensioni iuris alterius, cum non sit cęptum iudici, ob id dum principaliter ad suum ius defendendum venit, coram suo Ecclesiastico iudice causa tractanda erit. Corn. cons. 79. num. 13. 14. & seq. volum. 4. Tunc autem
49 cessat dispositio, d. l. vbi cæptum. Ratio est, ad q̃a Clericus ex personali priuilegio facere potest, vt eleg. per Ancher. in capit. ea quæst. 17. de reg. iur. Bart. & Doct. in l. venditor, ff. de iudic. Aut clericus est necessarius defensor, & fori declinatoriam non opposuit, seu sibi ab emptore lis non fuit intimata, immo processit emptor litẽ contestando, vel clericus sciuit, & litem institui passus fuit, ad instar scholaris, qui si conuentus declinatoriam non opponit, perdit priuilegium fori, glo. in l. 2. in verbo consensus, ff. de iudic. quod priuilegium scholaris
50 durat, ipso studijs operam dante, & concessum est illis, qui studijs incumbunt, secus in mutatione personæ, & status, quæ est immediata causa priuilegijs, quia tunc mutatur, & extinguitur, vt per Tiraq. cum latè cong. de caus. cess. parte prima, num. 206. & seq. & eo casu per clericum nullo modo iudicium cæptum coram Iudice layco ad Ecclesiasticum reduci poterit, vnde commissio auocatoria in casibus supranarratis erit deneganda, Corn. cons. 79. num. 12. versic. His tamen non obstantntibus, volum. 4. cap. fin. vt lit. pend. decis. 5. de for. comp. in antiq. & in terminis Socin. cons. 91. nu. 11. & per totum, volum. 3. Canon. in cap. quoniam frequenter, §. si super cet. lit. non cõtest. Neque standum est dicto Canonistarum, quia vt dixit Socin. prefato cons. 91. numero 14. omnia ad suum molendinum trahere volunt, Boer. latè multos allegans in decis. 69. num. 27. & 28. Gram. decisio. 21. a num. 2. vsque ad 10. Capic. decis. 197. numero 7. Et licet sic persona Ecclesiastica vẽditrix, tamen forum seculare tunc declinare non potest, sed Emptorem in laicali foro tueri teneatur; quia tertij, & sic laici conditio, ex persona clerici ad causam venientis, & collitigantis deterior fieri non debet, l. 3. §. defendi, ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. Sed hoc, §. defendere, l. si minor, §. fin. de
51 procur. Itaque cum in istis terminis ius clerici ad causam contra alium motam veniẽtis, quo ad iudicij prosequutionem regule tur, secundum ius principalis litigantis; & in eo, quo principalis ipse excluditur, erit etiam iste Clericus, accessorius exclusus, capit. fin. vt lit. pend. in 6. Durum quippe esset a laico iudice ad Ecclesiasticum causam auocare, quando (vt præmisimus) coram laico Iudice esset cępta, Fulg. in d. l. venditor, num. 2. ff. de iud. Corn. supra alleg. consil. num. 13. Et quando coram iudice laico tractabitur causa, clericus laycorum statu-
52 tis, quo ad ordinationem iudicij, in procedendo ligabitur, Bar. & Doct. in l. cunctos populos, C. de sum. trin. Et fid. Cathol. glò. & Doct. in cap. quod Clericis de for. comp. Corn. in cons. 114. num. 3. volum. 2. Immo non solum in ordinatorijs, sed in decisorijs etiam, vt ibi Corn. num. 4. multos pro hac parte allegans. Hancque magis esse communem sententiam asserens, quamuis alias
53 Clerici laycorum consuetudine nullatenus ligentur, Guid. Pap. decis. 69. Cap. Tholos. decis. 2. Licet Felin. in cap. significasti, numero 6. de for. comp. tenent solum in ordinatorijs, non in decisorijs. Ideo si persona defensoris iudicium mutare non poterit, Bald. & Fulg. in l. 1. C. vbi in rem act. Fulgos. in d. l. venditor, num. 3. Et venditor emptorem, tueatur non suscipiendo in se iudicium, sed ei assistendo, & causam instruẽdo, si Clericus isto casu commissionem
54 porrigat, erit deneganda. Sed si laico clericus succederet, tunc coram iudice Ecclesiastico conueniendus erit, Dec. cons. 700. numero sexto, Bart. in l. hæres absens in princ. ff. de iud. Bald. in l. 2. C. vt in poss. legat. Rota decisione quinta, in antiq. de for. comp. Quod declara, vt per Bart. & Paul. de Castro in d. l. hæres absens, ff. de iud. pro quo vide

Couar.

Couar. pract. quæst. cap.8. omnino a nu. 2.
55 vsque ae numerum quintum, distinguente. At Quando laycus bona negaret ad Ecclesiam pertinere, tunc coram iudice laico causa venit tractanda, Felin. in capitulo si Clericus laicum, num.4. de for. comp. Et ratio est, quia cum laycus, sit reus, eius forũ sequi debet, & e conuerso, si ipse contra laicos agit, statutis laicorum vti non prohibetur, glo. in ca. nouit in verbo quicumque, de iud. Paris. cons.40. num.20. volum.3. Tiraq. de retract. lignar. §. 1. gl. 80. nu.37. Put. decis.99. num.2. & seq. parte secunda, Regula vero, quod maius dignum ad se minus dignum trahat, habet locum quando clericus, & laicus insimul super vna, & eadem re indiuidua, & communi conueniuntur, vt optimè per Bart. in l. præcipimus, §. obseruandum, num.2. C. de appellat. Felin. in cap.1. numero 6. versic. Et dixit D. Antonius, de præscript. Aret. cons.25. nu.3. versic. circa secundum. Quod procedit etiam si laici clericis plures forent, quamuis Abb. in capitulo primo, numero duodecimo, de locat. & conduct. secus tenere videatur, sed in alio proposito, & in materia pœnali, firmans ibi requiri, ad hoc vt collegium dicatur clericorum, vel laicorum, quod maior pars attendatur. Sed contra Abb. tenẽt Socin. cons.12. num.17. volum. 1. Marant. de ordin. iud. 4. par. distinctio.11. in verbo, sęculare, vel Ecclesiasticum, nume.21. Barb.
56 cons.1. num.41. volum.2. Et ideo, si clericus, & laicus insimul ratione debiti conueniãtur, coram iudice Ecclesiastico conueniri debent, cap. Quod in dubijs, de consecr. Eccles. Bart. in l. præcipimus, §. eodem obseruando, num.2. C. de appel. Roman. consil.265. num.2. Staphyl. de lit. iust. cap. dicendum est, num. 2. Sed tutus erit in hoc, quod, q sit reus attendatur, vt forus præualeat, Put. decis.15. nu. 6. & 7. parte secunda,
57 Neque clericus, etiam si velit, potest prorogare iurisdictionem præter Ecclesiasticã, cap. si quis clericus, vbi Socin. num. 2. & 3. de for. comp. idemque cauetur in Concil. Trid. in cap. causæ omnes sess. 24. Immo, si iudex laicus procederet ad sequestrationẽ bonorum clerici, vti penitus incompetens spoliaret. Et clericus esset restituendus, vt latè Dec. in cons.125. num.2. & 3. Paris. consil.45. nu.11, & 65. volum.1. Dec. in rubr. de appellat. num.13. Felin. in cap.1. num.6. de præscript. But. in cap. qui Clerici de for. comp. text. est vbi Abb. in cap. constitutus
59 de restitut. in integrum. Quod tamen declara non procedere, quando aliqua communitas, in qua multi solent esse clerici, inhærens eis, ex clericorum priuilegio id peteret, nam eo vti non poterit. Quia cum
60 vniuersitas sit corpus fictum, & imaginarium, l. proponebat, ff de iud. cap. Romani, §. vniuersitatem de sent. excommun. conueniendo vniuersitatem, non conueniuntur singuli de vniuersitate, l. Sed & si hac, §. qui manumittit, ff. de in ius vocando Soc. in cap.1. in 14. qui hoc dubium declarat, de foro comp. Et in præsenti quæstione poterunt procedere relata per Abb. in cap.1. numero secundo, de locat. & cond. quod ma
61 ior pars attendatur. Sed si agatur de clerico infeudato a laico, potest in causa feudi coram Domino Feudi, quamuis laico, conueniri, de quo est tex. in capit. verum vbi Imol. num.2. & Host. de for. comp. Quod solum restringe, dummodo de feudo agatur, non alias, sed talis Dñs feudi, nõ poterit, neq; directè, neq; indirectè, qñ agitur de Crimine clerici, se intromittere, etiam si ciuiliter tractaretur, vt per Imol. loco citato, num. 6. Episcopus potest esse iudex in cau-
62 sa suæ Ecclesiæ, Bart. Bal. & Doct. in l.1. C. ne quis in sua caus. cap. si quis erga, 2. q. 7. vbi glo. in verbo priuetur, Alc. cons. 161. num. 17. Host. in sum. de re iud. §. si quis
63 debet versic. Ne auocetur, causa a Curia, si libri, & cętera iura de partibus asportari offerantur, ex quibus rationes reddendæ sunt ab illo, qui in Curia causam cognosci petit, & sumptibus petentis, secundũ doctr. Paul. de Castr. in l. prætor, §. sed & hoc num. 2. C. de edend. Cuius dicta intelligenda sunt, quando reus in loco domicilij conuenitur, & eo casu, libri rationum suis sumptibus sunt transportandi, secus vero si domiciliũ non haberet, vt per Soc. cons. 149. num. 4. vol. 1. Et licet iuxta titulũ, vbi de ratioc. agi opor. in partibus causa sit reuidenda ordinariæ, tamen eo temperamento, Signatura
64 vtitur aliquando, Causæ auocatio facta per Papam, gestorum postea nullitatem operatur per quemcumque iudicem, capit.1. de concess. præb. Abb. in cap. cum M. nu. 33. de constit. etiam data ignorantia auocationis, & ita loco citato in Curia Romana seruari, Abb. ait, & Gemin. cons.47. num.1. &
65 per tot. Sed quando talis auocatio fit motu proprio, tunc non contingit dubitari, Ripa ibidem, num 196. cap. vt nostrum de appellat. Orad. decis. 103. & decis. 105. But. in dicto cap. cum M. num.61. Paris. cons.4. numero sexto, volum.4. Lancell. de attent. lit.
66 pend. lib.2. cap.4. limit.2. num.52. Causa interpretationis priuilegiorum, non est a Curia

ria auocanda, quando ſtrictè de illa agitur,
vel rebus dubijs declarandis, ſed quādo agi-
tur de validitate ex parte priuilegiati, vel di-
ſpenſati, & ſic de tertij, vel collitigantis prę
iudicio, per ordinarium in partibus cogno-
ſci poterit, Gabr. conſ. 182. num. 14. 21. &
ſeq. volum. 2. Guid. Pap. deciſ. 103. num. 3.
allegans, num. 1. glo. in cap. ſicut de exceſſ.
prælat. & in cap. quo ad tranſlationem, de
offic. deleg. Specul. in tit. de legat. §. nunc
oſtendendum per tot. qui connumerat 89.
67 caſus Papę reſeruatos, quem videas. Litem
in Rota per commiſſionem cauſę, citatio-
nis, exequutionem, ac terminorum ſubſtan
tialium ſeruationem, ſatis conſtare apparet
ex Clem. 2. vt lit. pend. Auth. litigioſi, C.
de litig. Rota coram D. Pegna, in vna Vr-
gellen. Canonicatus 13. Aprilis 1592. Et
68 quando ſunt relaxata in Rota exequuto-
riales, ſatis dicitur exequtio cœpta, & datur
clauſula, ſine præiudicio, non obſtante cō
miſſione reſtitutionis in integrum obten-
ta poſtea, Rota coram D. Bubolo, in vna
Burgen. Decimarum de ſcalante 23. Otto-
bris 1586. Et in vna Carthaginenſis Deca-
natus 18. Octobris 1587. licet ſecus extra
Rotam ſit, vt latè in commiſſione reſtitu-
69 tionis in integ. dixi Cōſenſus in iuriſdictio
nem non inducitur per proteſtationem ni-
hil fieri, niſi me citato, quia fit, ne per con-
tradictas procedatur, Lancel. de attent. par
te ſecunda, cap. 4. in præf. num. 226. Altio-
70 rem indaginem cauſam requirere tunc ap
paret, quando in illo articulo, de quo agit,
varię, & intricatæ ſunt Doc. opiniones, alias
71 dicitur ius clarum. Equites Hieroſolomi-
tani ſunt de foro Eccleſiaſtico vnde, & cleri
corum fruuntur priuilegio, Nat. conſ. 495.
72 num. 10. Commiſſio citationis iuriſdictio-
nem perpetuat reſpectu iudicis delegati,
non partis, Fel. in cap. quoniam, nu. 4. ver-
ſic. & ibi incidenter de iud. Sed delegatus,
qui commiſit citationem, quæ poſtea fuit
exequuta primum præuenit, ſtante diligen
tia in committendo, & prius exequendo,
vt ibi Felin. & quando citatio facta contra
vnum ex correis, ſi eodem modo interrum
patur præſcriptio valeat, etiam contra alios
non nominatos in dicta citatione, tradit
Imol. in cap. paſtoralis, §. quando autem, de
reſcript. commiſſio. Et quando commiſ-
ſio de citando perpetuet iuriſdictionem,
latè tradit, Felin. in cap. gratum, num. 1. &
ſequent. eodem titulo, & an fiat per ſolam
citationem, latè eodem loco, num. 20. Præ-
73 uentio inducitur per litis conteſtationem,
cap. penult. de for. comp. quandoque per ci
tationem, quandoque per libellum, & quā-
doque per ſententiam, Bellam. deciſ. 108. in
74 apoſtilla littera A. cum adduct. Cardinales
ad Romanam Curiam trahunt, & non tra-
huntur extra, Veſtr. in ſua prax. lib. 3. cap. 9.
verſic. vel inſit Cardinalis, Staphyl. de lit.
iuſt. §. dicendum eſt, num. 6. Ceſſio iurium
75 Camerę talia, qualia habet, licet ob id te-
neri nolit Camera de euictione, & videa-
tur, quod cauſa non ſit Cameralis, ceſſante
intereſſe Cameræ, tamen Cameralis erit
cēſenda, & a Camera non auocanda, quia
in ceſſionarium illius fori priuilegiū tranſit
l. 1. C. vbi cauſ. fiſc. Peregr. in tract. de pri-
uileg. fiſc. lib. vlt. titulo primo, num. 8. In-
ſpectio occularis loci eſt melior, & tutior
probatio de mundo, Iaſ. in l. fin. num. 3. ff. de
in lit. iur. Bart. in l. contra negantem ad fi.
C. ad l. Aquil. Afflict. deciſ. 107. num. 6. &
deciſ. 216. num. 3. vnde litigatores, & iudi-
ces eſſe viciniores dicit Innoc. in d. c. diſpen
dia, num. 1. vbi Gemin. num. 9. de reſcript.
in 6. Et ſic, quando occulari inſpectioni,
ſubſunt cauſæ, facilius ad partes remittun-
tur. Occurrit, vt etiā adfuit paucis ab hinc
diebus, rector nomine Eccleſiæ, in partibus
litem ſubſtinuit, ac ſententiam fauorabilē
reportauit ſuccumbens appellauit, & cauſa
appellationis commiſſa fuit alteri ordina-
rio viciniori, deinde per multos annos ſte-
tit, quod nihil amplius in cauſa fuit actum,
adeo quod iam biennium effluxit, a Sacro
Concilio ſtatutum, Rector porrecta com-
miſſione, petebat cauſam auocari, & Rotę
committi, nō fuit ſibi conceſſa, vti porrige
batur, ſed D. Reuerendiſſimus meus, Epi-
ſcopus Amerinus tunc Pręfectus Signaturę
iuſtitię, & Regens Cancellariæ cepit tem-
peramentum, vt cauſa committeretur Ro
tæ Auditori, qui præfigeret terminum illi
ordinario iudici ad quem, coram quo pen-
debat cauſa, ad illam expediendam, quo ela
pſo, & illa non expedita, præuia auocatio-
ne, quatenus opus eſſet, cauſa in Rota de-
mandaretur, optimum, & tali ſapientiſſi-
mo viro dignum temperamentum, quia
ad euitandum circuitum, an aliquid eſſet a-
ctum, nec ne coram illo iudice per duos an
nos iuxta Concilij Tridentini ſanctiones,
cap. 20. ſeſſ. 24. voluit, vt Rota ſibi terminū
76 præfigeret. Et ita fuit p̄fata cōmiſſio fuit
expedita, Paupertas ſola non ſufficit, vt a Cu
77 ria cauſa auocetur, & ad partes remittatur
Achil. deciſ. 10. nume. 10. de reſcript. Per
77 actus coram incompetente iudice factos
non inducitur litis pendentia, ſecund. Ang.
conſ. 195. col. 2. Lancell. in præfat. de attēt.
lit.

79 lit. pend. num. 50. Quamuis litis pendentis (legitimè tamen) exceptio, alterius iudicis impetrationem impediat, etiam delegati, Felin. in cap. exceptionem, num. 32. de except. Blanch. in tract. de compr. 4. quæstio.
80 principali, num. 132. Lancel. vbi supra, nume. 131. in fi. Immo talis exceptio allegata corā secundo iudice reddit suū processum nullum, quia est impedituum causæ, & litis, eo intentatę, vt ibi Lancell. nume. 59. & seq. & quibus modis pendere lis dicatur, ponit idem Lancell. in d. præf. num. 1. & sequent. & pariter quot modis finiatur, ibidem, num. 211. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Causa in eadem diœcesi, quando demandetur, vel nnn, & num. 2.*
3 *Auocata causa, per quot dietas distante committantur.*
4 *Causa vltra duas dietas non demandatur.*
Limita, vt ibi, & num. 19.
5 *Causæ, quæ extra diocesim committuntur, sex sunt, & septima additur, & quæ, ibi.*
6 *Dieta, quæ dicatur.*
7 *Dieta secundum, locorum consuetudinem accipitur.*
8 *Miliare quantum, & quid sit.*
9 *Passus cuius sit mensuræ.*
10 *Pes quomodo formetur.*
11 *Digiti, quæ sit mensuratio.*
12 *Dieta a quo loco incipiat, an a finibus ciuitatis, vel alibi.*
13 *Causa non committitur vltra duas dietas, etiam si intra illas, quis iuret perhorrescentiam.*
14 *Terminus vnius diei datur pro qualibet dieta.*
15 *Dieta per mare dicitur 50. miliariorum.*
16 *Causa vltra duas dietas non committitur.*
17 *Clausula, & cum derogatione regulæ Bonifacij de duabus dietis dummodo non vltra tres, quare inuenta.*
Et derogare sufficit, cap. nonnulli, de rescript. numero 18.
20 *Dietę non attenduntur in commissione causarum, in Rom. Cur.*
21 *Commissiones, eo breuiori, quo potest sermone cōpilandæ, & quare.*
22 *Causa legitimè instructa in Rom. Cur. non remittitur ad partes.*
23 *Causa semel effecta Curialis, semper restat curialis.*
24 *Causa legitimæ in Curia instructa, non auocatur nisi ex gratia Papæ.*
25 *Causa non erit instructa, si acta non sunt in Curia transportata.*
26 *Causa instructio tempore auocationis est consideranda, non commissionis.*
27 *Causa deserta in Rom. Cur. non remittitur amplius ad partes,*
Declara, vt num. 28.
29 *Causa, in qua semel Rota Auditor pronunciauit, non committitur amplius extra Rotam.*
30 *Commissio auocatoria in Rota, valet non facta mentione auocationis causæ.*
Secus extra Rotam.
31 *Causa semel effecta Rotalis, semper remanet rotalis.*
32 *Auocatio causæ a iudice competente impetrata, maximè si fit in eius iurisdictionem consensum, non datur.*
33 *Clericus nominatus in Dominum a colono, quando ad iudicem causam trahat Ecclesiasticum.*
34 *Signatura raro rescribit iudici, vt cum facultatibus A. C. procedat.*
Sed ad A. C. id faciendum rescribit ex vrbanitate.
Raro datur dicta clausula in Rota, & quare 35.
36 *Commissio auocatoria conceditur secundum concilium Tridentinum, & quare.*
37 *Papa solus est supra Concilium.*
38 *Biennij lapsus, quomodo intelligatur in auocatione causæ iuxta disposita per Concilium Tridentinum.*
Declara, quomodo biennium præfatum intelligatur.
Quomodo in præmissis rescribat Signatura numero 39.
40 *Perhorrescentia in quacumque parte iudicij allegari potest.*
41 *Perhorrescentiam non adesse probare se offerens, in Signatura repellitur.*
42 *Iuramento statur in dependentibus ab animo.*
43 *Perhorrescentia proprie iuramento probatur.*
44 *Commissio, in qua datur de perhorrescentia, quomodo concipienda.*
45 *Clausula in statu, & terminis, &c. quādo non prosit in commissione, & num. 47. & 48.*
46 *Contra potentem non est litigandum.*
49 *Potentia aduersarii, quare in commissione exprimenda.*
50 *Perhorrescentia cessat post rem iudicatam.*
Perhorrescentia allegatur etiam in causa prophana.
Potentia aduersarij, quæ causare possit.
51 *Iuramentum perhorrescentiæ in commissione expressum, an & quando sit præstandum.*
52 *Condictio tacita, vel expressa, an non adimpleta, impediat rescripti exequutionem.*
53 *Commissio Auocationis, ex capite perhorrescentiæ, quando sit concedenda.*
54 *Consensus partiū potest iuris ordinem peruertere.*
55 *Clausula cū annexis, & connexis, quando sit eiusdem efficaciæ, vt clausula, quam & quas.*

Clausula

CAP.

CAP. IIII.

1 NOn demandatur ordinariæ, quanto actor, & reus vnius sint Diœcesis extra illam causæ, cap. statutum §. cum vero, ibidem in casibus expressis, de rescript. in 6. Immo
2 si diuersarum Ciuitatũ sint Actor, & reus iudicium in rei Ciuitate tractari dẽt, vt in dicto capitulo statutum, § cum vero. Quod intellige in aliquibus causis, infra dicendis, in quibus si dari commissio contigerit auocatoria, non demandabitur nisi per vnam dietam, Franc. in dicto cap. statutum, §. cũ vero in princip. Auth. si vero, ibi prouinciales, C. de iud. vel melius, vt habetur in cap. nonnulli, vbi Abb. & Doct. de rescript. Nõ potest causa vltra duas dietas demandari ꝑ rescriptum Apostolicum de præfato, capitulo nonnulli mentionem non faciente, vt ibi latè Felin. num. 29. seu nisi adsit consensus partium, vt ibi Doct. præcipuè Abb. numero tertio, dicens in d. cap. nonnulli, dispositionem esse hodie restrictam, per text. in allegato cap. statutũ de vna dieta, quod ampliat etiam, locum habere in litteris legatorum, vt in cap. fi. de rerum permut. quẽ
5 videas. Causæ verò in quibus extra diœcesim ordinariæ rescribi poterit, sex sunt. Primo si Episcopus litiget cum Diocesano, qã si venit in Ecclesiastico foro cõueniendus, seu Episcopus præsit, ad hoc ne ipse, aut eius ministri in causa propria sint iudices, alibi demandabitur, & ideo tanto magis, stante eius Vicarij suspicione, ac aliorum ab ipso Episcopo dependentium, cui parere tenentur, Capic. decis. 137. num. 9. Franc. in cap. dilecti, col. 10. & in cap. postremo, col. 7. de appel. Imol. in cap. insinuante, numero vndecimo, de offic. deleg. Ias. in l. apertissimi, num. 9. versic. Aduertè tamen, C. de iud. Secundus, quando aliqua cõtra Episcopum esset lis mouenda, propter supradictas rationes, qui licet in causis suæ Ecclesię iudex esse possit, & eius Vicarius, tñ id procedit, quando suspecti nõ recusantur, Abb. & Felin. in cap. insinuante, num. 3. de offic. deleg. Franc. num. 9. & Dec. num. 10. in capitulo postremo, de appellat. Nam si recusetur Episcopus caput, Vicarius quoque ab eo dependens, etiam si Sedis Apostolicæ esset delegatus, recusari poterit, vt ibi Abb. num. 2. Franc. in cap. non putamus, numero decimo, de consuet. in 6. vt latè per Cæsar. de Gras. viden. decis. 4. num. 1. & sequent. de except. Tertius, si pariter contra eius capitulum sit controuersia. Quartus, quando intentari debet iudicium contra Ciuitatem, Castrum, seu Villam Episcopo subiecta, per non subditum. Quinto si nõ aderit tutus accessus, vt infra dicam. Sexto, & vltimo stãte perhorrescentia, vt dictum est, & dicetur, ius vero in supradictis occurrentijs ex propria Ciuitate causam auocare permittit, & illas alibi in loco coram iudice opportuno demandari, vt habetur in dicto capitulo statutum, §. si vero vna cum glo. de rescript. in 6. Septimum vero, ego adere casum audeo, quando causa Archiepiscopi pẽdet coram Epispoco eius suffraganeo, quia vti suspectus recusari, & ab eò auocatio causę peti poterit, cap. accedens vbi glo. in verbo subesse, & Abb. vt lit. non contest. Sed quia passim cum derogatione dietarum in commissionibus de illis fit mentio, videa-
6 mus quamodo dicatur dieta. Quæ de iure communi dicitur distantia 20. Miliariorum. Tex. est clar. in l. 1. ff. si quis caut. licet teste, Alex. ibi, & Abb. in cap. nonnulli,
7 num. 6. de rescript. Secundum locorum cõsuetudinem dieta intelligatur, Bart. in l. 3.
8 ff. de verb. significat. Miliare autem est mẽ
9 sura mille passum, passus vero quinque pedũ, glo. in l. in itinere in verbo miliaria, ff.
10 de verb. signific. Et pes mensura est quindecim digitorum, glo. in cap. 1. in verbo, passus, 7. quæst. 4. Bart. in d. l. 1. num. 4. vbi
11 Alex. ff. si quis caut. & d. l. in itinere. Digitiuæ mensura quæ sit, ponit Cepol. in tract. seruit. rust. præd. num. 33. Bart. autem loco
12 supra allegato, quærit. An dieta mensuranda sit a porta, seu a continentibus ędificijs, vel alibi, vt puta Burgi Ciuitatis, & auctoritate, text. in l. mille passus, ff. de verb. signific. Rot. de rescript. in antiq. decis. 34. ait, quod dieta computatur a fine diœcesis domicilij, Ioan. Andr. in dicto cap. statutũ, in verb. vnam dietã, & Abb. in dicto capitulo nonnulli, numero secundo: quamuis id ibi Rota non firmet, sed varias fuisse sententias asserat dominorum. At secundum Fel. in cap. ex parte B. num. 4. de for. comp. & in cap. cum dilectus, el secundo vbi ẽt Abb. de resfcript. Computatur dieta a Domicilio principali, qđ credo verius, qã iter a loco, ex quo disceditur, incipit, & per consequens miliare, sed discedit, & reddit ad principale domicilium, siue domum, in qua inhabitat, ob id ex dicto loco debet dieta incipere, Alex. cons. 22. num. 1. volum. 4. & quomodo domicilium intelligatur infra num.

nu.114.tangetur. At quãdo incipiat a Domicilio, vel fine dioecesis, vide Specul. super hoc distinguentem in §.1.nu.3.de citat. Et quod diximus, intellige procedere tam in realibus,quã personalibus, glo.in d. §. cũ vero,cap.statutum de rescript.Felin.in c. dilectus,el secondo,nu.13.eo.tit. licet Zab.in clem.Abbates,num.1.de rescriptis, in realibus dietam a loco vbi res est computari teneat,vbi Ancher.nu.9.eod.tit. Et quamuis iuramento, quis asserat, intra duas die-
13 tas iustitiæ complementum consequi nõ posse,tamen non est admittendus, neq; audiendus,vt vltra illas causa cõmittatur, contra d. c. nonnulli, quia legitimè id probare opus erit,Bal.i d.c.nõnulli, nu.11. dec.Cap. Tholos.236. vbi Aufr.in addit. Sed qñ vltra duas dietas extrahitur, debet intelligi de dioecesi originali,non de accidentali,Imol. in cap.nonnulli, nu. 9. de rescript.Subdens ibidem, num.12. de quo domicilio intelligatur, terminus vnius diei naturalis assigna-
14 tur pro qualibet dieta adeo quod, si esset vigintiunum miliare,venirent duo dietę assignandæ, vt supradicti Doctores asseruerunt,licet tempore hiemali propter itineris difficultatẽ, aliter interdũ terminandum dicat,Abb.in d.c.nonnulli, nu.6. versic. aliter
15 aũt; q Per mare erit dieta quinquaginta miliariorũ,Fel.in c. olim,num.7. de except. & ideo lõgior,quo ad numerũ miliariorũ, qa plus est facere per terrã viginti, q̃ per mare qnquagintamiliaria, verũ si vigore rescripti aliquẽ trahi contingat extra suã diocesim,
16 id vltra duas dietas fieri, aut per terrã, aut per mare,nõ poterit,nisi(vt dixi)vel de partiũ consensu, vel cũ derogatione,d.c.nõnul-
17 li. Et ideo in cõmissione inoleuit praxis apponere illa verba,seu clausula,& cũ derogatione regulę Bonifacij 8. de duab.dietis,dũ-
18 modo nõ vltra tres,vt dixit Abb.in d.c.nõnulli,nu.8. & sufficienter per illã clausulam d.c.nõnulli erit derogatũ,qñ vide,& decla-
19 ra,vt ibi per Abb. Sed qñ adest partiũ consẽsus, ex certa sciã id Signatura, maximè in
20 Rom. Cur. Facit, vbi non habito respectu dietarũ, causas cõmittit, sicut, quotidie fit, & seruatur,cum sit omniũ caput, & magistra, dietę non attenduntur, tunc non est opus disputatione, Franc.in d. §. cum verò nu.6. Sed Vestr.in sua prax.lib.3.c.9.num.2.
21 Procuratores admonet commissiones auocatorias cõpilando,ad effugiendũ vitiũ, seu obreptionis, vel subreptionis, ac nullitatẽ, vt quantũ fieri possũnt, breuitati consulant, quia optimi Procuratoris,& Aduocati officiũ est breuiter,& summatim loqui,sec. Rebuf.in l. vnica,C.de sent. quæ pro eo, quod
22 inter in 2. not. Quando in Rom.Cur.legitimè erit causa instructa, non solet dari commissio auocatoria, neq; ad partes remittitur, quia stante deuolutione non est ab ea amplius extrahenda Rot.decis.43. de appel. in antiq. Vestr.vbi supra,nu.12.etiam si appellatum fuerit ab aliquo grauamine, & deinde per iudicem pronunciatum male ab illo appellatum,Lancell. de attenta lit. pend.limitat.2.nu.56.& 57. quod rationi consonũ videtur, quia cum Romana Curia, Caput sit, ac prę cęteris dignior,& prçeminẽtissima, ab alijs inferioribus nõ debent gesta in ea iudicari, tãto magis propter Sanctissimi Pontificis auctoritatem, qui summa prudentia omnia gerit,Archid. in capitulo primo, de constit. in sexto. Quia cum sui Collateralis personam notam habeat, & sciat,cui causam demandauit, & Curię Romanæ iudices sint de maioribus,& vltimis, minoribus deinde, a quibus causę venerũt, non sunt amplius remittendæ, neque ab ipsis tractandæ, capitulo cum inferior,de maior.& obed. capitulo facta, vndecima quæstione tertia, Clement. ne Romani,in principio, de elect. Feder. de Sen. consilio cen-
23 tesimo decimo quinto, num. 1.Hinc adagiũ illud omnibus familiare effectũ fuit, q causa in Curia semel instructa, non auocetur amplius, sed semel Curialis, semper remaneat Curialis, nisi ex speciali gratia,San-
24 ctis. D.N. quis obtineat, a Curia auocari, & ad partes remitti, interdum, vt licet rarissimę ex causis vrgentissimis, fieri vidi in annis 33. quibus licet minimus, in hoc sacro tribunali continuæ inseruiui, Bald. in l. vt proponas, numero decimoquinto, & decimosexto,C. quom. & quand.iud. Dec. consilio centesimotrigesimoseptimo, numero quarto, Ias. in l. si filius familias, §. diui num. quinquagesimo octauo, deleg. primo,Crot. in l.1.§.si quis simpliciter, numero 13. ff. de verborum obligationib. & in specie,Bald. in l. sicut proponas, numero 16. ait, quod causa,quæ semel est in Curia Rom.nũquã de illa exhibit,nisi Papa,vel illã deleget,vel remittat ad ordinarium, & ita dixit Rota, in vna Lucensis primitiarũ, coram bo. mem. D. Bubalo 14. Maij 1590. Quod intellige de profanis status Ecclesiastici solũ, & de causis ad forũ Ecclesiasticũ, in vniuerso orbe,quolibet pertinentibus,& licet Romana Ecclesia, & Curia dicantur, vbi Papa residet, Fel. in c.quando de his, de sent.excom.nu.3. Tñ si Papa diu absit a Romana Curia, nihilominus relicto in ea Illu-

strifs. & Reuerendifs. Legato, ibi oĩa tribunalia suã respectiuè exercent iurisdictionẽ,
25 eisdem modis, & forma. At si versamur, in causis prophanis extra statum Ecclesiasticũ, & contra nõ subditos, nil rescribendũ
26 veniret. Si acta in Curia nõ fuerint trãsportata, causa instructa dici non poterit, quæ instructio tpe auocationis considerari dẽt, & non præsentatæ cõmissionis, vt plenius in d. decis. Lucensis primitiarum, Achil. decis. 5. de rescript. (vt supra dixi.) Sed dato vl
27 terius, quod causa esset in Ro. Cur. deserta, nihilominus, neq; ad partes venit remittenda, neq; in ea amplius inferiores se ingerere, valebunt, cap. vt nostrũ de appellat. Rot. decis. 17. num. 1. eodem tit. in nou. quia vt in c. 1. de desertione dicã corã iudice a quo deseritur, & non corã iudice, ad quẽ. Quod iudicio meo declara, quando causa in Romana Curia esset instructa, seu in ea factus
28 seruatis seruandis Regester, & pronunciatum, Secus autem (vt fit quotidie) quando via ordinaria aliqua causa per appellationẽ, vel alias vigore commissionis in ea demandatur, quia isto casu nõ esset (vt præfertur) instructa, multoties Signatura iustitiæ consideratis qualitatibus causæ illę, ad partes solet remittere, & isto casu id facere potest Signaturæ iustitiæ, non autem, quando esset instructa, & consensum in iurisdictionem, quia (vt dixi) tunc Papæ solitus mu-
29 nus erit. At quando vni ex Dominis Auditoribus Rotæ committitur, si pronunciauerit, a Rota amplius auocari ordinariæ non potest, neque solet, vt alteri extra Rotam demandetur. Sed præmissa alio Auditori committũtur. Aegid. decisione tertia, versic. Quamuis interdum ex causa, etiam si fuerit instructa, (licet rarissimè) auocari
30 vidi per S. D. N. met, Et quando ab vno Auditore petitur causæ auocatio, vt alteri demandetur, si datur commissio. Audiat Magister N. Quamuis nulla alia de auocatione fiat mentio in commissione, iam auocata erit, dummodo subdatur, non obstante commissione tali Auditori directa, decisio. sexta, numero primo, de rescript. in nou. vel narretur litis pendentia in genere, saltim coram alio auditore, decisione vndecima, de rescript. in antiq. Secus vero si taceatur, vt habetur, in capitulo causam, el secondo, de offic. deleg. & in capitulo inter Monasterium, de re iudic. neque tacitis pręmissis proderit clausula, statum, & merita causæ, pro expressis habendo, quia non intrat, vbi requiritur. Specialis mentio, sec. Vestr. in sua prax. libro tertio, capitulo nono, numero septimo, nam potius censebitur apposita, vt ad partes causa facilius remittatur, vbi sunt acta, ex quibus status, & merita, sunt iustificanda, sed in Rota clausulam pręfatam operare, vt ab vno Auditore auocetur, & alteri committatur, patet, ex decisione vigesima, de rescript. in nou. Et eodem titulo, decisione vndecima, in antiq. Cassad. decisione decima, in reg. Cancel. de Trien. & de mentione aliquorum ex præmissis, dixit Butr. consilio quadragesimonono, numero sexto. & Gemin. consilio centesimouigesimo, columna secunda, quia tunc ex valido Signaturæ rescripto, a primo auocata censetur, & alteri cõmissa, & licet Papa per relationem, pro expressis illa, quæ non sunt expressa habere possit, & expressum fingere per relationẽ, Butr. consilio secundo, numero quinto, Tamen cęteris necessarijs narratis, id intelligitur, ad rescripti substantiam, alias nunquam daretur nullitas, nec de subreptione, vel obreptione dici posset, ac omnium causarum tacita veritate, daretur aduocatio, contra regulam, quod quælibet dispositio venit intelligenda, ne absurdum sequatur, immo restringenda, vt euitetur l. quamuis, ff. de in ius voc. Rom. consilio trigesimosecundo, in fin. Felin. in capitulo nihil, numero secundo, de præscript. capitulo cum dilectus de consuetud. capitulo ad audientiam, de cleric. non resid. l. non est nouum, vbi Castr. ff. de legibus, licet, si nou plenè narretur status, & merita causæ, sufficere clausulam pręfatam dixerit, Achil. decisione nona, de rescript. & Rot. diuers. decisio. octuagesimaseptima, numero tertio, parte prima, fallit tamen regula, quando causa motu proprio auocatur, quia tunc ipsius mentione non est opus, Lancel. de attent. lite pendente, limitatione vigesima tertia. Fallit secundo, quando priuilegiũ non valet, quia litis mentio non est tunc necessaria, Butr. in capitulo tenor, in prima opposit. vbi Imol. in principio, versic. Item nota, de re iud. cum alijs congestis per Gab. lib. com. opin. tit. de iudice, concl. 4. numero trigesimosecundo, quia, cum de mente committentis alteri iudici constet, dicendum erit, quod a primo illam auocare voluerit, in illo tribunali tantum, licet clariori expressione extra illud sit opus, præcipuè, quando primæ Commissionis sit mentio, Felin. & Imol. in dicto cap. ex litteris de offic. deleg. num. 1. Rot. decis. 6. de rescript. in nou. & decisio. 7. de offic. deleg. in an-
31 tiq. Sed quando causa in Rota commissa,

ſa, ab ea non ſit amplius auocanda, conſuluit Ruin.conſ.114. numero primo,volu.4. deciſ.3. de appellat. in nou. & deciſ.17. eodem titulo, in antiq. cur. noſtrum de ele-
32 ctio. & idem dicendũ erit, quãdo quis impetrauit iudicem competentem, quia poſtea,etiam colore cuiuſuis priuilegij, variare non valebit, Bart. in Auth. habita, nu. 7. vbi Bald.num.33. Ang.num.5.Salic. nu. 21: de communi,C.ne fil. pro fiat, præſertim ſi coram, eo cauſa iam fuerit inſtructa, Staphyl. de lit. iuſt. cap. dicendum,nu.10. Co-
33 uar. pract.qq.queſt.2.numero quinto,verſic. Nonum, &c. Trahitur interdum colonus, ſeu inquilinus ad iudiciũ in reali actione coram iudice laico, qui nominat clericũ in dominum,& tunc,ſi laicus, coram laico agere valet, & ad Eccleſiaſticum Clericus commiſſione porrecta, cauſam remitti petat, ſi erit Dominus, conceditur commiſſio, quia cum iudicium reale ſit fundatum in perſona Coloni, vel inquilini, qui nec ciuiliter, nec naturaliter poſſident, l. 1. C. com. de vſucap. coram competente iudice Clerici cauſa cognoſcenda, & ei demãdanda erit, Ioan. de Imol. in l. non ſolum, §. qđ vulgo, numero quarto, ff. de vſucap. Ang. in l. venditor, ff de iudic. & ita de conſuetudine ſeruari aſſerit idem Ang. in §. actionum, num.10.inſtit. de actio. Bal. in l. 1. in princ. C. vbi in rem actio. Lanfranc. in tract. de arbitr. par.7.quæſt.47. Ioan. Ficard.in addit. ad comm.opin. Villalob.in littera N.ſub numero decimoquarto, verſi.nominatio. Cõ-
34 tingit etiam a tribunali Audit. Cam. auocatoriam porrigi Commiſſionem, & peti Rotæ, ſiue Prælato de communi partium conſenſu eligendo, cõmitti, quia Locumtenens eſt ſuſpectus. Tunc ſolet multoties Sgnatura, quando reſcribit, dare, vt procedat cum facultatibus Audit. Cam. quia ſi mutatur perſona, non mutatur iudicij qualitas, veruntamen huiuſmodi Commiſſiones rarò ſignantur, bene remittuntur A. C. met, qui cum eiuſdem facultatibus, de colitigantium conſenſu, vel ex ſe alium deputet, licet abſque eo, quod adeatur Signatura, alium iudicem dare A. C. ſoleat. At ſi id facere Auditor recuſauerit, vel alia adſit cauſa, tunc ad Signaturã recurritur, vt petẽtis prouideat indẽnitati, ſed ſi ad Aud. Cam. remitti commiſſionem contingat, optimę fit, & ad ſui officij, illiuſq; ſupremi tribunalis dignitatem conſeruandam, cuius laudes recenſet Doct. Marta. Neap. 11. in trac. de tribun. Vrb. in capit. ſepius dubitatur, num.8. & ſeq. At ſi in Rota dirigi commiſſio con-
35 tingat, raro, cũ prę fata clauſula, cum facultatibus A. C. reſcribitur, & parum conceſſa operatur, quia DD. illi PP. & Domini, (vt intra dicam) nihilominus antequã exequantur, merita cauſæ guſtare volũt. Quan-
36 do in beneficialibus cauſa in Rom. Cur. introducitur, ſi porrigatur commiſſio auocatoria, illam ad partes remitti petendo, ſecũdum Concilij Tridentini ſacras ſanctiones, reſcribendum erit, vt in cap. cauſæ omnes 24. ſeſs. Rationi etenim conſonũ videtur, ꝙ in partibus primę inſtantię terminẽtur ad cõmodiorẽ ꝓbationũ, & proceſſus fabricationẽ, ac ad maximas expẽſas, cũ tpis diuturnitate euitãdas, præcipuè in teſtiũ examine, iccirco reſiſtente cõcilio prę fato, niſi de partium cõſenſu, aut alia rationabili cauſa auo-
37 care Signatura iuſtitiæ non ſolet. At ſi nõ adeſſet cauſa legitima, tunc appoſitione manus met Papę neceſſaria eſſet, quia ſi Papa eſt ſupra concilium, dummodo non ſit cõtra ſanctam fidem catholicam, & Apoſtolicam Romanam, reſcribere, ſtatuere, & decernere contra illud poteſt, cap. ſunt quidẽ 25.quæſt.1.latè Abb. in c.ſignificauit, nu.3.
38 de elect. Ob id in præmiſſis, ſi cauſa per biẽnium ſtatutũ per concilium ad cauſas terminandas lis durauerit, & detur cõmiſſio auocatoria, non datur, ita paſſim, quia vt diſpoſita in hoc in d.c.oẽs intrẽt, opus eſt, qđ ex parte iudicis, nolẽtis, vel non curantis infra dictũ biennium cauſam expedire, quamuis ſæpè requiſitus, defectus appareat, Bal. in l. 1. C. quæ de ſaduoc. Ancher.conſ.5. ſub nu. 3. & conſ.208. quia ſi ſæpè non requiratur, non dr̃ iuſtitiã denegare. Immo de hoc coram iudicis ſuperiore inſtari dẽt deciſ. Ped. de cõi atteſtans, 12. nu.6. Gram.vot.31. nu. 13. At ſi per iudicẽ non ſtetit, quominus in præfato tempore terminetur, vel ob cauſæ, qualitatem, ſiue difficultatem, aut partium cauillationes, tũc ceſſat concilij diſpoſitio, & ita pluries congregatio Illuſtriſ. & Reuerendiſsim. DD. Cardinalium præfati Concilij interpretationi Prę ſidentium, cenſuit, cui annuere videntur, text. in capitulo venerabilis, vbi Abb. & Doct. de iud. & dicta per ſcrib. in l. properandum, §. ſin autem, & §. de illo, C. eodem titulo, vtque pluries pariter dictum, & tentum fuit in ambobus Si-
39 gnaturis: Ideo tali porrecta commiſſione, non ſolet cauſa auocari, ſed terminus ad illam expediendam denuo præfigi, quo lapſo, cauſa non expdita, tunc auocatur, & alteri committitur. Pendente in partibus beneficiali cauſa, ſub colore perhorreſcentiæ, ob aduerſarij potentiam, aſſerens collitigãs

iustitiæ complementum consequi non sperare, cum solita clausula, prout in manibus, S. V. iurare paratus est, & iurat, quæ per-
40 horrescentia in quacunque iudicij parte, tam ante, quam post sententiam, etiam in secunda instantia allegari potest, Vestr. in sua prax. lib. 3. cap. 9. numero 3. de quo vide Achil. decis. 2. de iur. iur. & Put. decis. 279. numero secundo, parte prima, in terminis, & decis. 34. numero primo, parte tertia, narrans in præfata decis. 279. nume. 2. illorum verborum si opus fuerit efficaciã, Commissionem auocatoriam porrigit, contra quã, & allegatum iuramentum altera pars insurgens, non solum de subreptione dicit, sed contrarium se probaturam asserens, cau-
41 sam committi petit. Quæ non solum erit concedenda; verum in totum repellenda, quia iuramento iurantis conscientię remisso, credendum erit, dum timorem, vel perhorrescentiam allegat; adeo quod contrarium asserens, postea non audiatur, cap. statutum, §. assessores, vbi glo. in verbo relin-
42 quitur de rescript. in antiq. & decis. 3. eodem titulo, in nou. cap. si vero de sent. excõmun. nam in dependẽtibus ex animo, illius iuramento, de cuius interesse agitur statur Dec. cons. 256. num. 9. cap. pastoralis de ex-
43 cept. Et quod propriè perhorrescentia, quę in animo consistit, melius quã probari non valeat, iuramẽto verificetur, dicit Rot. decisio. 3. num. 1. versic. nec potest haberi de rescript. in nou. & decis. 23. de probat. in antiq. Bart. in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furt. Fel. in cap. accedens, num. 13. vt hic nõ constat. Dec. in alleg. consil. num. 9. Licet contrarium afferat Bellam. decisione quadragesimaquinta, quando per exteriora probari perhorrescentia valeat. Nam in Romana Curia, istæc perhorrescentia non attenditur, propter supremi Principis præsentiã,
44 ad quẽ facilis pro alio iudice aditus est. Sed vt in hac commissione tutius procedatur, status, & merita causæ veniunt exprimẽda, quia (vt supradixi) sumus in auocatoriis, ac si alia rescripta adsint cum cæteris substantialibus narranda erunt, Rot. decisione sexta, numero secundo, de rescript. in nou. Felin. & Innoc. in dicto capitulo ex litteris, numero primo, de offic. deleg. capitulo cęterum de rescript. capitulo ad hæc de sent. excomm. Cassad. decis. 1. num. 1. de re-
45 script. Si quis subreptitium impetrauit rescriptũ, eiusq; vigore iudex ꝓcedat, nisi obijciatur a parte subreptio, vel de illa excipiatur, validus erit processus, at si valide, seu legitimèq; opponatur, nullitatis vitio omnia
46 subiacebunt. Bisign. decisione decimatertia, siue vlt. de rescript. In causa prophana pariter perhorrescẽtia allegari potest, quia si eadem ratio, tam in vna, quam in alia militat, ita debet esse eadem iuris dispositio, l. fin. ff. mand. Bal. in l. humanitatis, columna tertia, versic. Quarta opinio, C. de impub. & al. substit. Specul. in tract. de teste, §. 1. versic. Quid ergo, & vt dixit Mandos. in cõmiss. auocat. caus. in verbo propter aduersa-
47 rij, &c. Plura incommoda potentia aduersarij, parere consueuit, vt habetur Eccles. cap. 4. Noli resistere cõtra faciẽ potẽtis, ne coneris contra ictum Fulgoris, & capit. 8.
48 Non litigabis cum Homine potente, nè forte incidam manibus illius, & ob id bene
49 fit multoties mentio in commissione de potentia aduersarij in partibus, vt facilius detur auocatio, & de hoc iuramento perhorrescentiæ, & quando in partibus non speratur consequi iustitiæ complemẽtum, sequitur text. in dicto capitulo statutum de rescript. in sexto. Præmissa non procedunt post rem iudicatam, quia tunc de perhorrescentia dari non potest, decisio. 1044. numero vndecimo, parte tertia, di-
51 uers. Videamus, an tale iuramentum sit præstandum, & Mandos. loco citato distinguit, aut commissio conditionaliter fundatur in iuramento, vt puta, quando adsit clausula præstito iuramento perhorrescentię, & prius præstari debet, alias non tribueret iurisdictionem, ex capite non impletæ conditionis; & sic defectu iurisdictionis, omnia erunt nulla. Aut clausula supra dicta non erit apposita conditionaliter (vt dixi) sed tantum assertiuè per partem, & tunc nisi pars aduersa instet, iurare non tenetur, nec facit processum nullum. Ratio in primo capite esse potest, quia defectus conditionis, siue tacitæ, siue expressè ante-
52 quam agatur, adimpleri debet, alias ante rẽ in esse deductam impediam impetratarum literarum exequutionem, & sic ne ante adimplementũ producant effectum, secus si postea conditio veniat adimplenda, quia tunc producunt effectum, Bal. in cap. cum adeo, colum. penul. de rescript. Præterea, vbicumque formę præfixio datur a principio iurisdictionis, eius omissio vitiat ipso iure, secus autem si in exercitio, vt tenuit glo. in Clem. 1. in verbo inhibentes, de iure patron. quam sequitur Ias. hanc sententiam, a toto mundo approbatam asserens, in l. vniuersa, numero secundo, & septimo, C. de prec. imper. offer. vbi Bar. & Doctor. Ang. consilio trigesimosexto, nume

ro primo, & seq. Ancher. consilio centesimoquinquagesimo octauo, numero secundo. Hocque casu in sacro Rotæ Auditorio occurrente, seruatur Bulla Innocentiana, vt de consuetudine testatur, Cassad. decisione prima, numero tertio, de iur. iuran. At
53 quando ambe partes erunt in Curia præsentes, vel in ea moram trahentes, de facili istæ commissio auocatoria de partibus dabitur, sicut etiam si acta fuerint in ea trāsportata, facilius in ea causa remanebit, respectu expensarum factarum in transportando, ac probationum in ea existentium, quæ vtrique parti cōes sunt. Sed si vnus in partibus, alter in Curia fuerit, existensque in partibus ex causa rationabili auocari a Curia peteret, non esset commissio, vt in Curia remaneret causa, nisi rationabilioribus rationibus deductis, ita de facili concedenda, decisio. 17. de rescript. in antiq. Hostiens. in capitulo fin. de foro compet. At si in Curia præsentes, vt in ea causa age
54 retur consentirent, quamuis de iure non esset, tamen quia consensus partium iuris ordinem peruertere potest, in Curia tractabitur causa, glo. in capitulo cum olim in verb. recusare, de caus. possess. & propr. Bart. in l. quoties, versic. Vltimo nota, C. de priuileg. Schol. numero duodecimo, & in l. prima, §. primo, post glo. in verb. quid de alijs, ff. de ferijs, capitulo super litteris, de testibus, Bald. in l. generaliter, columna secunda, versic. consensus vtriusq; C. de Episcop. & Cleric. Bellam. decisione vigesimaprima, Felin. in capitulo cum olim, & in capitulo dilecta, de offic. de leg. Multoties, vno ex collitigantibus recusante, causa remittitur ad partes, alter nolens inibi iudicium prosequi, nec talem remissionem pati aliquod iudicis decretum obseruat, deinde sumpta occasione, quod irreparabile sibi præiudicium afferatur, appellat, & per commissionem causę appellationis committi instat, addita solita clausula, quam & quas, vna cum toto negotio principali, & ne continentiæ causarum diuidantur, ad text. in capitulo primo, de sequestr. possess. & propr. & in l. nulla, C. de iudic. talis, namque commissio solet concipi obscurè, quod faciunt procuratores, (vt moris est,) ne appareat veritas, qua narrata, forsan denegarentur preces. Sumptaque occasione interloquutorij, seu leuis grauaminis, vel alias non iuridice auocationem quærunt, vt causas inuoluant, licet multoties detecta facti qualitate, concedantur, & denegentur Commissiones, quod Signaturæ arbitrio repositum est. Sed si contingat omitti supradicta verba, quam & quas, &c. Et
55 alia subnecti, videlicet, vna cum incidentibus, emergentibus annexis, & connexis, ac toto negotio principali, illorum vir tute in Curia causa principalis, etiam, seu alibi illi cui dirigitur rescriptum, commissa erit, Vestr. supra loco citato, numero vndecimo, Bellam. decisione sexcentesimodecimanona, Couar. pract. quæstio. capitulo nono, numero quinto, versiculo. Quibus equidem, Castr. in l eos, C. de appellat. Bellam. decisiosine trigesimaseptima. Quod declara, vt in decisione decima septima, de appellat. in nou. Couar. vbi supra, nam eiusdem videntur supradictæ clau
56 sulæ esse auctoritatis. Sin vero supradictæ Clausulæ omittantur, quia vna remanente, altera sufficeret, tunc solum erit causa commissa super articulo grauaminis, a quo fuit appellatum, eoque expedito, negocium reuertitur ad iudicem a quo, qui in negotio principali iudex remansit, Franc. in capitulo vt debitus, numero quarto, de appellat. capitulo exhibita, de reiudic. Couar. Var. resolut. capitulo nono, numero quinto, versic. Prima conclusio, vbi examinat dubium, an iudex non iustificato articulo, super quo fuit appellatum, possit de negotio principali cognoscere, Bellam. decisione quadragesimanona, Felin. in capitulo causam quæ, numero sexto, de rescript. dicens, noua opus esse commissione, licet causa remaneat in Curia. Sed quando præfatæ clausulæ apponuntur, vt assolet, fit ad maiorem cautelam, & (vt dixi) vna ipsarum operatur, quod causa grauaminis finita, remaneat idem delegatus etiam iudex in negotio principali, vnde si erit causa commissa in Curia, maximè in Rota, Curialis, vel Rotalis effecta, non amplius de ea exhibit, Bellam. dicta decisione 619. Ruin. consilio centesimodecimoquarto, numero secundo, & in fi. volumine quarto, c. vt debitus, vbi Dec. numero vigesimotertio, in fi. de appellat. Felin. in capitulo causam quæ, numero sexto de rescript. At quando contra appellantem pronunciat, vt dixit, glo. in d. c. cum debitus, in verbo rationabiliter, nō potest iudex a quo dici suspectus, qa ab eo nō processit suspectio, sed ab aduersarij appellantis culpa, & ideo pronunciato super articulo grauaminis ad primum iudicem redire causa debet, quando non adsint supradictæ Clausulæ, capitulo ad hæc, & capitulo personas, & capitulo cum

sit, de appel. c. exibita de iudic. Ruin. autem in supradicta allegatione, cons. 114. num. 2. volu. 4. aliter in hoc particulari distinguit. Quod, aut commissio huius appellationis
57 dirigitur in Rota, aut extra eam. Nam si extra Rotam, omnino clausulam præfatã, vna cum toto negotio principali, vel ex supradictis narratis, opus erit in cõmissione apponere ea ratione motus, quia commissio regulari debet prout de iure, cap. causam, de rescript. Ideo, si Signaturæ intentio fuit causam super grauamine a quo fuit appellatum committere, omittendo præfata verba, non debet ad negocium principale trahi. Aut Rotæ, absque dicta clausula rescribitur, & tunc operabitur supradictum effectum, quod totum negocium principale illi demandatum sit, & prædicta distinctio approbatur per Rotam, vt supradixi, quia iuri consonum non videtur, quod inferior de gestis in primario illo mundi tribunali, cognoscat, & si aliqua de præfatarũ clausularum efficacia videre cupis, adeas Benint. decisione quinta, & Lancell. de attent. lit. pend. limit. 2. numero quinquagesimosexto, & sequent. & de clausula rebusque alijs, quod compræhendat. Omnia in actis deducta. Vide decis. Paleot. 142. vt latius dixi in formulario cõmissionis appe.
58 in Romana Cur. in dictis verbis. Vnum tamen loco citato, subdit Ruin. numero secundo, quod si in partibus se competentẽ iudex pronunciet, & pars appellet, poterit in Curia causa cum toto negotio principa-
59 li committi. Clausula dummodo causa non sit instructa, apponitur in rescriptis ad obuiandum malitijs litigantium, quia esse poterit, quod ille, contra quem mota fuit lis super Dominio, quando iudex informatus, vellet sententiam proferre, ad se in sua mala confouendum possessione, a iudice instructo causam auocari peteret, & alteri committi, qui ab isto secundo non instructo, neque de meritis informato, ad alium in infinitũ posset appellare, litemq; immortalem malitiose reddere hoc modo. Igitur, si iudex fuerit electus, & in eius iurisdictionem consensum, nisi legitima suspicio aduenerit, coram ipso causa tractanda erit, vt latius in cõmissione de iudicum suspitione, dicam Vestr. vbi supra nu-
60 mero octauo. Sed si iudex, cui vigore talis commissionis cum clausula præfata fuerit inhibitum procedat ad vlteriora, etiam post inhibitionem, non facit attentata, dummodo reperiatur coram eo causa instructa, Put. decisione trigesimaquarta, numero secundo, parte prima. Quid autem expeditioni causæ maiorem dilationem tri-
61 buere potest, quam iudicis mutatio? Et loci? maximè extra Curiam. Quam ob rem dicit tex. in l. ait prætor, §. si post causam, ff. de vacat. muner. quod tolerabilius est iudex, qui semel causam Paulisper ex affectione cognouit, quam nouo iudici, ac loco mutato, rursus rem iudicandam com-
62 mittere. Conuenit autem Reipublicæ vtilitati illum ex abrupto non mutari, ne facillime fiat elusio causarum, litiumque diffinitionibus obuietur, capitulo gratum, de offic. deleg. Bald. in l. mandatum, col. prima, C. mand. Dec. consilio ducentesimo nonagesimo quinto, columna secunda.
63 Et præfata commissio auocatoria, cum dicta clausula, ac opportuna auocatione a partibus in Romana Curia, iurisdictionem tribuit, quamuis obtinens commissione in suam intentionẽ non iustificet. Sed vt tutius loquar, credo distinguendũ fore, quod aut simpliciter petit auocationem a partibus cum dictis clausulis, & tunc, quia litis pendentiam in partibus fateri non videtur. Sed quatenus pendat auocari, pro abundãtiori cautela inserta illa verba videntur, eo casu non tenetur verificare litẽ non pendere. Aut narratur litis pẽdentia in partibus, cum dicta clausula, & obtinet rescriptum, & tunc, quia illa est suæ intentionis fundamentum, causam non instructam probare tenetur. Cresc. decisione secunda, numero quinto, de rescript. Quare cautè sint causidici vtendo primis verbis, quia lis, quo ad partem, quæ causam committi obtinuit, per solam citationẽ introducta dicit, secus vero, quo ad partem conueniendam, vel ream, Veral. decisione centesimasexagesimanona, numero tertio, parte secunda.
64 Sicut etiam introducitur, quando procurator assertus, absque mandato commissionem obtinet, dummodo postea gesta ab ipso, per principalem ratificentur aliquo modo, vt idem Veral. decisione centesimasexagesimaquinta, numero primo, par-
65 te secunda: Instructa nempè causa dicitur, quando pro altera parte potest iudex pronunciare, ac sunt pro illa probationes factæ, Veral. decisione centesima
66 prima, parte prima. Sed in beneficialibus non dicitur lis introducta, quando committitur causa litteris non expeditis, neque regulę est derogatum. Ratio est, quia si de illis expeditione in actis non apparet, obstat regula de causis litteris non cõfectis, vt non dicatur tributa iurisdictio, qua deficiente

ciēte lis esse non potest, vt per Sarnen. super Reg. Cancel. in reg. de Annal. q. 45. col. 3. Veral. decis. 162. num. 9 par. secunda, licet multoties detur commissio causę literis non expeditis, dummodo ante tempus ad articu-
67 landum expediantur. Pariter instructa dicitur causa, quando probationibus renunciatum est, vel in ea conclusum, cap. pastoralis, §. si verum, de caus. poss. & prop. Cresc. decis. prima, de iudic. Lancell. de attent. 2. par. cap. 10. de attent. post auoc. caus. nu. 15. & 28. Contigit quoq; commissio dari cum restrictiua, quatenus causa non sit instructa neque in iurisdictionem consensum, quibus condictionibus non verificatis, iudex ad quem caret iurisdictione Glos. in clem. 1. in verbo reperierint, de off. deleg. Card. in cle. prima, num. 18. de concess. præb. Socin. cons. 99. num. 10 vol. 3. & ad hoc vt respectu actoris dicatur instructa, sufficit citationis decretum, Rot. decis. sexta, num. 4. vt lit. pend. in nou. & decis 4 eod. tit. in antiq. & decis. 17. de dol. & cont. in no. sufficit autem alterū, ex duobus adesse, vel qđ sit instructa, vel cōsensū, quia vbi duo copulatiuę requirūtur,
68 sufficit vnum esse verum Rota corā D. Orano in vna Cartaginēses decimatū Lunę 17. Maii 1593. Reperitur interdum duobus iudicibus causa commissa, & eadem, ac inter se certant, partes vt coram suo remaneat, ad huiusmodi discordias sedandas, Signatura tertium dare solet, iuxta illud quod habetur in capitulo afferte mihi gladium, de præsumpt. nec mihi, nec tibi sed diuidatur. Et inter duos litigantes tertius eligendus venit, quod videtur colligi, ex l. item si vnus, §. fin. ff. de arbitr. Sed tutius erit in huiusmodi
69 cōmissione auocatoria partis Citatio, quia regula est ordinaria in quauis auocatione, cum simus in odiosis, & præiudicialibus, partem citare, & vocare, l. de vnoquoque, ff. de re iud. l. in nauе. §. causa cognita, ff. de minor. capitulo primo, de caus. poss. & propr. Quā uis interdum prima cōmissio, cuius reformatio petitur, adeo calumniosa esse possit, ac mendaciis referta, quod R. P. D. Referendarius absque ea Signari iudicabit, vt puta, si versamur in possessorio, vel quando fatetur res iudicata, seu alia substantialia, supra relata, nihilominus regulariter (vt præmisi) requiritur partis citatio, & ita vidi, & a RR. PP. DD. meis, & seruati, & seruatum fuisse audiui. Operatur enim talis clausula, quatenus causa non sit instructa, quod Cita-
70 tio emanata post commissionem, arctat citatum ad comparendum, quia dat iurisdictionem sub condictione, vnde si non obstante tali inhibitione iudex, a quo procedat, non attentat, Verall. decis. 2. num. 4. par. tertia, Cres. deci. 1. de iudic. Interdum talis
71 causarum auocatio fit ex Motu proprio, interdum ex commissione manu S. D. N. signata, vel ex Signatura iustitiæ, exempli gratia, quando iudex allegatur suspectus, & ab illo auocari petitur causa, vel sunt plures lites contra diuersas personas, & coram diuersis iudicibus pendentes ad alicuius instantiam, vel contra vnum, vt pluries fit in hęreditatibus, successionibus, exactionibus creditorum, causis pupillorum, viduarum, piorum locorum, decoctorum mercatorū, bonorum discussione vbi omnes, quorum interest conueniuntur pro vnione causarū, & iudicum vniuersale silere particulare faciat, l. bonę fidei, vbi DD. ff. de peti. hęred. l. quandiu, ff. de bon. poss. Verall. decis. 117. par. 2. & similium causarum, quia creditorū interest causas vniri, ne litibus bona minuātur, siue hæreditas, & sic insoluti remaneāt, datur, tūc præsens commissio, quamuis causæ instructe reperiantur, earum vnionem pētendo, & vni demandari, firmis multoties notariis remanentibus, & in statu, & terminis, quibus repetūtur, & in vnaque Signatura proponi solent, qua & concedi sępissime licet vt plurimum in illa gratię, Abb. in cap. super secundo, num. 3. de Appel. Mandos in commis. auoc. caus. in verbo coram diuersis iudicibus, tuncque rescribit Signatura iu-
72 stitiæ, quando ius assistit, quia eo casu ipsius munus est rescribere, capitulo pastoralis, & cap. sciscitatus, & c. super literis, de rescrip. Rebuf. in prax. beneficiali, de claus. mand. in dec. rescrip. Sign. Grat. & Iust. in differēt. int. Sign. grat. & iust. qui multa ponit viden-
73 dus. Aditur autem in pręmissis Signatura Sanctiss. quando aliquid ex gratia, vel liberalitate Papæ, siue æquitate petitur, vt puta reuocatio priuilegii alicuius ecclesiæ, loci, vel personæ, quod non possit nisi certo loco cōueniri, vel adsit persona priuilegiata, vel si causæ tales forent, quæ ex aliqua æquitate venirent auocandę, licet nō de rigore iuris, sed vt consulatur quieti, & vtilitati petentis, vel creditoris, aut similium, Nam tunc ita dispensando, & rescribēdo, gratia vocari potest, cap. si gratiose, de rescrip. Rebuf. vbi supra, & vt subdit Gomes. in Compend. vtriusq. Sign. q. 16 vers. Ex quo infertur, quod tempore Alex. Papæ V. Fel. rec. huiusmodi signaturæ Gratiæ, & Iustitiæ diuisæ fuerunt, quia per prius, vsq; ad tempus fel. recor. Sisti IIII. diuersimode procedebāt, de quibus ibi latè meminit Gomes. quem vide, & quo-

modo

modo signetur per Papam, & quo modo per alias Signaturas infra connectam, & in parte supra retuli, At dum Papa aliquid ex motu proprio signat, se liberalem ostendit, & non coacte, neque habita ratione petitionis partis, capit. sedes, de rescrip. & quando Papa motu proprio rescribit, vtitur potestatis plenitudine, ob id, si literę secūdę motu proprio concessę, non facta de primis mentione eas tollunt est, quia potestatis plenitudine illo casu Papā vsum fuisse apparet, Fel. in cap. causam quę, num. 6. & seq. de test. & an dicto Papæ, vel narratiuę in literis Apostolicis datur, & quando, vide Ancher. in clem. literis, nu. 1. de prob. datur motu proprio, Papa etiam quando impetrans petit, quamuis, se non fuerit motus, non habita notitia negocii, vti se habet, quod, & si impetrans id petat, se mouetur Papa ex suo spontaneo, & liberali motu, vt dixit Dec. cons. 51. nnm. 2. vers. ex quibus datur intelligi, & vers. nec obstat differunt, enim inter se concessio motu proprio, & ad postulationem, quia in concessione motu proprio præsumitur iusta causa, & statur assertioni Principis, ex quo causa non est necessaria, at ad partis postulationem præsumitur circumuentus, & propter importunitatem petentis concessum quæ importunitas defectum voluntatis, arguit Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 41. de const. Vnde dū
76 clausulæ geminatę ex certa scientia, & motu ꝓprio in similibus apponūtur, ceu semp. maiorem effectum robur, & efficaciā producunt, vt ibi Dec. & Alex. cons. 101. num. 9.
77 libro primo, & quamuis probetur ad instantiam partis concessum fore non per hoc tollitur, quin proprio motu concessum intelligatur, adeo quod contrarium probare volens, non esset audiendus, nam esset Papam de mendacio redarguere, vt per Rebuf. loco citato, nume. 22. & 23. & latiųs effectus.
78 Motus proprij scripsit idem Rebuff. in concord. Franc. in for. mand. vbi 47. Effectus connumerat, de stilo autem petuntur, impetrantur, & conceduntur motus proprii, & ita rescribendo, vult Papa quod rescriptū efficaciorem, ac strictiorem pariat effectū, vt dixit Gomes. in reg. Cancell. de imper. benef. viuēt, q. 1. vers. nec obstaret, Card. in cōs. 142. in fine, Feli. in cap. si quando, num. 2. & Dec. in cap. 2. sec. col. de rescrip. licet in cōtrarium vigeat præsumptio ex illis verbis, Motu proprio, & ex certa scientia, cum ad alicuius petitionem non sit, quod ex impetratione concedatur. Dec. cons. 341. num. 4.
79 talis autem Clausula non solum tollit defectum subreptionis, verum etiam intentionis. Paris. cons. 141. num. 2. volumine 4. Et
80 clausula perinde ac, ad quę sit referenda, vide eundem Paris. cons. 45. num. 25. vol. 4. Et quamuis illum partes requirant, tamen non constat de hoc, quia sit vel oretenus, vel ab extra, & ob id est motus proprius, licet
81 propriè, & strictè talis dicatur, quia summo Pontifice met fit, non ad alicuius instantiā, vt dixit Mandos. in sexta, quęst. Reg. Cancell. 16. num. 2. Sed scias, si Papa signet per fiat vt petitur, si in corpore, supra sit clausula motu proprio ita concessum erit motu proprio, Sarn. in reg. de annal. q. 10. num. 2. Verall. decis. 45. par. 2. & eadem part. decis. 237. Dato etiam, quod in motu proprio narre-
82 tur factum alienum, tamen ei creditur, & ita etiam, si in eo sint verba, cum sicut accepimus, sed quomodo id procedat, vide
83 Achil. decis. 10. de probat. An autē debeat dici auocare causam, seu euocare causam, non insisto, quia quæstio nominis, pertinacibus est relinquenda, neque curanda hęc verborum differentia venit, dummodo habeamus effectum. Id nempe Mandos. plene
84 tetigit loco citato, Et an commissio istæc ignorantes liget, sed non quo ad pænam, (vt dixi) in com. decret. irritant. & pęnit pariter Mandos. ibi, quando Signata reperitur motu proprio, non secus secundum magis communem sententiam, de qua per Achil. decis. 8. de rescrip. Rip. in c. cum 52. nu. 169.
85 eodem tit. Dicitur autem auocatio ita motu proprio facto, facta, expressa, ideoq; si deinde aliquid agatur etiā ignoranter in contrarium, erit ipso iure nullam. Abb. in capcum M. num. 33. de const. vbi Rip. nu. 169. & Dec. col. fin. Gemin. cons. 47. Abb. Imol. & DD. in cap. cęterum, nume. 7. de rescrip. Rebuf. super ll. Regni, in tit. de euocat. nu. 18. Maxime si aderit decretum irritans, cap. primo, vbi Glos. cōmuniter recepta in verbo referri, de concess. pręb. in 6. cap. dudum, §. considerantes, & cap. pen. de præb. eod. lib. Rom. cons. 330. nu. 22. Imo idem si non adesset decretum irritans operare voluerūt, Franc. in cap. vt nostrum, nume. 8. de appel. Rebuf. loco citato q. 3. num. 19. Ripa vbi supra, Achil. decis. 6. de rescrip. vbi sic resolutum fuisse in Rota in vna Salernitana Sancti
86 Andreę, asserit, & ex certa scientia causa auocata dicetur, quando tale verbum adest, in literis expressum. Et si Motu proprio de præben. in sexto, de quo, vide Alber. in suo diction. in verb. ex certa scientia, qui 60. & vltra fallentias ponit. Quod limita non procedere quando pars non obstante motu proprio

ptio cum decreto irritanti etiam ei vel renũciasse vel eo vti nollet, quia tunc acta facta in causa valebunt potest enim vnusquisque suo fauori renunciare, Card. in Clem. 1. q. 18. de elect. quia vt DD. in d. cap. cęterum, & Rebuf. loco citato aiunt, ac ibidem Feli. nu. 11. quoad iudicem inferiorem necessaria est huiusmodi auocationis scientia, ad hoc vt gesta deinceps nulla dici possint, Ro. conf. 57. num. 1. & 2. Dec. in cap. si duobus num. 4. de Appel. asserens, quod ad hoc vt secundum rescriptum primum tollat, opus est, vt illi sit contrarium. Non autem censetur causa semel pendens coram iudice ab eo auocata, nisi sibi intimetur, Ias. in l. maiorum, nu. 8. ff. de iur. om. iud. Calder. cons. 4. de offic. legat. Boer. decis. 347. nu. 16. Clem. vnic. de renunc. Sed sufficit quando motu proprio fit, quod de illa quomodocunque notitiam habeat, Felin. in d. cap. cæterũ, nu. 11. & 17. Dec. n. 7. vbi Ant. & Abb. de rescri. & quando clausula motu proprio in secundis literis est apposita, statim inducit reuocationem primarum litterarum, habita eorum notitia, etiam ante præsentationem, vt
87 Felin. in d. cap. cęterum num. 18. Episcopus a suo Vicario causam auocare potest, & ideo si post eã Vicarius, vel alter officiali procedat nulliter facit, Innoc. in cap. Romana, num. 6. de Appel. l. iudicium soluitur, ff. de iudic. ca. vt nostrum, de Appel. Ratio est, quia cum libere ei iurisdictionem tribuerit, eodem modo, cum idem sit Tribunal, reuocate poterit, cap. 2. de consuet. in 6. capit. Ro-
88 mana, in princ. de appel. in sexto, sed ab Episcopo eius suffraganeo causam auocare Metropolitanus non valet, quoniam quoad sub
89 ditos Episcopi, est iudex tãtum in causa appellationis cap. pastoralis, de offic. ord. c. 1. in princ. de for. comp. in 6. Et quamuis suffraganeus Archiepiscopo sit subditus, nõ ob id sequitur, quod ab ipso causas auocare possit, Couar. prac. quęst. c. 9 nu. 2. quem latè vide. In materia auocationis per tot. & alia tradita per Mandos. in cõmiss. Auocat. cuius dicta non refero. Petitur præterea multoties auocari causam ab vno iudice, & alteri committi, seu remitti, vt exempli gratia, duæ Commissiones directæ, in vna eademque causa, diuersis Iudicibus expediuntur, etiam Rotę Auditoribus, & vnusquisque vt iudici, cui rescriptũ est directum, causa remanet curat, inter ipsos contenditur, ac exporrecta postea commissione in Signatura, ventilatur, coram quo remanere debeat. Et si antiqui-
90 tus rescribebatur, audiat qui præuenit, tamẽ hodie ab aula id recessisse videtur, maximæ extra Rotã, solet enim Signatura degustare de validiori pręuentione, deinde illi qui præuenit causam ab alio auocando, remittere, ea nempe ratione, quia occasione istius præuentionis inter istos iudices, vnusquisque suam inhibitionem, & iurisdictionem tuẽdo, poterit dissensio oriri, ac nouæ lites, interdum cum procuratorum præiudicio, seu carceratione, qui inhibitioni alterius iudicis obedire noluerũt, vt sæpe inter iudices ordinarios in Rom. Curia fieri solet, merito ad lites, ex litibus oriundis dirimẽdas, in huiusmodi auocatione Signatura citata parte resoluit coram quo causa remanere debeat, penitus ab alio illam auocando, ita frequentius practicatum esse video, maxime quando contenditur de iurisdictione, quamuis si probetur rescripti impetratio per horam ante, dicetur facta præuentio Felin. in cap. pastoralis, num. 5. de rescrip. Glos. in verbo aparet in cap. si a sede de proba. Sed in Rota
91 circa præuentionem dicitur facta in simili ab illo Auditore, coram quo fuit prius pręsentata commissio, vt dixit decis. prima, de constit. & dec. 6. de rescrip. in antiq. Bellam.
92 decis. 34. cum sequen. Tunc alius Auditor nullo modo de causa cognoscit, vt patet ex constitutione Innocentiana, de qua per Cas
93 sad. decis. 5. in princ. de rescrip. Secus extra Rotam, quia per illum iudicem dicitur facta præuentio cuius citatio prius executa fuit, & non per rescripti præsentationem, vt ibidem Cassad. num. 1. Et ideo, si extra Rotam prius coram vno iudice commissio producta, coram alio commissio in eadem causa, & secundus prius citauerit, secundum præuenisse dicendum erit, quia ad perpetrandã iurisdictionem, non sufficit præsentatio rescripti, sed bene citatio, Cassad. ibi num. 2. c. gratum, & cap. si de offic. deleg. ratio vrget, quia si per solam citationem perpetuatur iurisdictio, citato vno ex correis, contra aliũ correum, & per actum fori connexũ id fit, Fel. in c. pastoralis, §. quoniam, n. 2. vers. fal-
94 lit primo, & numero tertio, Quod sano modo intellige de valida citatione, vt per eundem Felin. & in cap. ex tenore, num. 5. eod. tit. de rescrip. Alia etiam præmissorum ratio esse potest, quia ante citationem res est integra, Glos. in capit. vt debitus, in verbo assignare, vbi Innoc. & Franc. de appell. Rom. de communi attestans, cons. 112. nume. 14. Bart. & Alex. in l. si pluribus, ff. de leg. 1. Bar. & DD. in l. quia, ff. de iur. om. iud. Dec. in ca. relatũ nu. 5. vbi Abb. eod. tit. Maran. de ord. iud. par 4. in 5. dist. in princ. num. 56. per regulam capit. quod nullum, de reg. iur. in 6.

Glos.

Glos. in cap. proposuisti, in verbo legitima, de for. comp. Rom. cons. 412. nu. 50 Gomes. in reg. de annal. poss. q. 45. Tiraq. de vtroque retrac. §. 8. Glos. 24. Afflic. decis. 294. a nu. 3. ad fin. Insuper, vt dixit Vestr. in sua Prax. lib. 4. cap. primo, num. primo, in citatione com
95 missionis tenor est inserendus, Clem. 2. vt lit. pend. quia nisi ex ea citatus instruatur, nõ inducitur litis pendentia, Vestr. ibidem in tertio, not. At si fuerit circumducta citatio,
96 non inducitur litis pendentia, Afflict. decis. 396. nume. 14. Sed quid si in commissione
97 auocatoria, vbi plura narrantur capitula, quorum aliqua falsa, & aliqua vera sunt, an reddatur rescriptum subreptitium, & quam uis, Achil. decis. 11. num. 1. de rescrip. dicat, quod non tamen tutius dicẽdum erit, quod si ex veris capitibus potest sequi effectus, & rescripti conclusio, valeat, sin secus non cap. ex parte conuenti, cap. inter cęteras, & cap. olim. de rescrip. cap. licet, de probat. & cap. exhibita in vlt. glos. de iudic. nam quamuis, plura copulatiue ponantur, quorum alterũ per se sufficit, tunc illud solum sufficit, Ioan. Andr. in dicto cap. licet. Quod intellige verũ, nisi in rescripto posita copulatiue, veniat qualificatiue ad aliud, quia vtrumque probari debet, cap. licet causam, de probat. Rot. decis. 7. num. 1. & 2. de rescrip. in nou. quam decisionem postea denuo secuta fuit Rota, vt per Achil. decis. 11. de rescrip. & tanto magis in gratiosis, vt docet Felin. in d. cap. licet
98 multa congerens, num. 40. seq. Quando sumus in facto arduo, & a iudice non intellecto, consultor ei associari debet, vt late per Sarmien. select. sent. videndum in capit. 14. num. 4. lib. 1. cum add. Causa redditionis rationis administratorum bonorũ, de sui na-
99 tura eo in loco, vbi administrata fuerunt, cognosci debet, l. 1. vbi Bar. Bal. Castr. Ang. & Sali. C. vbi de rat. ag. op. Rol. a val. cons. 49. num. 7. vol. 1. Ancher. q. 61. num. 2. parte 2. quare, si porrigatur commissio auocatoria de partibus, non ita de facili conceditur, quã uis iusta causa existente, aliquando si auocari petens, suis sumptibus velit libros, & iura ad curiam trãsportare facere, si causa fuerit ardua vel considerabilis, soleat concedi, & in causis mercatorum præcipue, si criminalitatem annexam habeãt, & ita multoties in Signatura obseruatum fuit. Hierosoli-
100 mitana religio habet priuilegia cognoscẽdi causas non subditi eius iurisdictioni, quatenus sic non subditus se præfatę iurisdictioni submiserit, vnde isto casu Melitæ lis terminanda erit. Tamen quando exterus grauatus reperiretur, de grauamine constito, in Curia causa videnda erit, sin secus magno Magistro remittenda, eo quia iam Tribunal præfatum sibi elegit, decis. 101. num. 4. par. 3. diuers. Consensus semel præstitus sem
101 per durare præsumitur, si simpliciter sit præstitus, & non ad vnum actum restrictus. Put. decis. 285. parte tertia, Litis pendentia
102 dicitur, quando sententia lata in vno iudicio, non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, & tunc litis pendentia in vno iudicio, non parit introductionem causæ in alio, coram alio iudice, Socin. cons. 381. nu. septimo, parte prima, Ias. cons. 9. in 2. respon. parte prima, Gab. lib. com. opp. tit. de iudic.
103 concl. 2. nu. 39. Consentire in illius iurisdictionem, qui iurisdictionem nõ habet, quis non potest, l. priuatorum, C. de iur. om. iud. & non dicitur inductus consensus in iurisdictionem, neque datur, per ilios actus, qui nõ inferunt consensum, sed possunt intelligi fieri ad effectũ deliberandi, vel melius proponendi declinatoriam. Bar. in l. si conuenerit, num. 3. ff. de iur. omn. iud. vbi nec etiam
104 inducitur consensus in iurisdictionem per petitionem copiæ libelli, ac fideiussionem de iudicio sisti, Rot. decis. 779. num. 6. par. 1.
105 diuers. Si de iurisdictione locorũ in partibus agi contingat inter personas Ecclesiasticas, quamuis magni res sit momenti, in Curia poterit causa cõmitti, sed non in prima instantia ita de facili, maximũ citra mõtes, respectu probationum, quæ in progressu ueniunt faciendæ, & quando loci terminorũ, ac aliorum inspectione est opus, quæ lites vt plurimũ in causis confinium exoriuntur, in partibus solent committi, arg. tex. in cap. ad decimas, de rest. spol. in 6. Valde iudicis oculus est in præsenti casu necessarius, l. si irreptione, §. ad officium, ff. fin. regun. Rescri-
106 pto Papæ ordinariæ est obediendum, sed quando retardari debeat eius ex ecutio, vide Felin. late in cap. si quando, num. 1. & seq.
107 de rescrip. Domicilium, vt in aliquo loco quis habeat, duo copulatiue requiruntur, primo, quod ibi maiorem suorum bonorũ partem teneat, secũdo, quod illo in loco assidue conuersetur, sed an sola conuersatio sufficiat, & circa præmissa, Felin. accersito in c. dilectus filius, num. 11. de rescrip. & an domicilium, quis in loco, in quo habet domum habere dicatur, ibidem tradũt, Imol.
108 num. 1. & Fel. num. 2. & seq. Si Vicarius Episcopi de per se solus in causa delegetur, non poterit in illa Episcopus se intromittere, nec sententiare, ratio est, quia in delegata iurisdictione, non potest dici, idem concistorium, Ancher. in clem. si principalis, num. 5.

de

de rescipt. & ista plenaria delegatio facta a Papa, non procedit cum ordinaria iurisdictione, quamuis, vti Ancher. ibidem num. 1. ait, solum Vicariis Episcoporum, & nō aliis Vicariis rescribit Signatura, quem plura ad hunc propositum congerentem videas nā breuitatis causa eius dicta prętereo. Tunc di
109 gnitati causa demandata censetur, quando dignitati rescribitur, exempli gratia Dilecto Fratri Nostro Episcopo Melfettę, Nūtio nostro apud Sereniss. Dominiū Venetum, & isto casu eo discedente ab officio, delegatio ad successorem transibit, At si rescribatur sub hoc tenore Dilectio Fratri Nostro Ostęe do de Offredis nob. Cremonensi, Episcopo Malfettę, Nūtio nostro, Apud Serenissimū Dominium Venetum, eo casu cum sit persona nominata, & designata, eiusve iniustitia electa, ipsi & non officio demandata causa erit, & sic recedendo, expirabit iurisdictio
110 vt latius supra dixi, Clausula, tam coniunctim, quam diuisim, secundum iuris terminos intelligitur, c. causam quæ, de rescrip. c. vt debitus, & cap. super quæstionibus, §. 1. de offic. delega. nā expressio illa quā diuisim, cum de necessitate insit, nihil vltra ius commune operatur, sed gradatim, & accessoriæ venit, vt primo pronuncietur super articulo grauaminis, Bero. q. 120. Quamuis Rot. Auinien. deci. 102. num. 4. contrariū teneat, effectum operire vltra ius commune, veluti, si articulus grauaminis expediri nequeat, nisi iungatur cum materia principali, tamē vigore dictæ clausulæ vult, quod de ambobus cognoscere iudex valeat cum multi sint casus, qui vnus absque alio diffiniri non possit, l. quoties, C. de iudic. ca. de vestra. de don. inter vir, & vxor. cap. tenor, de ord. cog.

Com. *Vrbis.*

Diuers. Formulæ.

Beatissime Pater, diebus proxime elapsis quidam N. Mercator in verbo foro cessit, Cum valde ære alieno grauatus reperiretur, in vnum (vt moris est) creditoribus cō uentis, acceptis libris, ac scripturis, cęterisq; præfati N. bonis, ex eis deputatos elegerūt, qui exactioni negotiis, & aliis circa præmissa, cum facultatibus necessariis, & opportunis eis elargitis, incumberant. Verum quia reperiuntur in diuersis vrbis Tribunalibus, & coram diuersis iudicibus a variis personis vexati, ac lites, & causæ præmissorum occasione introductæ, & pendentes indecisæ, quo fit, vt si illas in tam multis, & variis tribunalibus, sit creditores præfati S. V. oratores subire cogantur, quod pariter ceu impossibile est, eo maxime quia indies exhoriuntur, introducuntur, & exhoriri, & introduci nouæ lites possunt, adeo incōmodis, & sumptibus, ex quibus bona a præfato N. relicta, quæ pro creditorum satisfactione non alias sufficiunt, remanebunt multo magis diminuta, & debilitata, in grauissimum eorum damnum, & præiudicium, quia omnes expensæ ad ipsorum damnum, & diminutionem tenderent. Ideo eorum indemnitati quantum fieri potest occurrere volentes, recurrunt ad pedes S. V. illo humiliter supplicando, quatenus præuia auocatione oīum, & quarumcunque causarū dependentiū cu iusuis personę, siue personarum, etiā priuilegiatę, vel priuilegiatarum, ex priuilegijs etiā in corpore iuris clausis, coram quocunque Rom. Cur. Iudice tam ordinario, quam delegato, siue quouis authoritate fungente, & sub quouis prætextu, ac priuilegij, colore deputato, etiā loco, vel locis piis, vel aliis quibusvis, cum clausulis vrgentissimis, etiam motu proprio concessis, tam pendentium, de præsenti in statu, & terminis quibus repe riuntur, vel ipsarum quilibet respectu reperiatur motis, quam in futurum quomodolibet mouēdis præmissorum occasione causa colore, vel ingenio, illam seu illas sic auocatam seu auocatas ad se insimul vnire, ac sic auocatas, & vnitas, nec non quam, & quas idem Oratores habent, & mouent habereq; & mouere volunt, & interdum, contra præfatos, qui lites habent vel habere prætendūt, vt præmittitur, omnesque alios sua commu niter, vel diuisim quomodolibet interesse, directe vel indirecte putantes, in executione præsentium nominandos, & cognominandos tam coniunctim, quam diuisim, etiā si vltra quatuor, ac quemcūque numerum, ex quantitatem ascendentes in executione præsentium, toties quoties, opus fuerit nominandos, & cognominandos, tam actiue, quam passiue, vel quomodocunque, alicui iudici ordinario, vel prælato in Rom. Cur. cōmorāti siue si magis placet A. C. in cuius sunt, ceu omnia instrumenta, in quorū extractione in publica forma multo pecuniæ erogarentur, qui Prę latum deputet, summariæ simpliciter, & de plano sola facti veritate inspecta, etiam absque regesti confectione sine strepitu, & figura iudicis, omni, & quacunque appellatione, & reclamatione propositis, cum omnibus suis incidentibus emergentibus annexis, & connexis, ac toto

negotio

negotio principali firmis remanentibus notarijs causarum præfatarum respectiuæ tam si in Rom. Cur. quam extra eam pendant; audiendas cognoscendas, ac fine debito terminandas, committere, & mandare dignetur, Cum potestate citandi, & inhibendi, in curia, & extra eam, toties, quoties, & quibus quauis authoritate fungentibus, & functuris etiam sub censuris, & pęnis ecclesiasticis eius arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis, contradictores, & rebelles pęnas, præfatas incurrisse declarandi, grauandi, regrauandi, & interdicendi inuocato brachil secularis (si opus) fuerit auxilio, seruata tamen forma Concilii Tridentini, cęteraque omnia, & singula alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria fuerint, vel opportuna constitutionibus, ordinationibus, Apostolicis, stilo palatii, & curiæ, regulis cancellariæ, legibus, statutis, etiã iuramento vallatis, indultis, & priuilegiis, etiam in corpore iuris clausis, ac motu proprio, & ex certa scientia quomodolibet cõcessis, cęterisque in contrarium quomodo libet facientibus minime obstantibus, quorum tenores, status litium præfatarum corã quouis iudice pendentium, & merita causę, & causarum; ac si sufficienter præsentibus insererentur pro expressis S. V. haberi placeat.

Talis commissio erit in Signatura Papæ proponenda, quia supradictæ clausulæ non dantur per Signaturam iustitiæ, quæ respectu auocationis causarum quando instructę sunt rescribit, tuncque fit demptis omnibus supradictis clausulis cõmissio simplex auocatoria, in qua si a Legato, vel Rota causę particulariter fuerint auocatę, mentio facienda erit.

Pupillus, vel æque priuilegiatus, similem petere, commissionem poterit, si adita hęre ditate, in diuersis tribunalibus, a creditoribus molestetur, vel molestari possit, facto vt se habet narrato, & idem quando debet a diuersis creditoribus exigere puta clericis, officialibus mercatoribus A. C. vel aliis curię capitolinę, & Variis iudicibus societatũ, quę conceditur in Signatura Sanctissimi ob derogationem priuilegiorum, & Statutorum necessariam.

Pariter si fuerint diuersi hęredes, qui in diuersis tribunalibus eadem de causa agere vellent, ne varias proferri sententias contingat erunt causæ vniendę ac in aliis similibus occurentiis, facto mutato, cui relatę clausulę inseruiunt.

BEatissime Pater si aduersarius in præinserta narrasset, prout non sine dolo; & fraude tacuit quod lis, de qua in præinserta fit mentio, diu pependit, & agitata fuit corã R. P. D. Locumtenente Illustrissimi Vicarii ciuili, ac inibi hincinde ad plures actus deuẽtum, & in iurisdictionem consensum, omnia acta producta, ac iura transportata, quod que iam causa prope expeditionem vel in expeditione sit, vtique ad se in occupatione consouendum, seu ad litem in longũ trahẽdã, diutius laboribus, ac expensis oratorẽ vexãdo, pinsertã, subreptitiæ, & obreptitiæ nõ obtinuisset, & quia falsus precator impetratis carere debet, ne sua valeat malitia gloriari, oratoris ue intersit quanto citius causam, & causas huiusmodi via iuris terminare. Ideo supplicat S. V. quatenus præuia auocatione, a R. P. D. Locumt. A. C. cui præinserta dirigitur causam, & causas præfatas, hęc non quam, & quas cum omnibus dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, eidem R. P. D. Locumten. ciuili Illustrissimi Vicarij S. V. remittere in statu & terminis, quibus erant, antequam præinserta expediretur, & quatenus opus sit denuo committere, nec non quam, & quas & c. cum omnibus incidentibus, dependentibus &c. & mandare dignetur, summariæ &c. Iuxta formam aliarum commissionũ in actis præsentatarum, seu iuxta suas ordinarias facultates expediendas, Cum potestate citãdi, & inhibendi, &c. & aliæ clausulæ, præinsertę, ac inhibitione illius vigore emanata, vel in posterum emananda, cæterisq; in contrarium quomodolibet facientibus, minimè obstantibus quorum tenores &c.

BEatissime Pater, si aduersarius in præinserta S. V. narrasset, pro vt non sine dolo, & fraude tacuit, quod causa, de qua agitur fuit ex speciali S. V. rescripto R. P. A. C. demandata, cum clausula appellatione remota, & ob id lata sententia ad fauorẽ S. V. oratoris N. appellationi locus non erat, vtq; præinsertam ad solutionem diffugiendam, minime mendaciis plenam subreptitiæ, ac obreptitiæ obtinuisset, & licet credatur, absque aliquo attentatorum incursu, siue pęnarum ad vlteriorem executionem procedi posse, Tamen propter honorem, & reuerentiam Signaturę, & ad litis anfractus tollendos. Supplicat S. V. deuotus illius orator, quatenus eidem R. P. D. A. C. committere ac mandare dignetur, vt præinserta, & inhibitione illius vigore emanata, vel forsan in posterum emananda, minime obstantibus, ad fina-

finalem executionem mandati decreti, & relaxati pcedat, procediq; mandet, & faciat iuxta primo, p̄sentatæ cōmissionis tenorā perinde ac si secundo loco inserta non emanasset Cū potestate citandi, & inhiben. &c.

Siue quando adsunt Priuilegia, ibi non sine dolo, & fraude, &c. dicatur.

Quod Archiconfraternitas sanctissimæ societatis conualescentium, & peregrinorū de vrbe vigore Priuilegiorum per S.V. eiusque prædecessores motu proprio, cum decreto irritanti, & clausula sublata concessorum Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Alexandro Peretto Cardinali de Mōte Alto Protectore habet iudicem in omnibus suis causis, tam actiue, quā passiue motis, & mouendis quomodolibet contra quascunque personas, quantumvis exēptas immunes, & priuilegiatus a præfato Illustrissimo Cardinali protectore deputatum, cum clausula omni, & quacunque appellatione remota, coram quo, & non alio conueniri debet, & conuenire, & alias pro vt latius in dictis priuilegiis continetur, ad q̄ relatio &c. Vtique p̄insertā nō obtinuisset, ideo ne sua malitia gloriari valeat, ac mens S.V. non sit priuilegia, & immunitates oratrici præfatę cōcessa auferre. Ideo illi humiliter supplicat, quatenus p̄fato, N. cui præinserta dirigit cōmittere, & mandare dignetur, vt suam moderetur inhibitione, siue eidē iudici ab Illustrissimo protectore deputato, vt ad vlteriora procedat, perinde ac si præinserta nō emanasset cum potestate citandi, & inhibendi, &c.

Beatissime Pater lite, & causa vertentibus coram secundo collaterali cur. capit. inter creditores hęreditatis cuiusdam N. super ipsius hęreditatis discussione, seu prioritatis, & potioritatis, &c. ac alias pro vt in actis causæ, & causarum huiusmodi latius, continetur, coram quo nō solum instructa causa reperitur, sed etiam in expeditione, & calculo ferendę sententiæ, vbi omnes creditores sua iura deduxerunt, ac de eorum credito docuere, verum quia quidam A. prætensus præfatę hęreditatis creditor in iudicio supradicto discussionis vniuersali, de suis forsan iuribus diffidens, venire, siue cōparere recusat, in maximū cęterorum præfatę hæreditatis creditorum S.V. oratorum præiudicium, sed agere intendit corā A. C. ne diuersos sumptus subire oratores cogātur, ac ne diuersę proferātur sententiæ, & quia iudicium vniuersale particulare ad se trahit, ac silere facit, & ęquitas non patitur, quod pro eadem re, & hęreditate in diuersis tribunalibus agatur, cum tot laboribus, & sumptibus. Ideo supplicant S.V. oratores præfati humiliter, quatenus causam, & causas præfatas, a dicto A.C. Locūt. auocare dignetur, ac illam, & illas eidem secundo collaterali, cū aliis vniēdo causis cū oībus incidētibus, emergentibus, &c. cōmittere & mandare dignetur cognoscendas, audiendas. &c.

At quando agitur contra bona hęreditaria corā A.C. vigore Cameralis obligationis non potest tunc creditor trahi ad iudicium discussionis bonorum corā alio iudice. Nā habet in priuilegiis A.C. quod in huiusmodi causis procedere possit, non obstante pēdentia causæ discussionis coram alio iudice, vsque ad integralem satisfactionem data tamen cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & sic vnicuiq; cōsultū est illęsa, nam seruantur priuilegia ex causa onerosa, & quatenus alter creditor sit anterior, sibi est prouisum per cautionem, sin posterior, & ius nō habet, sibi nō affertur detrimentū.

Com. Imolensis.

Beatissime Pater, lite, & causa introducta coram Episcopo Imolēsi, vel eius in spiritualibus gn̄ali Vicario, causa, & occasione &c. Inter deuotum S.V. oratorē A. actorem ex vna, & quendā B. reum conuentū, Ex altera Vrbi ad quā plures actus deuentū fuit, in prima, vel alia veriori instantia, vti corā loci ordinario, p̄fatus B aduersarius præmissis tacitis causam, & causas præfatas vigore primo loco insertę cōmissionis, subreptitiæ, & obreptitiæ obtētæ obtinuit committi in Rota R. P. D. Alexandro Iusto, qui si præinserta narrasset, vtique commissionem præfatam non obtinuisset, quia absq; causa, saltim legitima ab vno iudice de meritis informato, parte inaudita auocare, alteri demādādo, S. V. intētionis nō est, maxime resistēte sacro Cōcilio Tridētino, pręcipiēte, q͂ in partibus p͂mę instātię cognoscāt corā ordinariis, vt facilius processus, & p̄bationes fiant, Ideo supplicat S.V. orator p̄fatus, quatenus p̄uia auocatione a R. P. D. Alexandro Iusto quatenus opus sit causam, & causas huiusmodi, necnon quam, & quas, &c. ad partes eidem Ep̄o vel eius Vicario remittere, dignet̄ in statu, & terminis q̄bus ante p̄insertā emanatā erat, & repiebātur. Cū p̄tāte citādi, vt in alia cōmissiōe supra. Et factū vt occurrit narret.

Et cū absolutione a censuris ad effectū, &c. & per breue S.V. ac cum decreto, quod copia huius commissionis, cum originis collationata in actis notarii causæ demissa, habeat vim validissime inhibitionis.

Causa fuerit matrimonialis, pariter mentio de illa fiat, nam similes causæ quando mulier est pauper, non trahuntur ad Ro. Cur. nisi maritus expensas, & litis sumptus subministrare velit, iuxta Concil. Trid. in capi. causæ omnes 24. sess.

Pariter, si fuerit obtenta inhibitio, vel monitorium ab A. C. etiam super iactationibus in prima instantia, vel mādatum de manutenendo quatenus ad partē remittere causam A. C. nolit, præfatis expressis, formetur commissio vt supra.

Similiter si agatur de re Ecclesiastica, in prima instantia, vel causa quomodolibet ad forum Ecclesiasticum pertinente.

Vti etiam si fuerit vidua, pupillus, ac similes priuilegiati, qui causæ auocationem petant, & ad partes remitti, vel ę contra, auocari a partibus, & in curia coram Papa committi, quib. fauorabilis Princeps esse debet, vt dixi, formata commis. facto narrato, quod missum facio quia ex illorum varietate ac multitudine omnib. aptare commissiones impossibile foret.

Com. Vrbeuetana.

BEatissime Pater, prætendens quidam A. esse creditorē, q. B. a multis annis citra defuncti vel ius super domo, prædio, & similibus S. V. oratorem C. filios, & hęredes cum beneficio legis, & inuentarii, in pupillari ętate constitutos, siue minores, non minus nulliter, quam iniuste, & inique illos cōuenit coram D. Gubernatore dictæ ciuitatis, Seu. vigore monitorii coram A. C. in Ro. Cur. verum quia ex priuilegio in corpore iuris clauso orator trahit, & non trahitur extra suam prouinciam, & ob aduersarii potentiā in partibus litigare perhorrescit, vbi iustitiæ complementum consequi non sperat, pro vt iuraret paratus est, & quatenus opus sit iurat, Ideo supplicat S. V. quatenus præuia auocatione, &c. causam, & causas præfatas eidem D. Audit. Cam. remittere, & quatenus opus sit committere, & mandare dignetur audiendas, &c. Cum potestate, &c. vt supra.

Et pariter si petatur auocari pendens causa de partibus, & in curia committi mutatis mutandis vt dictū est concipiatur cōmissio.

Ciuitatis Castelli.

BAtissime Pater Vertente lite, & causa coram Episcopo ciuitatis Castell. vel eius in spiritualibus generali Vicario inter, S. V. orem A. contra B. &c. Idem iudex nimis animose procedens, &c. narretur factū se adeo oratori suspectum præbuit prout iuratore paratus est, & iurat, quod coram ipso iustitiæ complementū consequi non sperat, & quia coram suspecto iudice durū est litigare. Ideo dignetur S. V. quatenus pręuia auocatione, &c. causam, & causas, &c. Episcopo Burgi sancti Sepulchri viciniori, vel eius generali in spiritualibus Vicario committere, & mandare dignetur Audiendas, &c. vt in aliis commissionibus.

Quando conceditur istęc. commissio, solet addi clausula, quatenus causa non sit Instructa, vel non sit consensum in iurisdictione, vt dixi supra, &c.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio iudicis quid sit.*
2 *Litigare coram suspecto iudice sinistros parit effectus.*
3 *Commissio auocationis causæ a iudice vti suspecto, quando de facili concedatur.*
4 *Principes curare debet, ne subditus coram suspecto iudice agat causam.*
5 *Suspectos iudices declinare, naturale est.*
6 *Suspitio quid sit.*
7 *Notarius suspectus allegari valet.*
8 *Commissio auocationis causæ ex capite suspicionis iudicis, raro concedatur.*
9 *Grauatus ad iudicem grauantem remitti non debet.*
10 *Recusatio iudicis in statu Sanctæ Rom. Ecclesię etiā si laicus secundum ius canonicum sit secus in terris imperij quia secundum ius ciuile, numero 11.*
11 *Recusatio iudicis, differens est inter ius canonicum & ciuile & numero 14.*
13 *Clausula suspectum in manibus S. V. iurare paratus est, prout iurat quare in commissione suspicionis ponatur, & quomodo intelligatur.*
15 *Arbitri ad iudicandum an iudex sit suspectus, nec ne de iure canonico eliguntur, quibus terminus assignantur & ipsis discordibus tertius eligitur.*
16 *Arbitrorum electio quo ad iudicis suspicionem nō est hodie in usu.*
17 *Commissio recusationis iudicis quando causa est friuola denegatur.*
18 *Iudex delegatus suspectus in totum remouetur. Declara vt ibi.*
19 *Iudex datus a Principe recusatione prohibita, an recusari valeat.*
20 *Commissio suspitionis iudicis, si causa non sit instructa facilius datur.*
21 *Iudices quare multoties vti suspecti recusentur.*

Suspicionis

22 *Suspicionis causæ de iure Canonico plene probandæ sunt.*

23 *Suspicionis causę nec de iure canonico probantur in recusatione cõsultoris, arbitrorum, notarij, vel procuratoris,*

24 *Suspicio subdelegati non coram arbitris, sed subdelegante probanda venit.*

25 *Iuramentum suspicionis iudicis iudicis mandato, & iudicialiter præstandum venit, & quare.*

26 *Procurator nisi cum mandato speciali, iudicem suspectum allegat.*

27 *Iudex obtentus de consensu, etiam procuratorum ambarum partium in Ro. Cur. non allegatur suspectus.*

28 *Loci non tuti electio facta a procuratore non nocet principali.*

29 *Iudice vno ex duobus recusato si procedant, nihilominus tenet processus.*

30 *Suspectus Iudex quando dicatur.*

31 *Iudex q fuit testis per vna parte, ab alia recusatur.*

32 *Iudex qui se in iudicem deputari curauit, recusatur vt suspectus.*

33 *Compater vnius partis ab alia recusatur.*

34 *Iudex ex quibus causis allegari posset suspectus.*

35 *Iudex ex leui amicitia non potest suspectus recusari.*

39 *Iudex se suspectũ cognoscens, ex se debet a iudicando remoueri.*

37 *Episcopo suspecto tota eius curia suspecta redditur.*

38 *Recusatio iudicis facta ex iusta causa impedit vlteriorem processum etiam post consensum in iurisdictionem.*

39 *Exceptio suspitionis, quando aliæ allegantur, omissa, amplius opponi nequit Declara vt ibi.*

40 *Ignorantia suspicionis iuramento etiam allegantis probatur.*

41 *Suspicione emergente post litem contestatam etiã iudex recusatur, & in quacumque parte Iudicij.*

42 *Iudex post conclusum in causa non potest allegari suspectus.*
Quid in hoc aliquando Signatura faciat.

43 *Conclusum in causa quando dicatur.*

44 *Cautela pro allegando iudice suspecto.*
Iudex quid facere debent in hoc.

45 *Causa pluribus iudicibus demandata, si aliqui sint suspecti, remanentes iudicant.*

46 *Suspecto iudici quare non rescribatur,*

47 *Suspecto iudici, Princeps committere non debet causam.*

48 *Arbiter, & arbitrator inter se differunt.*

49 *Arbitri, & iudices post conclusum in causa æquiparantur.*

50 *Arbiter de iure vti suspectus recusari potest.*

51 *Compromissum ab arbitris non acceptatum, non valet.*

51 *Assessor iudici datus, si est suspectus remouetur.*

De Commissio. Suspitione Iudicum, & Adiunctis Dandis.

1 RECusatio est iurisdictionis, vel audientiæ causæ suspitionis proposita, declinatio cap. quia suspecti 3.q.5.c. suspitionis, & c.su p qõnũ, §. 2. & 3. de offi. deleg. l. apertissimi, C. de Iud. Spec. de recus. §. 1. vbi alias dat diffinitiones, Stephan. Aufr. in trac. de recus. c. vnico, n. 1. Vnde nos experientia quotidie docet, q̃ sinistros euẽtus ac tristissimos solent lites, finẽ, ac effectũ parere, qñ corã suspecto iudice (qui minime aures verbis, iuribus, ac defensionibus illius, quem odio prosequitur prębere non curat) aut delegatus, aut ordinarius fuerit, causa tractatur, ad tex. in capit. cum inter de except. l. Apertissimi vbi Glos. in verbo libello, C. de iudic. Paris. cõs. 31. num. 39. Vol. 1. Rol. a Val. cons. 19. nu. 1. vol. 3. Franc. Aret. cons. 29. num. 3. ca. suspecti. 3. q. 5. Ideo vt recto tramite iustitia incedat, optime a iure nostro sancitũ statutũve reperitur, ne quis eum iudicem habere, vel facere cogatur, qui sibi contrarius, aduersarius, suspectus, inimicus, odiosus, aut similis sit vel futurus esse cogitet, Stef. Aufr. in trac. de recusat. cap. vnic. per tot. Io. Ferret. late in trac. de Iudic. recusa. circa quod non potest Princeps tollere, quin iudex suspectus allegetur, Abb. in cap. secundo requiris, num. 7. de Appell. licet causas suspitionis approbare ad ipsum permaneat principẽ. Emergẽs igitur suspitio collitigantem de ea timens, excitat ad iudicem suspectum allegandum, pręces, ve porrigendas, in quibus, vel iudicem in totum remoueri, vel sibi adiunctum dari, petit Commissioni huic de facili aures præbentur, maxime si de vita hominis membri mutilatione, ac præiudicio irreparabili, vel de causa, ex qua scandala oriri vereantur, seu si 3
fuerit magni momenti, ac inter nobiles magnatos, & alios similes agatur, dummodo detur validus suspitionis fumus; qui per Signaturam, & gustari, & approbari debet; Staphyl. de lit. Iust. in cap. fatalia numero 7. Mandos. in for. commis. de adiunc. dand. in
4 verbo Auditoris Cameræ. Id autem summopere cordi Princip. esse debet, ne coram Iudicibus suspectis, subditi, nec lites nec causas tractare cogãtur, l. Apertissimi. vers. tamẽ qa, C. de iudic. d. c. suspecti 3. q. 5. Multũ commissionis nostre cõcessum ius maxime Põtificiũ annuit, vt doctores dicũt, in d. l. apertissimi, c. vt debitus, & c. cũ speciali, de App. &
5 vt dixit tex. i d. c. suspecti naturale quodãmodo est daclinare suspectorũ iudicũ ĩsidias, ac

6 inimicorum velle refugere, licet suspitio sit quædam animi passio firmiter, non eligens conclusionem, vt notantur dixit Bal. in rub. C. de probat. fin. 4. & rursus in l. & quidem, nu. 5. ff. de accusa. aut quod sit quædã animi passio firmiter non eligens conclusionem, vt notanter dixit Bal. in rub. C. de probat. applicatio animi, ad aliquid cum vehementi titubatione, ac metus motu: Sed vt idem subdit in l. impuberib. §. fin. ff. de susp. tuto. Aliis præsumptionibus est permixta, præfata suspitio, ac verosimilibus coniecturis, ex quibus facile remoueri a iudicandi munere potest. Nam ius, & æquitas suadent, vt rationabilibus suspitionis causis propositis, vel Iudex in totũ remoueatur, vel vt saltim ipsi suspecto, non suspectus assessor adiũgatur, d. l. Apertissimi, quę suspitio durat, durante causa, de quã agitur Canon. in ca. postremo, de Appel. Yeral. decis. 205. n. 5. par. 3. Multoties autem alius eo remoto subrogatur, vt pariter fit, quãdo recedit iudex a Curia, siue moritur, & expeditur commissio, quæ subrogatoria appellatur, cuius virtute subrogato eadẽ facultas conceditur, maxime quo ad modum procedendi summariæ, quo primo concessa erat, & sicut ipse primus, iste secundus procedere potest. Bellam. decis. 37. & decis. 140. dato etiam, quod in specie non foret de omnibus litibus facta mentio, vt ibidem Bellam. Decis. 141. Amplia ea, quæ de
7 iudice dicta sunt, habere locum in notatio allegato pariter suspecto, rationabiliter tantamq; efficaciã huiusmodi obiectio tẽpore debito facta parit, quod si iudex recusatus, qui in causa supersedere debet, cum interim sit eius iurisdictio quodammodo suspensa, maxime si in Signatura super tali incidenti tractandum erit ad aliquem actum ad vlteriora procedat, nulliter facit, vt infra late tã-
8 gam. At propter causarum intrigationem, & vt prolixitati litium obuietur, cum grano salis, & maxima consideratione, at raro in causa ciuili huiusmodi adiuncti petiti dantur, secus autem (vt dixi) in causa criminali, si de irreparabili præiudicio agatur, Staphil. de lit. Iust. in capitulo verum autem valeat, numero secundo, Abhoret quippe ius, proprium iudicem recusare, ac alium extraneum litigatum adire. Ancher. consil. 410. numero 2. Imo. C. de iur. om. iudic. cap. fin. de for. compet. quamuis ex alia parte durissi-
9 mum videatur. Quãdo iudex grauat, quod ad eum grauatus remittatur, dum habuit ad Principem recursum, siue appellando, siue de nullitate dicendo, capit. per tuas de sent. excom. capitulo accepta. de appel. Bel-
10 lam. decis. 24. vers. & est ratio, sed vt retuli verius teneas, quia secus aperire viam ne finis vnquam litibus esset, remouendo ita de facili instructos iudices, vt subnectam, differentia vero est, etiam in terris Sanctę Rom. Ecclesiæ, quando versamur circa reuocationem iudicis. Quia si agitur de recusando seculari, recusatur iuxta dispositionem iuris Pontificii, & non secundum ius ciuile, Abb. in capitulo licet ex suscepto, num. 17. de for.
11 comp. capi. si duobus de App. Secus autem in terris Imperii, quia ibi proceditur secundum iuris cęsarei sanctiones, Rol. a val. cons.
12 19. nu. 14. vol. tertio, Datur vero in hoc capite recusationis differentia inter ius canonicũ, & ciuile, quia de iure ciuili sufficit, vt suspicionis causa proferatur, seu absq; alia expressione suspectus iudex allegetur, dummodo iuramento adducta confirmentur, Bar. in l. quia poterat nume. 2. ff. ad trebell. Lanfr. de orian. in sua Prax. in verbo recusationes, num. 11. Bald. Angel. DD. in dicta l. apertissimi, C. de iudic. & de communi, Andr. Gayl. in suis obseruationibus imperialibus, obseru. 33. numero 14. & ideo ius ciuile in hoc vti iuramento voluit, ne calumniose ad lites in longum protrahendas, ac solutiones diffugiendus, si eo pede recusetur Iudex, Glo. in d. l. apertissimi, ĩ verbo recusare, ibi potest, & Sali. num. 8. Vnde in commis-
13 sione nostra inoleuit praxis apponere illa verba, vti quotidie fit, eum suspectũ in manibus S. V. iurare paratus est, & quatenus opus sit, iurat, quamuis dicta clausula, & verba debeant intelligi in casu, in quo de paruo prçiudicio tractatur, & in quibus non est necessaria ꝓbatio. Secus vero vbi ageretur de maximo præiuditio, ac in negotio, vbi probationes essent necessariæ, vt Ias. in d. l. Apertissimi num. 21. l. Thesaurus, vbi Bald. ff. ad exhib. Sed talis recusatio, neq; de iure ciuili debet esse temeraria, Ang. in l. quia poterat. Vbi Alex. col. 2. ff. ad Trebel. De iure nẽ-
14 pe canonico alia inducitur, seruaturve forma, quia non solum contentum est iuramẽto, verum etiam vult causæ, seu causarum expressionem, & verificationem, quæ postea an sint legitimæ, seu iuridicæ nec ne, vel
15 rationabiles, munus Signaturę, vel arbitrorum ad id eligendorum, erit iudicare, qui repertis veris, ac iustificatis allegatis, a iudice suspecto causã auocare, & alteri nõ suspecto demandari curabũt, d. c. cũ speciali, & c. secũdo req. is, §. 3. de App. Lãfr. in sua prax. ĩ verbo recusationes n. 18. vers. de iure canonico, Andr. Gayl. de cõi vbi supra. nu. 16. & ordinarius si fuerit suspectus et ĩ iudicẽ sit cõsensum

sum, secundum Glos. in cap. insinuante, in verbo consenserint, de offic. deleg. remoueri poterit. Dictis quippe arbitris præfinitum assignari tempus, seu terminus ad id declarandum, debet, vt videant an adductæ suspicionis causæ sint releuantes, & si inter se discordes sint, tertius venit eligendus, vt ex tribus, duorum concordium opinio præualeat dicto ca. cũ speciali, Arbitri iuri pfati, namq; iuris præfati sunt, & ideo iuris dicti, quia de necessitate, a iure eliguntur, & quodammodo delegati in hoc censentur, l. cum speciali C. de iudic. Alex. cons. 10. num. 3. & seq. vol. sexto, c. super quæstionũ, de offic. deleg. Sed quia talis arbitrorum electio, hodie non est vsu recepta, & recessit ab Aula, teste Paul. de Castr. in d. l. apertissimi, in princ. & Dec. in d. ca. cum speciali, in princ. Couar. prac. quæst. cap. 26. num. 1. in Romana Curia ad vnam ex Signaturis, seu Gratiæ S. D. N. seu iustitiæ recurritur, vbi natura causæ examinata, ac partibus auditis, quid faciendum sit rescribitur, & extra Curiam, si officiales suspecti detegantur, recurritur ad suos superiores, etiã Prouinciarum Præsides quãdo illis subsunt, Sin secus ad Signaturam, seu negotio suadẽte, quod discretioni causas agentium est remissum ad sacrã consulta, vel aliquas congregationes, ac alios positos, a quibus iudex dependet, cum in Curia Rom. sint iu-
17 risdictiones distinctæ. Quando vero suspitionem allegatam friuolam, nullam, calumniosam, seu notorie iniustam esse apparet, denegatur etiam in terminis iuris communis Arbitrorum electio, Felyn. in capit. accedens, el primo, nu. 6. vt lit. non cont. Lap. alleg. 1. in princ. Sed quando iudex delegatus
18 allegatur suspectus, in totum poterit remoueri, Marant. de ord. iud. in verbo an sit iudicium ordin. vel deleg. num. 42. DD. in d. l. apertissimi. Quod intellige procedere, in delegato ad causam particularem, secus autẽ si fuerit ad vniuersitatem causarum, quia tunc cum eo, vti cum iudice ordinario erit agendum, Glo. in l. fi. in verb. cum specialis,
19 C. de iudic. Idemque foret censendum, si iudex datus a Principe recusatione prohibita sit, quia non poterit in tali statu recusari, nisi ex causis a iure permissis, Glos. in dicta l. apertissimi in verb. recusare, vbi Ias. nu. 17.
20 & seq. & infra dicam. Si vero antequã causa sit instructa allegatur iudex suspectus, quia sumus in principio causæ, facilius Signatura ab eo illam auocat, & alteri, addita sæpe clausula de consensu partium eligendo, demandat, secus verò quando causa est instructa, quia si non apparet de legitimis suspitionibus nõ solet dari talis cõmissio, ne via ad lites immortales faciẽdas aperiatur, si remoueretur præcipue, quando iudex partibus auditis pluries, visis actis, & iuribus plene edoctus de meritis, causam expedire vellet, stante regula, quod ꝑ iudice ius assistat; nec præsumitur animã suã pdere velle, & si talis suspitionis allegatio ita passim admitteretur, esset in potestate malũ ius fouẽtis immaginare, & proponere causas de iure, nec legitimas, nec veras, ex qbus, & causa intrigaret, & expeditio, Ferret. cõs. 66. n. 2. vol. 1. l. 11. C. de off. ciuil. Iud. Bal. in l. vnic. in fi. C. ne qs in sua iurisd. Castr. cõs. 220. col. 5. vol. 2. Alciat. de Præsump. reg. 3 præs. 9. nu. 1. c. abbate de verb. sign. c. cũ olim, el 2. vbi glos. antepen. de præsump. c. cũ Ioãnes de fid. inst. l. certi,
21 C. de iudic. Nã multoties non sunt suspecti Iudices, sed tales partes eos vocant absq; causa, volentes in possessione, spolio, vsurpatione, aut similib. se confoueri, solutioneve effugere, ideo, aut repellenda, aut maxima cõsideratione petita tractãda, & cõcedenda veniũt, Rem itaq; redeundo dicebã de Iure ca-
22 nonico fore plenæ causas suspitionis probãdas, licet satis de iure ciuili sit iuramentũ, Rolan. a val. cons. 31. nu. 26. vol. 3. Alex. cõs. 104. nu. 4. vol. 5. Dec. in c. postremo col. 2. de app. Andr. Gayl. d obseru. 33. nu. 16. Tamen non
23 habet locũ iuris canonici dispositio, in arbitri, consultoris, notarii, siue procuratoris recusatione, nã sufficit in istis pro ratione voluntas, Ancher. cons. 163. nu. 2. Dec. in d. cap. postremo. nu. 2. de App. & ratio est, qa facillime loco recusati, alter subrogatur, & ob id inter ius canonicũ, & ciuile in hac recusatione nulla adest differentia, quia solũ iuramẽtũ sufficit, Rol. a val. d. cons. 31. nu. 25. vol. 3. Ancher. cõs. 264. Rot. Innocen. decis. 189.
24 nu. 9. At quando in totũ delegatus causam subdelegauerit, si subdelegatus allegatur suspectus, nõ sunt tũc aliter Arbitri eligendi, sed causæ suspitionis corã subdelegante probandæ, etiã si simus in facto, ꝙ executorem dederit, Fely. in c. sup quæstionũ, nu. 19. vbi
25 Abb. de off. deleg. Et quãuis (vt dixi) sufficiat in aliquo casu iuramentũ, quo ad ꝓbandã iudicis suspitionẽ, vt effectũ pariat, tamẽ opus est, ꝙ nõ ex se ipso quis iuret, sed ꝙ a iudice, seu alio potestatẽ habẽte, iuramentũ deferatur, vt p. Ruy. cõs. 6. nu. 6. vol. 4, l. 3. in princ. & §. fi. vbi Bal. ff. de iur. iur. Io. Bapt. Caccialup. in trac. de debit. susp. & fugit. in 6. q. principali col. antepe. vers. itẽ aduerte, ratio est, in promptu, nã si recusationẽ iudicis iure iurando qs affirmare tenetꝰ, nõ põt ex se ipso iuramentũ suscipere, qa non hẽt authoritatẽ. Sed quãdo

copia haberi potest, per iudicem est deferen-
dum, sin vero prçstandum coram probis, &
honestis personis, Ruin.d.cons.6.num. 8.c.
fin.de app.l.1.C.de his quç per met.Iud. Im-
mo quod plus est, etiam iudicialiter fieri iste
actus debet, quia recusatio extra iudicialiter
facta, nec valet, neque vti nulla, venit atten-
denda, nam in terminis iuris communis li-
bellus offerendus est, l.fin.C. de iudic. Bald.
Salyc. & scribentes in d.l. Apertissimi, Ruin.
d.cons.sexto, numero decimo, vti in simili
protestatio non tenet facta extra iudicium,
parte absente quando requiritur eius pre-
sentia, l.in contractibus, §. in omni tempore
C.de non nu.pec.l.vt perfectius, C. de exce-
ptio. Ruin. vbi supra, nu. 10. Si vero Procu-
rator aliquem iudicem, vel alium, vt suspe-
ctum allegare, seu iurare velit, nisi speciali
mandato sit suffultus id facere non poterit,
quia cum in animo principalis suspicio con-
sistat, non potest declarare abscōdita cordis
sui, vel eius voluntatem, absque mandato,
prædicto, quod ex abrupto ad eum non per
tinet, Rol.a val.cons. 19.num.1.2. & tertio,
vol.3. Alexand.cons.78. num. 14. volum. 5.
Paris.cons.31.numero 72.112.& 115.Vol. 1.
capitulo causamque, de elect. Felin.in ca.1.
vt lit.nō contest.l.si procuratorē ff. de cond.
27 indeb. Verum si ambarum partium procu-
ratores de communi consensu in Ro.cur. Iu
dicem obtineāt, postea non possunt princi-
pales illum, neque recusare, neque allegare
suspectum, cap. olim, de caus. pos. & propr.
nisi probato, quod noua superuenisset cau-
sa, Ang.post alios ibi per iura add.in d.l.quia
poterat, Imol.in capitulo primo, numero 8.
de Iudic. quod comprobat, Ias. in d.l. Aper-
tissimi numero secundo, neque quod plus
est, loci non tuti potest exceptionem oppo
nere, Ancher. cons.158. numero 19. quod
28 verum credo, per ea, quæ supra in proxima,
commissione retuli. Quamuis electio loci
non tuti facta per procuratorem, dissentien
te suo principali, l.(vt dixi) ea, quç in suo ani
mo consistunt ignorat, ipsi principali non
præiudicet, decis. 5. de dol. & cont. in antiq.
Clem. pastoralis §.Pisana de re iud. Ias. cum
late add.in cons.86.numero 13. Vol. tertio,
29 Sed quid, in eadem causa duo sunt Iudices,
vnus vti suspectus recusatur, alter non, &
habent iurisdictionem in solidum, nihilomi
29 nus si ꝓcedūt, an valebit ꝓcessus Abb. Fel.
& Dec. in c.cum super de Iudic. Achil.dec.2.
de except. vel si remouetur Iudex, alter in
literis datus, in eius locum suffultus, ante il-
larum præsentationem, habebit iurisdictio-
nem in nube, neque illam exercere poterit,

nisi post præsentationem, Feder.de sen. cōs.
24. numero primo, & per tot. Eo autem su-
30 spectus dicitur iudex quādo plus vni parti,
quam alteri fauet, & tunc per alium recusa-
ri potest. Dec.cons.256.numero 4.capit.ac-
cedēs, el 2.ibi nimis fauens vbi Abb.vt lit.nō
cōst.ac etiam si alterius partis defensionem
suscipiat, consiliumque, seu fauorem, præ-
beat, cap. causam quæ; & capit. cum R. Ca-
nonicus, de offic.deleg.Franc.in cap.postre-
mo, vbi dd. de App. Alex.in l.solent, num.8.
vbi Ias. numero primo, ff. de iur. omn. Iud.
Paris.cons 31.numero 93.vol. primo, Præ-
31 terea, si iudex testis fuerit pro vna parte, ab
alia recusari poterit. Franc. Aret.cons.20.nu
mero quinto, Spec. in tit. de Iudic. deleg. §.
superest, vers. item quia fuit testis in causa;
Abb.& Modern.in capi.dilectus, de test.l.fi.
32 in fi.C.de offic.asses. Ac etiam si procuraue-
rit se in iudicem deputari in causa, Spec. in
tit.de iud.deleg. sed §. superest, vers. item si
se ipsum. Præterea si fuerit compaternitas,
33 inter iudicem, & partes, poterit allegari su-
spectus, Ias.in l. Apertissimi, num.7. vers.se-
xta causa est, C.de Iudic. nam consanguini-
tas spiritualis non extenditur vltra personā
Baptizatam, & baptizantem, ac patris, &
matris eorum, & hoc in personam sustinē-
tis, fac. Conc.Trid.in cap. 2. sess.24. de refor,
Bulla Sanctissimç, & recolēdissime memo-
riæ Pij Papæ V. edita de anno 1566. 4. Calē-
das Decembris incipiēs cum illius vicem]z.
34 Aliæ autem causæ, ex quibus Iudex allegari
potest suspectus, innumerabiles sunt, quas
relatas ab aliis scribentibus sigillatim recen-
sere nolui, cū ibi videri possint, & laboriosū
esset, & extra nostri tractatus intētionē, de
quibus per Ias.in d.l. apertissimi, a princ. vs-
que ad numerum 10. Lanfr.de Orian.in sua
prax. in verbo recusationes, num.19. & seq.
Marant.de ord. Iud. in verbo, & quandoq;
appellatur a num. 28. vsque ad numerum
37.Abb.in cap.conquerente num. 10.& seq.
de rest.spol.Fely. in c. causam quæ vbi Glos.
nu.2.& in cap. super eo, nu. 3. & seq. de off.
deleg. Marant.eod.loc.par.6.in verbo appel
latio a nu. 26. vsque ad 76. Apostil.ad Bart.
in dicta l.apertissimi Fely.Franc.Card. Alex.
in capitulo postremo de App.Aufr. in dicto
trac.de recusa.capitulo vnico per totum, li-
mita verò suspitionem in iudice parum
parti amico non habere locum, quia non
sufficit leuis amicitia ad iudicem repellen-
dum, Abbas in capitulo accedens, el se-
condo, numero octauo, vt lit.non contest.
36 Philiph. in capitulo causam, quæ numero
vigesimoprimo, de Appellation. sed si
vltra

vltra causas a iure expressas, videt iudex, qđ æquitas, vel conscientia suadent, ne in causa se vlterius ingerat, debet ex se ab vlteriori processu abstinere; vt puta, si secreto odio aliquem prosequatur, seu inimicitia, & similibus, Innoc. in cap. cum speciali, num. 3. versic. Super his, de appellat. Hinc est, quod
37 quando est suspectus Episcopus, non solũ eius Vicarius, sed tota Curia Episcopalis suspecta redditur, & allegari poterit, Franc. in cap. dilectus, colum. 10. & in cap. postremo, colum. 7. in 12. casu de appellat. Imol. in cap. insinuante, de offic. deleg. Ias. in dicta l. Apertissimi, numero nono, versic. Immo tota eius Curia, & cum eo. Bero. in capitulo primo, num. 123. de iudic. qui nihilominus in causa suæ Ecclesiæ etiam iudex esse valet, nisi recusetur vti suspectus per partem, Dec. in cap. postremo, num. 13. de
38 appellat. Vnde in consequens ordinarius in causa sui familiaris, in octo capitibus, relatis per Felin. in cap. causam, num. 3. de offic. deleg. suspectus recusatur. Aduerte tñ quando recusatio iudicis fit ex aliquo iusto medio, impedit processum ad vlteriora, & sufficit, quod causa, quæ allegatur sit talis, quę si probata esset, legitima reputaretur; & licet per recusantem in illum iudicem fuerit consensum, tamen quia iurauit in recusatione causam suspitionis allegatam, denuo ad eius notitiam superuenisse sufficit, cap. insinuante, de offic. deleg. Veral. decisio. 7. per totum, parte tertia, & ideo semper in talibus recusationibus vtuntur supra dicta cautela. Sed quæro, quando sit huiusmodi exceptio proponenda, & communis scribentium est sententia, quod ante litem contestatam, vt omnes in d. l. apertissimi, Capr. in tract. prærog. num. 87. conclus. 12 glo. & Canon. in cap. pastoralis de except. quia cum in iudicem dicatur consensum per litis contestationem, Ias. in d. l. apertissimi, num. 11. cap. inter monasterium de re iud. Capr. vbi supra, post eam, cessat recusatio, vt de communi testatur, Couar. pract. quæst. cap. 26. num. 2. Burlat. cons. 269. numero 12. volum. 3. & sic. Quando aliæ opponuntur exceptiones, si istæ suspicionis omit
39 tantur, non poterunt amplius opponi, quia per omissionem illis renunciatum videtur, & valet processus, Innoc. in d. c. inter monasterium, num. 1. & 2. de re iud. Bar. in l. quidam consulebant, num. 6. qui dicit non procedere in clerico, ff. eod. tit. & in l. fi. C. de iudic. Lanfr. loco proximè citato, nu. 1. Idq; declara, & intellige, quando in initio aderat causa suspitionis, vel pars eam sciebat, secus autem si ignorabat, vel non aderat, ignorantia autem præsumitur in hoc, nisi probetur scientia, Veral. d. decis. 7. num. 4. par. 3. nã ratione naturali id comprobatur, quia non potest præsumi, qđ scienter coram iudice suspecto causam quis agere, velit, vnde me-
40 rito talis ignorantiæ suspicionis causam allegans, iurciurando eam probat, Ang. in d. l. nemo carcerum, C. de exact. lib. 10. text. in d. cap. pastoralis, de except. ratio est, quia in animo conscientia consistit, & ideo non potest alias, quam per iuramentum probari. Quod verum intellige, quando ex facti qualitate adsunt vehementes præsumptiones, siue notorietas, vel ignorantia verisimilis, vt in decis. 19. num. 2. & 3. de dolo, & cont. in nou. Dec. in cons. 256. nu. 9. & latè Mainers. in addit. Ad Roman. cons. 398. num. 52
41 Idem autem censendum erit, si post litem contestatam denuo emerserit suspitio, quia similiter hoc casu habebit locum recusatio, adeo, quod, siue vt delegatus remoueatur, vt per glo. in l. 2. C. de concord. eiusd. lit. & glo. in cap. cum speciali de appellat. vt Ang. & Castr. in d. l. apertissimi, siue qđ ordinario adiunctus detur, vt ibidem Capr. num. 2. & latè Couar. d. c. 26. num. 2. pract. quæst. Felin. in cap. cum specialis, num. 17. vbi Dec. num. 9. de except. Franc. in capitulo cum speciali, num. 22. de appellat. Ampliatur quoq; supradicta, si suspicionis causa deueniat denuo ad notitiam, in quacumque parte iudici, secund. Felin. in cap. insinuante, num. 15. de offic. deleg. licet ibi Domin. contrarium asserat; cuius opinionem non fore sequendam, ibidem tenet, Imol. num. 15. quod ordinariè intellige, procede
42 re, antequam in causa sit conclusum, quia post non potest suspectus allegari, Felin. in cap. cum dilectus, num. 6. de fide instrum. & in dicto cap. insinuante, nu. 15. nec tunc attenditur relata distinctio sciẽtiæ, vel ignorantiæ, quæ adhibetur post litem contestatam, vt dixi, & per Couar. dicto cap. 26. nu. 2. consueuit nihilominus Signatura post conclusum in causa, ratione allegatæ suspitionis, dare interdum adiunctum, vt per Staphyl. de lit. iust. versic. dantur litterę, numero tertio, fol. mihi 129. in alijs, nempè causis, nisi vehemẽs vrgeat suspitio, vel iustificetur petita, denegatur audientia, vt ibidem Staphyl. versic. si appellatus, sub numero quinto, fol. mihi 136. Quamuis secus sit in exceptione fori, quæ semper opponi potest etiam si de nullitate dicere sit sublatũ gl. in cap. 1. de seq. poss. & fruct. Fel. in rub. de for. comp. nu. 2. Et quando in causa dicatur

43 tur conclusum. Vide Abb. in cap. cum dilectus, num. 8. de fid. instru. Sed in hoc ad vnum animaduertas, quod licet per citationem ad sententiam in causa conclusum dicatur, Rom. cons. 20. num. 2. Ruin. cons. 6. num. 13. volum. 4. tamen id intelligitur respectu obtinentis citationem, & illam exequi curantis tantum, Bero. quæst. 124. nu. 3.
44 Solent autem incauti iudices, putantes tutè loqui posse, post tentū, seu seruatū terminum ad sententiam, animum suum propalare. Tuncque sumpta occasione calidi procuratores; curant denuo citari partem colligātem ad dicendum contra iura, & in termino citationis, noua producere nituntur, vel petere calculari, corrigi registrum, seu alia deducere, ad hoc, vt ob eorum productionem terminus circumducatur, quo circumducto, ex eo, quia animum suum iudex propalauit, eum allegant suspectum, Fatuus itaque iudex non sit, immò magis procuratore cautus, ne animum suum aperiat, at si forte verba emisit, videns ad rē iura non facere, & quod cauillosæ ad litem protrahendum id procuretur, & fiat, vel citra præiudicium termini tenti, iura ad partes poni mandet, vel obuiādo malitijs, causam expediat, ex ea vero admissione, & positione ad partes, non videtur circumductus terminus ad sententiam iam tentus, poteritque postea ne partis defensiones pereant, si ad causam facere iura sibi videbūtur, mandare in actis poni, ac de actis fieri, quia tunc etiam ad causam facientia admittere tenetur grauaret, & non admissione, daretur alias appellatio, sed subscripta per eum sententia, non potest amplius allegari suspectus, Couar. Pract. quæst. 126. num. 3.
45 Demandatur multoties causa plurib. iudicibus, cum clausula, si non omnes interesse poterunt, &c. euenit, quod aliqui eorū allegantur suspecti, isto namque casu non aliter arbitros fore eligendos, vt iudicent de causis suspitionis, puto, quia id cognoscere, ad coniudices superstites pertinet, c. si contrà vnum, de offic. deleg. in 6. licet Couar. loco supracitato, numero quinto, teneat cōtrarium, ea nempè motus ratione, quia si in solidum supradictis iudicib. data reperitur iurisdictio, aliquibus impeditis, cæterorum officiū silere debet, vt latè per eum. Quan-
46 do parti est iudex suspectus, per Signaturā illi non solet rescribi, neque etiam ex certa scientia, tex. est in cap. cum inter, de except. neque id facere Principi minus conuenit; Abb. in cap. ad hæc num. 8. de rescript. Ratio est, ne iniuria oriatur, vnde ius speratur nā de facili pars, cui est suspectus, grauare-
47 tur. Suspecto autem iudici, Papa, vel Princeps, nec potest, nec debet negotia, vel causas, demandare, tollendo omnem recusationem, neque denuo iudici, a quo causam appellationis, absq; partium consensu cōmittere. Villal. com. opin. in littera P. num. 21. cum seq. Abb. de communi, in cap. ad hæc nu. 8. de rescri. Sed vtrum arbiter, seu arbi-
48 trator possint dici suspecti? Datur aūt differentia, quia ille arbiter dicitur, qui iuris ordine seruato, procedere debet, sed arbitrator, maiori est auctoritate suffultus, Innoc. in cap. quintaualis circa med. versic. Item nota differentiam, de iureiur. Bald. in marg. ad Innoc. versic. Arbiter 7. & in l. fin. quæstio. 3. C. de contrahend. empt. DD. in l. 1. ff. de arbitr. licet interdum ex conuentione, de consensu partiū detur ipsis facultas procedendi de facto, & sententiandi de iure, l. non distinguemus, §. cum quidam, vbi DD. ff. de arbitr. Lanfranc. in tract. de arbitr. parte 7. quæst. 34. ac etiam post litem contestatam, gl. in d. §. cum quidam in verbo o species, Ang. in l. fi. C. de fer. ac post conclu-
49 sionem in causa (vt dixi) Arbitria redacta ad instar iudicum ordinariorum sunt, quia iudices, & arbitri æquiparantur, l. prima, ff. de arbitr. Specul. in titulo, de libell.
50 concept. §. restat, versic. Sed nunquid corā arbitro. Vnde sicuti ex causa recusari iudex potest, ita etiam arbiter, secus autem in arbitratore, d. l. 1. Vbi Doct. ff. de arbit. l. Episcopali, C. de Episc. aud. Lanfranc. in d. tract. de arbitr. par. 7. quæst. 24. & in cap. quoniā contra in verbo recusationes, num. 3. & 5. de probat. Et ideo, quia arbitratores possūt
51 procedere de facto, & de iure, vt ex supradictis patet, non valebit compromissum, antequam sit per arbitros acceptatum, Gabr. lib. com. opin. latè lib. 2. in tit. de arbitr. con
52 clus. 2. Assessor suspectus datus iudici remouetur de iure, Abb. in cap. 2. nu. 14. de iudic. vbi Dec. in 1. lect. num. 17.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, collegium, & Synodus, an possint allegari suspecta, vsque ad num. 3.*
2 *Recusatio iudicis, & appellatio, de pari procedunt.*
4 *Rota non est suspecta, si Rotæ auditor in ea causam habeat.*
5 *Concilium generale non potest vti suspectum recusari.*
6 *Princeps superiorem non recognoscens non potest suspectus dici.*

Religiosi.

7 Religiosi perfectè obseruantiæ, an possint recusari suspecti.
8 Iudices omnes etiam legatus de latere, qui superiorem recognoscunt, suspecti allegari possunt.
9 Recusatio iudicis non in voce, sed in scriptis facienda venit.
10 Delegatus, & ordinarius etiam, qui in vna causa pronunciarūt in alia simili potest dici suspectus, & num.8.
11 Iudex possessorij non potest in iudicio petitorij dici suspectus.
Declara, vt num.12.
13 Episcopus lata sententia, si postea Archiepiscopus efficiatur, & eadem causa sibi committatur suspectus potest recusari.
14 Episcopo suspecto allegato, si moriatur nō erit eius successor suspectus.
15 Episcopo suspecto allegato, quando sit eius Vicarius suspectus.
17 Facti diuersitas iuris, & resolutionis pariter diuersitatem operatur.
18 Episcopus cui causa est cōmissa, si creatur Archiepiscopus, quando causam cognoscere possit.
19 Iudex suspectus recusatus, si ad vlteriora procedat an nulliter faciat.
Declara, vt num.20.
21 Iudice suspecto allegato, si ad vlteriora procedat est appellandum ab vlteriori processu, & numero 28.
22 Ordinario suspecto allegato, olim associebatur Episcopus, sed non hodie.
23 Episcopo suspecto associari Archiepiscopus potest.
24 Iudex cui adiunctus datus fuit, solus procedens, nulliter facit.
25 Recusans iudicem, si postea simpliciter coram eo compareat, recusationi renunciasse censetur.
27 Iudex spreta appellatione ab vlteriori processu in causa procedens nulliter facit.
28 Iudex delegatus ex se suam moderare inhibitionem nequit.
29 Iudex delegatus a Papa potest ad Cancellariam Apostolicam remittere causam.
30 Princeps, neque de plenitudine potestatis iudici suspecto rescribere potest.
Declara, vt ibid.
31 Recusatio iudicis, an sit de iure naturæ, vel positiuo.
32 Adiunctus iudici ordinario dari solet.
33 Adiunctus iudici datus, eius suspitionem tollit.
35 Iudex, qui vnius partis fuit aduocatus, ab alia recusari potest.
35 Iudici delegato non datur adiunctus, sed in totū remouetur.
36 Iudex delegatus, & ordinarius ambo allegari suspecti valent de iure canonico.
37 Arbitrio super iudicis suspitione electi differunt de iure ciuili, & canonico.
38 Signatura iustitiæ solet in Curia, tam delegatis, quam ordinarijs aliquando dare adiunctum.
39 Neganti ab initio iurisdictionem non potest tacitus consensus imputari.
40 Consensus ad vnum effectum non operatur, quo ad alium.
41 Recessum a prima protestatione, quando non dicatur.
42 Protestationem in omni instantia non continuans, ab ea recessisse videntur.
43 Priudicialia in omni actu in iudicio repeti debent.
44 Iudex si sit suspectus, & talis nō allegetur, dicitur approbatus.
45 Iudicem impetrans, non valet ipsum recusare.
46 Iudex procedens ad vlteriora, tacitè exceptiones repellit.
47 Iudex si se remotum sciat, nulliter a die remotionis procedit.
48 Iudex aliquem grauando efficitur suspectus.
49 Iudicia claudicare non debent.
50 Iudex in litteris datus, quando suspectus allegari valeat.
51 Litteræ, & rescripta Apostolica, a iure communi informantur.
52 Clericus litigans cum eius ordinario, quando ab eius iurisdictione remoueri petat.

CAP. II.

1 Subsequenter ponamus, an tota Ciuitas, vniuersitas, Collegium, Synodum, & similes, allegari suspecti valeant. Videtur autem quodammodo calumniosum, quod oēs vnius Ciuitatis, vel Collegij iudices suspecti dicantur, vt per Alber. in d. l. apertissimi in fin. C. de iudic. Sicque quando id fit, maliriose, & in fraudem fieri censetur, vt idem Alber. in secunda parte statuti, quæst. 101. vbi a magnis auctoritatis hominib. totum Collegium recusari non posse, se audisse asserit, nā dum quis aliquos habet suspectos, vt eos sigillatim, & in specie nominet, necesse est, quibus postea, è Collegio demptis, cęteri non suspecti iudices remanebūt, Vehemētissima vrget præsumptio pro probitate, ingenuitate illorum, qui huiusmodi synodo, collegijs, & vniuersitatibus sunt electi, & propositi, vnde fit, quod non omnes vti allegantur sint reputandi, quia si pro iudice solo præsumitur ? Alciat. de præs. præs. 3. reg. 9. num. 1. & seq. multo magis pro collegio, synodo, vel vniuersitate. Con-

Contrariam verò affirmatiuam sententiam communius a nostris iuris interpetribus sequutum reperio, pro qua primo videtur facere text. in cap. ex suscepto, vbi Abb. numero quarto, de for. comper. Dec. qui de communi attestatur, in cap. 2. num. 15. in prima lectura, de iud. Cald. in cons. 56. incip. an officialis, num. 1. de appellat. Andr. Sicul. in tract. de præst. Card. part. 2. quæst. 3. qui pariter hanc esse communem opinionem asserit, Felin. in cap. 1. num. 6. de iudic. Bursat. cons. 269. num. 25. lib. 3. Rationes in promptu afferuntur, quia recusatio, & appellatio de pari procedunt, & æquiparantur,
2 tur, capit. super, de appellat. Lancell. de attent. post recus. iud. num. 8. §. & seq. Vnde sicut a gestis per synodum, & alijs narratis potest appellari, ita pariter, & recusari, cap. multis 17. dist. Franc. in cap. postremo, q. 8. de appellat. Pterea habemus textum clarum in clem. pastoralis, §. Pisana de re iudic. Ob id sola appellatio, probato grauamine, sufficit ad allegandum iudicem suspectum Felin. in cap. ad hæc, el primo, numero 1.
3 & 3. de appellat. Quid igitur tenendum in hac Doctorum varietate, & breuiter dicendum videtur, quod existentibus illis, qui præsunt synodo, collegio, seu vniuersitati, vel consilio, quibusve cæteri obedire tenētur suspecti, pariter totum collegium erit suspectum, & ita procedit secunda Doctorum sententia, Abb. in cap. 1. num. 14. de iudic. vbi Dec. num. 15. versic. quod verum nā quando aliquid fit, opera mea, si ab alio fiat, perinde est si mecum fieret, Alber. in secunda parte statut. quæst. 101. Couar. pract. quæst. c. 26. n. 1. & eo magis si procurauit, & affectauit pars aduersa causam illi committi, augebitur suspitio, Spec. in tit. de iud. deleg. §. superest, versic. Itē si ad petitionē Bal. in l. q iurisdictionē, col. 1. ff. de iur. omn. iud. Franc. in d. c. postremo in 22. casu, suspitionis, de appellat. Dec. in cap. cæterum, numero 13. de rescript. quem vide pro declaratione, l. 1. §. obseruandum, C. de iudic. Nā quando caput dolet, omnia membra languunt, declara supradicta, secund. Felin. in cap. 1. nu. 6. versic. Quod ego intelligerem, de iudic. dummodo caput sit tale, quod vniuersitas, synodus, consilium, vel collegium illi non audet contradicere, & illi subsint, sed si aliqui ex collegio, synodo vniuersitate, vel consilio, sunt suspecti, præfata nō procedunt, nam vt tenent Doctores primā sententiam sequentes, ipsis sublatis, alij iudices remanebunt, numerus nempè illorum ad iudicādum aptus sufficiens erit, paucorum vero suspicio, ad omnes de collegio remouendos, non sufficit, vti declarant communiter Canon. in dicto ca. 1. de iudic. Et ideo,
4 si in Sacro Rotæ Auditorio causam Auditor habeat, nō allegatur tota Rota suspecta, Sed si causa discutitur, erit Auditor ille eo instanti amouendus a Rota, postea per alios Dominos de collegio causa terminanda, ea ratione, quia cū sit in causa propria, æquitas nō petitur, vt intersit, quando eius, vel consanguineorum, vsque ad quartum gradum, iuxta sacri illius tribunalis sanctiones, ac reformationes tribunaliū vrbis, fel. recor. Pij IIII. quod ēt, vt dixi seruatur in Signatura, dū causa discutitur, & sic quamuis in illa sit ipse suspectus, tñ nō alij, quibus vti pares non potest imperare, nec illi subsunt, immo in dubio contra coauditorem pronunciant; Fallit tamen, quod supradictum
5 est, in concilio generali, in quo nulla cadere potest suspitio, vt d. c. 1. num. 6. de iudic. Felin. dicto numero 15. & seq. versic. omnia ista, & Dec. num. 15. versic. opinio tamen, glo. Abb. num. 14. licet aliquantulum in hoc claudicare videatur, Fallit, secūdo in
6 Principe superiorem non recognoscente, quia in ipso cessat omnis recusatio, cum sit Dominus, neque habeat superiorem, Paris. latè cons. 31. num. 87. & 105. vol. 1. Rolan. a Val. cons. 19. per totum, volu. 1. Fallit tertio in Religiosis habentibus qualitates ob-
7 seruantiæ perfectæ, quia neque vti suspecti recusantur, vti ponit Paris. in d. cons. 31. numero 101. exemplum in fratribus Cartusiēsibus, Franc. in dicto cap. postremo col. 5. quæst. 6. de appellat. & ita de consuetudine seruari testatur, Alberic. in d. quæst. 101. in fin. Paris. dicto cons. 31. num. 99. nam licet præsumatur pro integritate Collegij, synodi, & similium, ac eorum præeminentia, ac integritate, adeo qđ non sit quodammodo cogitandum, vt in eis suspitionis labes cadere possit, tamen hoc dato, non obid sequitur, quin suspecti allegari nequeant, qa
8 habemus regulam, Quod omnes iudices, dummodo superiorem recognoscant, legitima tamen subsistente causa, suspecti allegari possunt, vti etiam Cardinales legati de latere, cap. nouit vbi Abb. & Doct. de appellt. Paris. dicto cons. 31. num. 97. Rol. a Val. cons. 19. num. 17. volum. 3. Felin. in capitulo cum inter colum. 6. de except. Barb. in tract. de præst. Card. parte secunda, quæ-
9 stione tertia, principali in princ. At si fiat supradicta recusatio, non voce, sed in scriptis erit facienda, Salic. Fulg. Ang. & alij in l. cū speciali, C. de iud. Fed. de Sen. cons. 24. vbi etiam

etiam ante præsentatum rescriptum suspectū allegari posse iudicem tenet, Franc. in cap. cum speciali de appellat. allegatę autem causę a partibus pede plumbeo sunt cōsiderandę, & maxima maturitate, sicut sapientissimæ, more solito Domini mei sem-
10 per colendissimi faciunt rescribeudo. Præterea dicere non omittam, quod delegatus, qui in vna causa pronunciauit, si aliam simi lem habeat, potest iuridice suspectus allegari, cum impossibile sit, quod in eodem facto, licet respectu diuersarum personarū, diuersum habent animum, Franc. Aret. cōsilio 29. num. 25. versic. Quid si delegatus Innoc. in cap. irrefragabili, in princip. de offic. ordin. Capic. decis. 146. vel saltim talis erit legitima causa, quod pars de eo confidere non possit, & sic merito pro eius re-
11 motione, instare valebit. Hinc videre sequitur, an iudex ordinarius, vna causa ab eo cognita, & finita, pariter in cognitione causæ illi connexæ, remaneat suspectus, adeo quod, in alia simili recusari valeat, & breuiter dico, Si agatur possessorio, eo finito remanet iudex consequēter in petitorio, quia nihil commune inter se ista iudicia habēt, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. & decretum possessorium de manutenendo, est interlocutorium, cap. fi. § de possessione, 2. quæst. 6. Grau. cons. 140. numero quarto, vt latius dixi in commissione appellationis in causa possessorij, ob id non datur appellatio suspensiua, vnde merito met iudex in causa petitorij remanet, Benint. decis. 29. num. 6. Fed. de Sen. cons. 79. num. 6. Contard. in l. vnic. C. si de mora poss sess. in secunda ratione decidendi, num. 10. Et quamuis super possessorio sententiam tulerit, tamen in petitorio non potest recusari, & licet respectu eiusdem subiecti causæ istæ videantur connexæ, nihilominus, habent separatam defensionis materiam, d. §. nihil commune. Tamē id verum intellige,
12 ac procedere in possessorio, quod cum petitorio, neque concurrere, neque cumulari potest, vt declarat Bar. in l. nulli, numero primo, versic. Sed contra hoc oppono, C. de iudic. Vel si diuisio non esset necessaria, vt casum habemus in l. nam & si fur. ff. si certum petat. & ad hoc vt præsens regula locū habeat, opus est, vt reus opponat, quod appellatio non intrat, Innoc. in cap. cum M. Ferrariensis, num. 1. de constit. Bal. in auct. Sed nouo iure, num. 9. C. de seruit. fugit. & in capit. 1. de consuetud. feud. int. par. Igitur coram iudice, qui in possessorio pronunciauit, causa in petitorio ordinariæ erit tractanda, dummodo non sit alias legitimè suspectus, & id, quia est bene de meritis instructus, vt supra dixi, & de huiusmodi possessorio, quando admittatur appellatio suspensiua, nec ne, dixi latius in commissione appellationis in causa possessorij, & Aegidianæ, vbi vide. At in alijs negotijs, quando iam primus iudex causam expediuit, optimè, ac iure medio, in connexa potest allegari suspectus, ratio (vt dixi) est, quia non est cogitandum, quod contra aliam in causa connexa diuersam, a prima ferat sententiam, stāte, quod iam semel animum suum declarauerit. Vnde in pari casu etiam dico, quod si
13 Episcopus ferat sententiam, & postea creetur Archiepiscopus, quamuis nouæ fieri valeant probationes, ex quibus forsan opinio iudicis mutari poterit, quia vehementissima oritur præsumptio, quod neque recedere a lata sententia, immo illi fauere, ac tueri velit, ideo poterit recusari, vti suspectus, Specul. in tit. de iud. deleg. §. superest, numero 14. versic. Item si prius, & in §. nunc tractemus, in fin. de appellat. Butr. in capit. querelam, super prima glo. de elect. Sed allegato Episcopo suspecto, si interim moria
14 tur, non erit suspecta persona successoris, nisi fuerit recusata dignitas, & dignitatis nomen, quia tunc etiam in successores causa suspitionis duraret, Tiraquel. de causis cess.
15 par. 1. num. 220. Et an Episcopo allegato suspecto, sit suspectus eius Vicarius, vide Bal. in l. 1. num. 4. C. si qua præd. Auctor. Rim.
16 cons. 139. num. 4. & seq. vol. 3. Et circa hoc non omittam dicere, quod in causa suæ Ecclesiæ nisi suspectus allegetur, iudicare poterit, Prælatus, Felin. in cap. cum venissent, nu. 1. vbi Abb. de iud. vti iurisdictionē in causis suę familię, nisi recusetur exercere, Bart. in l. si quis, C. de Episc. & cleric. Prę terea, si exequutor legati pauperibus relicti Episcopus fuerit, & pro illis faciat procuratorem ad lites, nihilominus eius Vicarius iudex erit competens, & licet idem tribunal tamen non de re Episcopi, sed pauperū cognoscit, de quo, & quando in causa suæ Ecclesiæ iudex esse possit, vide Innoc. in capitulo nosti, numero primo, de elect. & latè Alex. cons. 19. colum. 2. versic. quis igitur, volum. 2. Supradicta intellige, fortius procedere, quando sunt plures rei in vna causa idem interesse habentes, quia si feratur sententia, & propalatus fuerit animus in causa vnius, cæteri idem ius habentes (vt dixi) illū iudicem recusare possunt, quod ita de plano non procedit in alijs, quia non datur adeo casus similis, quod non inducatur variatio,

exem-

exemplum poni potest in magna hominũ caterua, nam omnes os, oculos, nares, barbam, frontem, & alia membra habent, tamen non similia inter se, sed diuersa, adeo quod talis diuersitas etiam minima, nõ reddit similes, sic in litibus, licet valeat aliquãdo factum, ceu simile dici, tñ qñ datur in eo aliqua diuersitas, adeo alterantur, eius qualitates, q̃ decisiones factæ in alia cã, ipsi adaptari nequeunt. At quando prorsus sunt eędem rationes, non valet iudex, absque inconstantię labe pro secundo, & alijs contra latam sententiam iudicare, nisi eo modo, & forma, quibus ꝓ primo iudicauit, vnde, quia iã in simili causa animũ suũ semel patefecit, ius permittit, vt allegetur suspectus, Franc. in c. postremo, versic. vigesimoseptimo, de appel. Marant. cum latè addit. de ordin. iud. parte sexta, in secundo articulo
18 principali, num. 61. Sed quid, si iudice suspecto recusato, non obstãte tali recusatio-
19 ne ad vlteriora procedat, an nulliter faciat, quęro, quia cum non sit post recusationem æqualis conditionis, sicut erat prius, ante recusationem, & turbida reddita fuerit eius iurisdictio, ac in suspensũ redacta, ad vlteriora procedere non valebit, Bart. & DD. in l. quia poterat, ff. ad trebell. Marant. de ord. iud. in verbo, quandoq; appellatur, nu. 24. Rom. cõs. 220. nu. 23. & seq. Gem. in cap. iudex, de offic. deleg. in 6. Oldr. cons. 6. Thema est, Bald. in marg. ad Innoc. in verbo processus, Vant. de nullit. sent. ex defect. iurisdict. num. 140. immò non solum acta, sed sententia, cum omnibus inde sequutis erunt nulla, Bart. in d. l. quia poterat, Lap. alleg. 1. Lancell. de attent. in tit. de attent. post recurs. iudic. Quod tamẽ intellige procedere de iure ciuili, Secus autẽ de iure canonico, quia ita ipso dictante, neque sententia, neque processus sunt nulla, Put. decisione 370. in princ. lib. 1. Quamuis varias scribentium sententias circa hoc referat, Roman. d. cons. 220. a nu. 3. vsque ad 8. l. 1. C. si qua præd. auct. Innoc. in cap. cum speciali de appel. Corn. in cons. 247. num. 40. cũ addut. volum. 1. & vide omnino de hoc, Put. decis. supradicta 370. par. 1. Sed omissis multis, quæ hinc inde adduci possunt, rem perstringendo, dico, hanc quæstionem dirimi per text. in capi. iudex, de offic. deleg.
20 in 6. tres faciendo considerationes. Nam aut voce fuit recusatus iudex, & tunc gesta tenent, cum (vt dixi) in scriptis offerri debeat libellus recusationis, Ruin. cons. 6. numero decimo, volum. 4. l. fi. C. de iud. & si aliter fiat, contra iuris dispositionem, non est attendenda, sed tunc gesta valent, immo alteri causam subdelegare poterit, si erit delegatus, & ideo suspitio, quæ eius personã afficit, cessabit, qa ꝑsonalis exceptio, ꝑsonã non egreditur, l. exceptiones, ff. de except. cap. citato, 1. quæstio. 1. itaque mutata per subdelegationem persona, vana redditur suspitio, vt dixit glo. in d. cap. iudex, in verbo, proponatur, aut libellus recusationis præpositus erat porrectus, sed non ad huc pronunciatum, an legitima causa esset necne, & tunc vtrum bene, vel male fecerit procedendo, ex causę euentu iudicabitur, nam si legitimę recusatus reperitur, omnia in consequenti ab ipso gesta, erunt nulla, sin vero causæ suspitionis erunt inualidè, & illegitimè, omnia gesta in consequenti erunt attẽdenda, Rom. cons. 120. num. 7. Aut super & pro causis recusationis fuit pronunciatũ, & iudex eo non obstante ad vlteriora processit, seu inhibitus, aut appellatum, ab vlteriori processu fuerit, tunc stante sententiæ appellatione, omnia nulla, & attentata dicetur, Corne. cons. 247. num. 38. volum. 1. latè viden. Ant. Gabr. lib. 2. com. opin. in titulo de iud. conclus. 5. Innoc. in d. c. cum speciali, sicque omnia erunt irritanda, Alexand. cons. 89. num. 9. volum. 1 lib. 1. in princip. l. 1. ff. nil nou. appell. pend. cap. cum ap-
21 pellationibus friuolis de appellat. in 6. Diligens autem in hoc sit procurator, quando iudex allegatus suspectus ad vlteriora procedit, in appellando ab vlteriori processu, alias Rota pluries tenuit processum esse validum, Achil. decis. 1. de except. Veral. decis. 390. par. 2. num. 1. & simile dicendum videtur, si de iure compulsoriali agatur, vt ibidem Verall. decis. seq. 391. Et quamuis postea appellans, appellationem prosequutus nõ fuerit, nihilominus ex capite nullitatis, & nullus, & nullius roboris non solum processus, sed oĩa inde secuta erãt, latè Lap. al-
22 leg. 1. Achil. decis. 3. de except. Sed quando iudex ordinarius allegabatur suspectus, Episcopus sibi associandus veniebat, producto tamen suspitionis libello, ab ea allegante, seu instandum erat per iudicem ordinarium recusatum, vt declararet sibi per legem fore episcopum associandum, Bald. in d. l. apertissimi, num. 6. Aut si vero, C. de iudic. Quod cessat in causa, vbi infligenda sanguinis pęna veniebat, respectu irregularitatis, in qua Episcopus incurrebat, vt ibi per Bald. Hodie autem; licet forsan olim talis consuetudo iuri consona esset contrarium seruatur, quod episcopus in adiunctum detur, quia sufficit, vt alius ordinario associetur,

tur, Gugl. de cun. Bal. Sal. & Castr. in d. Auth. si vero, C. de iud. Alex. cons. 12. num. 5. volum. 6. Mandos. in commiss. deput. adiunct. in verbo adiunctũ, versic. Sed quod dicitur.

nume. 1. Decoctorem illum appellans, qui fortunæ vitio, vel suo, vel partim fortunæ, partim suo, nõ soluendo factus, foro cessit. In hac autem diffinitione mercatores, qui comparato sibi pleno marsupio fugam arripiunt, non comprehenduntur, si soluendo eis sit, vt latius inferius dicam. Tales nempe Mercatores falliti, pro confessis habentur, & torqueri possunt, vt pęcunias ipsis creditas detegant, quas non habere, seu amisisse, vel per institores sublatas fuisse, asserunt, omnis nempe coniecturę, contra fallitos insurgũt, isti enim si more antiquo cre
41 ditoribus traderentur, non essent nostris calamitosis temporibus ex malitia scelestissima tam ad pauperes decipiendos faciles, & adeo ius illos abhorret, quod cessionis bonorum beneficio miserorum refugium, & præsidium indignos facit, vt in seq. commissione dicam, & non dolose fraudantium de
42 fensio, vt bene Boer. decis. 215. num. 5. & 6. Quod pariter extenditur ad aufugientes eũ aliẽnis pecunijs, quia delictum committũt, vt ibi Boer. num. 7. Illos immunitate Eccle-
43 się, qua cęteri pro ciuilibus debitis fruuntur
44 fore indignos. Immo non obstante concordia de illis partem remittẽdo, postea totum peti iuridice posse, latissimę concludit, & bene Paris. cons. 94. num. 11. & seq. vol. primo, Io. Bapt. a Sancto Seue. in tract. de debit. fugit. q. 1. col. fin. Cepoll. cons. 9. col. 1. Vnde Valer. Max. in tit. de varietate causarum, loquens de crasso, qui diues nominabatur, di-
45 xit. Quid crasso pecunię magnitudo locupletis nomẽ dedit? Sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlusionem immisit, si quidem bona eius creditores, quia solidum præstare non poterat, venerunt itaque amara sigillatione non caruit, cum egens ambularet, qui diues ab occurrentibus salutabatur digitoq; demõstrabatur, Sed an infames tales decoctores, vel decoti sint, breuiter videamus, & insequando sententiam Strach. loco citato par. 3. num. 2. vers. Ego in vtili, at quotidiano iuris articulo, &c. Ita distinguẽdum censeo. Aut decocto est futuræ vitio, probata, vt ibi nu. 21. & tunc inter infames connumerari non debent, ex dispositione, l. debitores, C. ex qui. caus. in fam. irroge. misericordia potius præfati, vt infra dicam, digni sunt, ac talibus, telis calamitosis vexatos, vlterius punire iniquum esset, l. diuus, ff. de offic. præsid. Aut id faciunt, & incurrunt, vel satagunt, suo vitio, vel partim suo partim fortunę cum dolo malo, vel fraude, vel in honestam ducentes vitam, & prauos mores, vt dicam in fin. seq. commis. quia ex præmissis eorum gesta grauantur, erunt sunt iuris, & facti infames, ipsosque a publicis muneribus, & honoribus repellendos fore, censuit, qui nec agere, nec cõuenire possunt, vt
47 ibid. nu. 14. Subdens, nu. 22. Qñ dicuntur, fallit in necessarium consequens sunt fraudatores, ita eos vocat iure consultus, in l. quod priuilegium, ff de poss. solent autem rationes tam in libris, quam alibi intrigare, merces, & bona obligando, consumendo, & donando, ac viliori p̃tio distrahere, vt ibi
48 dem num. 24. Imo contra istos, ante diem dari pignoris persecutionem, quando sunt suspecti, & fugitiui, voluere doctores, I l. quę sitũ, vbi Bar. & alii, ff. de pig. Bar. in l. vbi nox, C. de iur. dot. & ante diem capi posse, dixerunt, Afflic. decis. 108 Paris. cons. 99. & sequ. vol. 3. Strach. vbi supra numero 54 Itaque
49 commissio nostra mercatoribus malitiose decoctis, deneganda venit. quia si indigni, sunt bonorum cessionis beneficio, multo magis dilatione (vt supra retuli) Bal. in cons. 12. in quæstione D. Milane col. pen. vers. sed adhuc restat, vol. tertio, Caccial. in tract. de debit. suspec. & fugi. q. prima, vers. illud, col. vltima. Veral. decis. 278. parte prima, Nam vt plurimum pecunias in suis manibus fisas pro se percipiunt, vnde pauperes pupilli, viduæ, orphani, & alii miserabiles sub proditoria fide decepti, suas ab eis dissipatas substantias plorant, maximisue lacrimabilibus vocibus post eos clamant, ac multoties in obscenum, & perniciem, vna cum eorũ familiis vadunt, eorũ vero iuramentis non ita de facili credendum est, iuxta Fustellini, Corn.

Peritura suo postponit munera lucro.

Mercator, stigiis non nisi dignus aquis.

Cuidamq; mercatori sese extollenti dixit Lacon. Sine miser, infelixque mercator, te iactare nam eas, quas tot periculis laboribus & annis diuitias comparasti, facile ictu oculi perdere poteris. Tunc autem non ipsi (licet tales se fingant) sed supradicti, qui eis pęcunias crediderunt, fiunt decocti, imitando cuiusdam mali mercatoris Ianuensis pessimi, vocem, dicere solentis, qui diabolum timet, (cum absque dolo difficile quis diues fiat) bona sibi non comparat, istorum vero fraudes, ex dolus & coniecturis probãtur, sed si cautionem de soluendo in fine dilationis dare voluerint, vel creditorum consensus aderit, tũc poterit concedi dilatio, vel aliud capi temperamentum creditoribus melius visum, alioquin pęnis in motu proprio contentis, de quo in sequenti commissione verba faciam, digni sunt. Sed aliam subnectamus, ea quæ maiori fieri

potest

50 potest breuitate quæstionem. Pone iam aduenit solutionis dies, creditor prorogat terminum, interim foro cedit debitor, An fideiussor hoc casu sit liberatus, & dicendum credo, quod aut fideiussor intercessit ad præfinitum tempus, puta vnius Anni, quod Titius fideliter se gesserat in arce custodiẽda, vel in tali munere sibi commisso, seu in tali anno fuerit obligatio restricta, & tunc, quia consensus partium fuit limitatus ad certum tempus, non potest ipsis insciis prorogari, Et si prorogatus fuerit, non solum non tenetur amplius, verũ liberatus censetur, tex. est in l. si cum Hermes, C. locat. l. item quæritur, §. impleto, ff. eod. tit. Alex. cons. 62. nu. 5. vol. 6. Decius in l. lecta, nu. 13. ff. si cert. petat. Aut simpliciter intercessit, quamuis expleto certo tempore ad aliud fiat prorogatio, nihilominus, dato quod id totũ fideiussor ignoret, remanet eadem irretitus obligatione, perinde ac si nulla temporis facta sit prorogatio, quia post effluxum tempus, vti principalis remanet adhuc astrictus, vt per DD. in l. si vnus, §. si cũ reo, ff. de pac. Ias. lat. in l. prima, num. 18. & seq. late, C. de Iudic. c. constitutus de fideiuss. Dies autem adiicitur differendæ solutionis gratia, ad quam tenebatur fideiussor, non obligationis, vt in primo capite, in quo limitata, limitatum parere debet effectum, idem autem, vt præpositæ quæstioni satisfaciam, dicendum erit, si interim debitor foro cedat, & eadem distinctione dubium soluendum, sed ex decis. 1. de deposit. in antiq. colligitur alia quæstio, Cãpsori tradidi, puta scuta mille, adiecta cõdictione, quod post annum, vel aliud tempus, illa restituere mihi teneretur, qui Campsor de hoc fideiussores dedit, Quando elã-

51 pso anno pecuniam petebam, enixe me rogauit campsor, vt easdem pecunias, per aliquod temporis spatium, seu annos sibi dimitterem, promittens mihi aliquid lucri certi daturum, sicuti feci, ignorantibus fideiussoribus, interim decoxit campsor, facta discussione, & reperto non soluendo, agitur contra fideiussores, qui excipiunt nõ teneri, eo quia prima obligatio depositi, fuit nouata, & per secundam concessionẽ translata, in mutuum, ad l. nouationem, ff. de fideiussor. Tamen contrarium neque nouatam obligationem ibi Rota resoluit, neque ob id recessum fuisse a primo contractu, sed fore continuatum depositum sub certo luchro, dixit, qui potest percipi pro obligatione depositi ex mora, vel pacto, l. quamuis in fin. ff. depos. vt ibi ad contrarium abunde respondendo, & idem tenuere Dec. cons. 400 nu. 2. Marsil. in rub. de fideiuss. col. 16. Alex.

52 cons. 72. num. 4. & seq. Solent autem tales decocti cedere eorũ creditoribus aliquos, qui sint ei debitores, creditor eos acceptat, ĩterim apparet, vel fit cessus non soluendo, Quæro ad quem tale periculum pertineat, & dic, quo aut cessus post cessionem decoxit, & cessionarii periculũ esse clari iuris est. Bar. in l. pupilli, §. soror. ff. solut. matr. nã post cessionem superueniente inopia, ad cessionarium damnum pertinet, Si vero tempore cessionis erat non soluendo, tunc ad cedentis damnum erit, l. si cũ dotem, §. si mulier,

53 vbi Alex. Ang. & Bald. ff. sol. matri. In precibus Papæ, vel aliis Principibus præmissorum occasione porrectis, petitur iudici, cui diriguntur committi, quod constito de consensu maioris partis creditorum, tam in personarum numero, quam debiti quantitate, petitam concedat dilationem, qua pendente, neque in bonis, neque in persona debitorem oratorem molestari mandet, & faciat, Immo cæteros creditores, concordiam forsan initam, puta de soluendo certis modis, temporibus & formis, vel de remittẽdo partem debiti, (vt dicã paulo infra) renitentes illi acquiescere, & stare, opportunis iuris, & facti remediis, cogat, & compellat, in hoc autẽ articulo allegatur passim decis. Afflic. 288. num. 3. in qua in summa concluditur, si maioris partis creditorum adsit assensus, (vt dixi) tunc stare minor pars tenetur, ita pariter, si ad soluendum dilatio data fuerit, l. fi. C. qui bo. ced. pos. licet ad hoc, vt minori parti creditorum præiudicium inferatur, omnium conuocatio requiritur, vt in d. l. fi. ibi conuocatio, Ang. cons. 213. Strac. de mercat. par. 6. & in tit. de pact. conuentio, nu. 9. Socin. cons. 273. num. 1. vol. 2. & quamuis Paris. cons. 106. in princ. vol. 3. talem conuentionem non fore necessariam teneat, nihilominus contrarium est verius, quia si ad illũ actum sunt conuocati, vel legitime requisiti, non comparentes, pro præsentibus habentur, adeo quod, statutis a maiori parte, stare coguntur, operaturque præfata negligentia, quod voces præsentium substinere cogantur, vt in simili videmus de Episcopis, ad Concilium vocatis, nõ accedentibus, Bero. q. 139. nu. 6. & 7. Turre Cremat. in tract. de Eccles. lib. 3. cap. 18. Bursat. cons. 107. nu. 4. volu. 1. ac etiam de omnibus vniuersitatibus, vel collegiis, Vant. de nullitate process. ex defect. mand. num. 130. Dec. in c. cũ oẽs nu. 11. de const. Natt. cõs. 168. n. 7. Crot. cõs. 20. nu. 17. ob id cõuocatio est necessaria, sed nõ vt postea actui faciẽdo oẽs interueniant, quia

quia si nolunt accedere, eorum contumacia pro legitima conuocatione reputatur, alias ex non integra coadunatione locus nũquam concordię esset, nam paucorum deficientia, maiori numero detrimentum afferre nequit, at præmissis non seruatis, si maior pars creditorum paciscãtur, remittit, aut dilationem dat debitori, non est apta præiudicare licet, pro minori creditorum numero promittat, vel se obliget, quia de absentium, & sic discentium portione, id plures facere nequeunt, licet bene de propria, sed id ex sola legis dispositione, nam licet remittat, non dicit disponere, l. rescripto ibi se qui oportere, vbi Bal. in princ. sub nu. 1. & mel. Castr. sub num. 2. vers. itẽ quia, Ias. col. 1. vers. 2. & Curt. Iun. nu. 17. dicens, de iure absentium non posse disponere sed bene de proprio quia ad id mandatum non habent, vnde authoritas maxime in præiudicialibus deest, In his quæ sunt pluribus, vt singulis, communia, ad hoc vt maior pars creditorũ possit præiudicare, minori, debent omnes insimul conuenire, & de ipsa re discutere, alias factum a maiori parte aliis non pręiudicat, Bar. in l. Iurisgentium, §. hodie, nu. 1. Ias. num. 6. Alex. num. 1. ff. de pact. & bene id declarat Alex. cons. 105. num. 1. vol. 2. Bal. in l. fi. in princ. C. qui bo. ced. poss. Strac. in trac. de decoct. 6. par. tit. de pact. conuent. num. 9. & 19. maxime stante camerali obligatione, in qua renunciatur omni iuris, & legum auxilio, & per consequens huic facto, etiam renunciatum censetur. Socin. cons. 103. nu. 6. vol. 3. Gozz. cons. 69. num. 19. & seq. Curt. Iun. cons. 18. col. fin. vers. tamen renunciatio generalis cum add. per Tiraq. in l. si vnquam in præfat. num. 21. C. de reuoc. donati. Nec facit d. l. iurisgentium, §. hodie quia licet maior pars consentiat, non potest (vt dixi) minori præiudicare, quæ gestis per illam stare non debeat, quod difficultate caret, maxime stãte obligatione camerali iuramento vallata, Rolã. a val. cons. 31. num. 15. vol. 2. Bauer. in trac. de iuram. num. 34. Creditores priores, & priores sunt præterea, d. l. qui balneum, & l. potior, ff. qui pot. in pig. hab. l. prior, C. eod. tit. Quamuis callidi decocti, vel ęre alieno grauati, veros creditores decipiendo, eorum voluntati renitentes, modum inuenire curant, & supponunt malos (vt ita dicam) amicos, qui simulatis apocis, instrumentis, vel debitis, facientes se creditores, forsan iam satisfactos, petitæ dilationi consensum præstantes, ac mala malis addendo non erubescant postea ne mendaces, aut falsarii appareant, se tales iureiurãdo affirmate, qñ eorũ subscriptionẽ recognoscunt, vnde tũ in numero, tum in quãtitate excedendo, decepti veri creditores remanẽt, q licet ĩ minori parte sint, ac recusent p̃fatæ stare dilationi, stante maiores partis consensu (vt p̃misi) parere cõtra eorũ voluntatẽ patiẽter tenẽtur, inter quos multoties reperiuntur viduæ pupilli, & pauperes nil aliud p̃ter dictũ creditũ hñtes, vel in aliqua parua summa Creditores, qui suum consequi non valent, & mendicare coguntur, ad quod diligentes debent esse domini iudices, vt inuento aliquo ex supradictis ad aliorum exemplum atrociter puniat, quia pęna vnius, multorum esset metus, & in isto casu, si aliquis ex creditoribus recusans pactioni stare, creditum vnius, vel plurium consentientium fictitium, non verum, ac in fraudem factum dicat, audiendus est, quia sua interest, l. si vni, C. de non num. pec. Strac. loco cit. par. 6 nu. 10. in fin. Quibus

54 consideratis Sanctissimę memoriæ Sixtus Quintus, tales dilationes, seu vt apertius loquarum, creditorum deceptiones, rarissimę concedebat, mandando ne in sua Signatura proponerentur, quod etiam hodie facit S. D. N. Clemens octauus, sed propositas commissiones tradere solet R. P. D. A. C. in Signatura pręsẽti q si possibile sit, partes cõcordare curet, sed aliquando concedi solent, puta stãte infortunio, absq; culpa, & dolo passo, familię inutili grauato, ac filias nubiles inter dũ bonę famę habẽti, ne peiorẽ cõditionẽ, dũ Nuptui tradẽdę sunt, inueniãt Mercatori

56 decocto aufugienti, vel ne fugã arripienti, q multa exigere credita debet, ex qbus parat solutio seu si fideiubere vult, de soluendo in fine termini, vel si interdũ adent consensus vere (vt pręmisi) maioris partis creditorũ, & aliis similibus, qbus cognitis paterno misericordię oculo, cęteri ẽt sũmi Põtifices, vt sibi cõsuli possint, ac incõsequens creditorũ indẽnitati, dilationes, moratorias, saluos cõductos, vel cõmissiones cõcedũt cęteris illas denegãdo, ne tali dilatione pẽdente, negocia peragẽdo, ęs alienũ nouiter cõfluat, alios fallẽdo, ac decipiẽdo, fugã post arripiãt, ęquũ enĩ videt, vt vnusquisq; q suũ est consequat §. 1. instit. de iust. & iur. Sed qd dicendũ erit, si partẽ debiti sibi remitti creditor petat, puta 20. vel circiter p quolibet cẽtenario, & ma

57 ior creditorũ pars annuat, minor ve recuset. An tali cõcordię ista minor dissentiens, stare cogenda sit, portionem sic remissam condonando, & Affiic. in alleg. dec. 288. vbi Vrsil. in adit. in tribus casibus ad p̃fatę cõcordię parẽdum, illos cogi posse, asserit. Primus qñ defunctus est debitor, ac hæres, nisi debiti

portione ipsi remissa adire hęreditatē recusat, vnde ad hoc, vt sciāt, quę cōuenire valeāt: si remittatur pars debiti (vt præfertur) a maiori parte cæteri minores numero, & quantitate stare, & consentire tenentur. Hanc autem primam præfatę decisionis causam, minime veram credo, quia in his, quę communia sunt plurium, vt singulorum maior pars non sufficit, sed omnium consensus in hoc pariter, illis (vt dixi) conuocatis, & coadunatis requirendus est cū declaratione, qua nā sint parte contenti, & secus præstitus a pluribus, paucioribus nō præiudicat, l. & suum hęredem, §. hodie, ff. de pact. Bal. in l. fi. in fi. C. qui. bo. ced. pos. Socin. cons. 273. vol. 2. At si non contradicatur huic consensui separare præstito, tacendo, ratificatur, per regulā cap. qui tacet, de reg. iur. in 6. ac sibi præiudicant. Quo vero ad partem, vt certus adire hęreditatem, & conueniri possit, in qua se fundat Afflict. ridiculum est, Nam si hęres aut simpliciter, aut cum beneficio legis, & inuētarii, adire recusat, datur ei tempus ad deliberandum, quo durante, si hęreditatē adit, habent creditores eorum intentum, & quē conueniant, si vero recusat, ad eorundem instantiam datur iacenti hæreditati curator
59 iudicis officio, cum quo iudicium postea tractatur, vt per Spec. in tit. de iudic. §. generaliter, num. 40. & 41. & in tit. de curat. §. nunc videamus, vers. quid si nullis, col. pen. l. 1. C. de curat. bon. dand. licet quando adest suus hęres, talis curator non detur, quia hęreditas non iacet, Bal. in l. cum hęreditas, per tot. C. de pos. Bar. & Bal. in l. fin. ff. de cond. instit. dummodo velit, seu non recuset adire, repudiando hæreditatem, Specu. in d. §. generaliter, num. 41. & sic si habeant quem conueniant, cessat ratio supradictæ primæ causæ, in qua concludo, quod minor pars consentire non tenetur, neque partis maioris consensus, illis præiudicium affert, & maxime, quando maior pars remitteret totum creditum, debitorem liberando, quia inutiliter agunt, & quod meum est, donare nequeunt. Rom. sing. 99. Strac. loco cit. par. 6. de pact. conuent. int. cred. & debit. num. 12. Secundus casus ab Afflict. ibi positus est, quando fuga per debitorem arrepta, neque creditorem ipsum, neq; bona inuenire queunt, tunc si debitor reuersurus, cupiens creditoribus satisfacere, partem debiti remitti sibi petit, dilationemue aliquam concedi, annuente maiori parte, minor pariter assistere tenetur, ac eorum sententiæ acquiescere, id aliquam in se æquitatem continere videtur, rebus sic stantibus, qa dum neq; personam, neq; bona aliter habere valent, melius laudabiliusve est concordare, & quicquid possibile erit retrahere, quam totum perdere, isto autem casu non posse minorem partem vniuersalem satisfactionem, alias impossibilē, si maior pars assentiat turbare, credo. Tertius casus ibi relatus est, quando bonis credere creditor paratus sit, nisi vel pars debiti sibi remittatur, vel ad soluendum dilatio assignetur, tunc etiam maioris partis consensus, minori nocumento esse ex dispofit. l. fin. C. qui bon. ced. poss. asserit, Neque pariter in hoc tertio casu, maioris partis creditorum consensus minori pręiudicare posse concludo, quia regulam habemus, quod nemo dat, quod non habet, l. impossibiliū, ff. de reg. iur. c. nemo, eo. tit. in 6. Ideo, si debitoris bona, sunt creditorib. obligata, & ex illis, vel prætio inde redigendo satisfaciendum est, ad quid debiti partem remittere tenentur, si nulla causa subest, sequeretur autem ex hac remissione inconueniens, quod malitiose debitor cum aliena locupletaretur iactura, maximę creditorum, qui iam in non consequendo, quod suum erat tempore debito, damnum passi fuerunt, Nam si bona sufficiunt, perperam petitur remissio, sin secus, frustratoria erit, & si non sufficiūt, ad quid remittere tenentur, si in alio iacturā patiuntur? Tanto magis, quia deueniendo, ad pinguiorem fortunam debitor tenetur in quantum facere potest; vt infra dicam.
60 Quartum addere casum audeo, (ni fallor) & Principis gratia, & miseratione dignum. Quando aliquo sinistro euentu, puta casu Naufragii, bona periere, seu igne consumpta sunt, vel alio simili, dūmodo nec adsit, neque pręsumi possit debitoris dolus, fraus, siue culpa, tuncq; si debitor ita oppressus, de eo, quod sibi superest satisfacere paratus sit, ac (vt ita dicam) seruituti, sese adiicere, si maior creditorum pars, pietate infortunii mota, aliquam portionem, vt omnibus, satisfieri valeat, illi compariendo, condonare, seu remittere vellet, aut facilius aliquam concedere dilationem tunc, & illi, si recuset, minorem partem stare debere, sin secus cogendā esse, crederem; miseratione digni etenim sunt, qui casualiter in paupertatem redacti reperiuntur; vti ex Sacri Euangelii, Textu colligitur Matth. cap. 18. Serue nequam, nō ne omne debitum dimisi tibi? & ita etiam sensit Baldus in consilio ducentesimoquinquagesimo, numero decimoquinto volumine primo, l. furti, §. pactus, ff. de infam. ac erga fratrem oppressum, & pietas, & charitas

ad

adhibēda sunt, oportet autem sui debitoris misereri, quia nostri Domin⁹noster Seruator Iesus Christus miseretur, nā oībus Holocaustis, vel sacrificiis misericordia melior est, c. ponderat. 50. dist. Matt. c. 12. vnde Luc. c. 6. ait Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est, §. ex his, & §. præcepta 24. q. 4. Iudiciū certe sine misericordia erit ei, qui nō fecerit misericordiā. Deuteron. c. 19. c. institut. 24. q. 9. Virtutes autē, quę laudes, & fauorem merentur, sunt misericordia, & Pietas, Corn. cons. 296. nu. 2. vol. 4. ac per humanitatē, Deū imitamur l. fi. in fi. C. de dot. int. iur. & vxo. Sāctus Thō. secundæ, 2. q. 30. art. 3. & 4. Et qui misericordiā nō facit, Christū negat ca. oīs 3. q. 1. Ideo, qui pietati opus exercent, bene faciūt, in similibus, cum etiā Hosti capto, nō tantū debitori, misericordia debeatur, c. noli. 23. q. 1. vnde Cicero. orat. 209. ait, miseratione mens iudicū promouenda est, & Patal. 277. Ego miseris, & laborantibus nil negare possum, & pro Planc. 265. Pietas (iudicio meo) fundamentum est virtutum omnium, Demptis itaq; narratis casibus, maioris partis consensus, minori præiudiciū afferre nō valet, iuxta sententiā Afflict. d. dec. nu. 4. c. inter dilecta prope fin. de fid. Instru. meum est; quod mihi debetur, nec me inuito ab alio alteri tradi di, si me, vbi Glos. in verb. pecunia mea, ff. si cert. pet. l. solū, §. meū, ff. de rei vend. Bar. in l. si quid in libello, ff. de capt. or. Quare si Creditor sum, vt puta in centū, & remittere recuso, ex alieno facto prędgrauari nō debeo, quia talis remissio donationē sapit, quę ex domini donantis liberalitate faciēda est, nō coacte, & ab alio absque authoritate. Socin. cons. 91. nu. 6. vol. 1. l. siquis obligatus ff. de reg. iur. l. 1. ff. de dona. Sed in præmissorū corroboratione vnum notanter asserit Marf. in sing. 432. incip. sępe contingit, quod si creditor remittat debiti partē, vt de residuo sibi satisfiat, nō obstante præfata remissione, ex cōdictione ob turpē causam residuū petere postea poterit. Rom. Alex. & Ias. in l. fi. ff. de cond. ob. turp. caus. & ita ibi asserit fuisse iudicatū contra, fallitos mercatores (vt eius vtar verbis) qui a creditoribus debiti partem remitti sibi petierunt, vti tota die occurrit, & idem Boer. decis. 215. num. 8. vbi pactum prædictū cū ipsis decoctis nō valere asserit, super pecunia ablata, immo pactionibus nō
63 obstantibus, posse si eos fore soluēdo cōstat Creditores totum exigere, dixit idē Roma. in cons. 404. de quo vide Strac. de mercat. in tit. de decoctor. par. 6. nu. 1. & seq. declarātē,
64 & distinguentē ibi late articulū, Sed si in tali remissione interueniat iuramentū, nō procedere credo allegatā Marfil. sentētiā, qa vt ibi subdit Strac. n. 3. & 4. propter iuramenti virtutem, Actus oī meliori modo, quo fieri potest substinetur, & valet, Paris. cōs. 12. nu. 29. vol. 1. Io. de Amic. cōs. 12. nu. 34. Gozzad. cons. 69. nu. 19. & seq. Quando autem tales
65 decocti pactiones initas nō seruant, siue deficiunt in totū, vel in parte aliqua, tunc conuentis stare creditores non tenentur, vt per Socin. cons. 233. vol. 2. Strac. vbi supra nu. 23. quamnis raro soluant in tempore, nisi requisiti, immo requisiti, recusant, de quo vide omnino Mascar. de proba. conclus. 44. n. 43.
66 vol. 1. Denegatur nempe nostra commissio debitoribus fisci, seu Cameræ apostolicę, pręcipue quādo, ex delicti occasione peteretur, nam tunc illā concedere, esset anxā pręberc ob impunitatem facilius delinquendi, vltra præiudicium fisci, Castr. in l. 2. num. 3. Salic. in l. 1. nu. 6. C. qui bo. ced. pos. Ias. in l. quoties nu. 3. C. de pręc. imper. offer. nam si in ære soluere nequeunt, in corpore luere debent, l. 1. § generaliter, ff. de pen. pro quo vide decis. Cap. Tholos. ibi in addit. vers. & intellige præmissa, quod vt ibi declara, dummodo fisco pęna veniat applicanda ad vindictam, at si parti, non debet fieri commutatio, nisi Actore consentiente in corporalem, sed donec ad pinguiorem veniat fortunam expectandus erit, vt per eundem Aufr. in addit. in decis. Cap. Tholos. 28 & decis. 134. Igitur quando alicui, aut dilatio, aut bonorum
67 cessio conceditur, semper fiscalia debita exclusa censentur, vt infra dicam, Martin. Lauden. in tract. de Priuil. & rescrip §. decimus quartus saluus conductus, l. Creditores, cū duabus ll. sequentibus, & l. creditor, ff. de
68 verb. Signif. Præterea denegatur debitori pro rebus Ripæ, & Ripettæ, Nam si in talibus casibus dilationes concederentur, esset mercatores cogere ad relinquendum exercitium ferindi Grasciam ad vrbem, quod veniret ad vniuersale Reipublicæ damnum, Itaque ne rerum suarum prætio fraudētur, & Roma Mundi caput vbertate repleatur, non solum Signatura tales Commissiones denegare debet, sed Mercatorum Exactioni, & fauori auxiliū præbere, vt Vrbs, Mūdi caput pinguior existat, l. 1. §. cura, ff. de offic.
70 Pręf. vrb. l. fi. C. quor. ap. nō recip. Publica nāque vtilitas, priuatorū cōtractibus pferenda
71 venit, l. vtilitas publica, C. de princ. lib. 11. Tamē restringe supradicta, & limita habere locū solū, in rebus, & mercibus ambarū riparū
72 quæ per Aquam vehuntur, Quare si respectu alterius causæ quis Mercatoris esset debitor,

bitor, priuilegiis Ripalibus iuuari nō posset, quia cum strictè ob eis tantum sint concessa priuilegia, extra terminos concessionis suffragari non debent, Felin. in c. post cessionem, num. 4. de proba. & in cap. Petrus, vers. ad duo eod. tit. Roman. in cons. 205. numero tertio, Maxime, quia versamur in materia stricta priuilegiorum, Franc. Aret. cons. 39. numero 1. & cons. 45. numero 5. qua nisi in concernentibus eorum exercitium, non possunt operari, Felin. in cap. cum ordinem, num. 5. de rescrip. Habent namq; præfati Mercatores efficacissimas immunitates, a pluribus, & diuersis summis Pontificibus, & comprobatas, & auctas, igitur eis
72 sunt seruandæ. Denegatur pariter Commissio nostra luxori, Guloso, ac facienti inhonestam vitam meretricando, vel per tabernas, si aliqua malæ vitæ habetur scientia, vt ait Bal. in Aut. qui locum, in fi. C. de collat.
73 Aliud autem in hoc scias, quod si alicui detur saluus conductus, censebitur datus tam in eundo, quam in redeundo, Dec. cons. 51. num. 2. Bar. in l. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. & in l. vti mur, ff. de sepul. viol. Filius vti Hęres Patris,
74 non potest a creditoribus conueniri, nisi prius se in hæreditate paterna immiscuisse, probetur, quod onus probandi Agenti incumbit, alias contra ipsum erit pronunciandum, quia suus hæres per beneficium abstinendi habet intentionem fundatam, ob id, nisi probetur immixtio, non sufficit dicere, filius, ergo Hęres ad eius præiudicium, Ias. in
75 l. ei qui, num. 1. ff. de acqui. hæred. Fiscus eodem modo, quo condemnatus, creditoribus satisfacere tenetur, nam tam actiue, quā passiue in eo Actiones transeunt, l. 2. & l. tutelas, §. si vbi Bar. ff. de capit. dimin. Glos. in l. si debitor deportator, ff. de fideiuss. Calc. cōs. 68. sub num. 4. in fi. Pereg. de iure fisci lib. 5. tit. 5. sub num. 4. vers. sic etiam porrigitur sę
76 pissime Commissio, in qua ære alieno grauati, supplicant Sanctissimo, vt committere dignetur alicui Iudici ordinario, quod cogat, & compellat creditores, ad accipiēdum pro concurrenti quantitate, tot bona stabilia, fundantes se in illa decisione coram D. Sarmiento S. Iulii 1563. facta in causa Bellaianæ discussionis, vbi Rota resoluit, quod, si de bonis subhastandis emptor non reperiatur, vel non offeratur iustum prętium, illa pro iusto prętio extimando, debeant creditoribus, etiam inuitis, dari, ad l. 2. C. si in caus. Iud. Afflict. decis. 358. num. 5. Castr. in l. ordo, C. de exeq. rei iud. Istęc dec. repugnat iuri Cōmuni, quo cauetur, vt aliud, pro alio inuito, creditore solui nequeat, l. cū a quo, & Aut. hoc nisi, C. de solu. l. 2. §. mutuū dari, vbi Bar. ff. si cert. pet. & vt tenuit Rot. coram Illustrissimo Mantica recentius in vna Neapolitana 27. Februarii 1587. vbi etiā fuit tentum, id locum habere, quando debitores, sua obligatione creditorem astringere volunt ad aliquid accipiendum, vel faciendū, quia tunc offerre tenetur ī forma specifica, in qua pręcessit obligatio, cum non offerre, vel illegitime offerre, paria sint, l. quoties, ff. qui satisd. cog. Rom. cons. 163. num. 2. Sed Signatura non fuit, nec est solita seruare pręfatam decis. Sarmienti, quia si agitur in similibus, ceu omnes creditores habent ad eorū fauorem Cameralem obligationem, in qua omni auxilio iuris communis vel municipalis renunciatur, & sic, quando se obligarunt modo præfato, soluere in numerata pecunia, nō bona stabilia, vel mobilia creditoribus inuitis dare, nec illa ipso nolente recipere, tenentur, nec cogi possunt, Aut. hoc nisi de solut. Gozzad. num. 32. sub num. 1. vers. quibus tamen non obstantibus. Et maxime cum possint adesse viduę, pupilli, pauperes, & alii priuilegiati, qui nil aliud habeāt præter dictum creditum, vnde inhumanū videretur, q̄ partiunculā terreni, vel domus eis infructuosam recipere tenerentur, Rota vero in d. decis. Bellam. ac in alia Romana de trinciis, mota fuit, ex aliqua ęquitate, qā nō aderat alius modus soluēdi neq; oblatores sed ordinarie illas Signatura nō sequitur ēt si pro minori p̄tio in aliqua parte dare bona stabilia creditoribus offeret. Et ita semper
77 fuisse vnanimiter tētū vidi. Aere alieno grauat' porrecta multoties supplicatione īstat sibi imperturi licentiā alienādi bona fideicōmisso subiecta; subrogatis alijs eo tēpore, eorū loco liberis, vel simpliciter, aut relicta portione pecuniarū, ex dicta vēditione extrahēdarū, cuius fructus debeant multiplicare, donec sūma pecuniarū extracta, ex p̄fata vēditione reintegret; seu talis gratia petitur ēt si nō adsit fideicōmissum, aut alia p̄hibitione alienādi, ad hoc, vt abūdādo in cautela facilius emptores inueniātur, ac maius p̄tiū, & q̄uis testatorū volūtates sin seruādę tamē in multis casibus a iure p̄missis, vel aliis ęqtatē cōtinētibus, huiusmodi gratię p Signaturā, S.D.N. multoties concedi solēt maxime ad hoc, vt inueniant̄ facilius ēptores, sed bene denegātur, si nō adsunt causę legitimę vel digne gratia principis, pariter ēt si cōstet testatorē, vel fideicōmissi auctorē affectionē habuisse bonis, quorū alienatio penitur quę oīa bene cōsiderātur in supmissimo illo Tribunali, Causas vero quas ius ī hoc negotio per-

permittat alienationes, sub silentio mitto, quia multę sunt, & prolixo opus esset sermone.

Com. Formule. Vrbis.

BEatissime Pater exponitur, pro parte deuoti illius oratoris A. quod annis elapsis licet omni, qua potuit fidelitate, & legalitate in Vrbe mercaturam exercuerit, rationes retinendo, ac suis temporibus, vt moris, & par mercatorũ est, debitoribus satisfaciendo, nihilominus ex humana diligentia contra fortunę ictus prouidere non valẽs, variis temporibus diuersa infortunia, adeo grauia passus fuit, nempe ignis, mercium suffocatione, derobationes, animantium mortem. &c. narrantur causæ, ita, & taliter, quod vt par erat, & tenebatur, ac toto corde cupiebat, & cupit, non potest ita celeri manu, illis satisfacere, at si fugę se committi coactus sit, & si vilissimo pretio bona sua licitentur in creditorum damnum id totum manifeste cedere apparebit. Quo viso, præfati eius creditores in vnum conuenti, infortuniorũ oratoris præfati moti, sperantes ex aliqua temporis indulgentia, quod suum est consequi, maior illorum pars, tam in personarum numero, quam debiti quantitate respectiue, etiam vigore cameralis, siue cameralium obligationum, iuramento munitarũ, ad eam secum deuenerunt concordiam, terminum oratori assignando quinque annorum ad soluẽdum, & quolibet anno ratã partem debiti, inter ipsos creditores diuidenda, qui de præfata solutione modo, forma, & tempore conuentis, idoneos dare fideiussores illos cautos reddere promisit, & vult, pacto insuper adiecto, quod ipso deficiente in solutione tẽpore pręfixo vnius anni, teneatur ad duorum annorum solutionem, quibus elapsis, solutione non facta, vt præfertur, ad totũ debitũ, tam ipse, quam fideiussores teneantur, & alias vt plenius in capitulis a partibus subscriptis, & approbatis, etiam camerali obligatione, & iuramento vallatis, continetur, quibus S. V. relatio haberi placeat, perinde ac si præsentibus insererentur, sed quia cõcordię huic minor pars forsan stare, ac parere recusat, in maioris pręfatę partis damnum, ac difficile alias esset eorum, credita saltim integre consequi, minoris siue partis dissensus, pluribus consentientibus præiudicare nequit. Ideo tam, A. q̃ creditores præfati S. V. oratores consentientes, S. V. humiliter supplicant quatenus R.P.D. A. C. committere, & mandare dignetur, vt constito de pręmissis, quantum sibi sufficere videbitur, supradictos præfatæ concordię stare renitentes, opportunis iuris, & facti remediis ad illi standum, & parendum summariæ, omni, & quacunque appellatione remota, cogat, & compellat, qua durante, adimpletis tamen præmissis, non alias aliter nec alio modo, oratorem, neque illius fideiussores in bonis, neque persona, directe, vel idirecte, quauis occasione, colore, causa, vel ingenio, molestari non posse sinat nec permittat, faciat, & mandet, etiam vigore mandati, seu mandatorum respectiue relaxati, relaxatorum, seu relaxãdorum per A. C. seu quos vis Rom. Curiæ iudices, Cum potestate citandi, & inhibendi, in curia, & extra etiam sub censuris, &c.

Si fuerit simplex dilatio narrato facto dicatur.

Verum quia P. Sancte absque eo, quod se orator fuga committat annorum duorum vel plurium modis, & formis inter eos conuentis, &c. concedere decreuerunt. Ideo supplicant vt supra.

Deficiente plene creditorum consensu dicatur.

Sed quia Pater Sancte orator habet bona stabilia, & credita a diuersis exigenda, ex quibus exactis, & bonorum vendendorũ prætio, pro omnibus sufficient, & plenã satisfactionem creditores consequi poterunt, ac interim oratoris debitores deterioris in dies condictionis, moriuntur, & non soluẽdo fiunt, ipsoque absente valde uiliori prætio bona stabilia vendentur, in graue ipsius, & creditorum præfatorum damnum, pro quibus rebus ita tractatis forsan exactio integra non aderit, licet orator non adhuc habeat cõsensum maioris partis creditorum, sed habere breui speret, ne interim bona, & credita deteriorentur, ac ipse litibus, & expensis in commune damnum vexetur. Ideo supplicat S. V.

Vel assignatis tot bonis stabilibus, ac nominibus creditorum liberis, vllo onere subiecto, ac exigibilibus, pro summa scutorũ, vltra prætensum æs alienum, dilatione durante, in bonis, vel persona molestari non permittat, mandet, & faciat, &c.

Si nil possideat.

ET quia Pater Sancte orator nihil possidet, ac inutili familia, & nubilibus filiab. grauatus, quas in matrimonium collocare si fugā arripere, vel se absentare contingat, non valebit quibus suis laboribus victū qrere, coactus est, ac quolibet anno, ex pecuniis quas suo labore, ac industria acquirit, scut. puta centum inter creditores diuidēda soluere valebit, cum æs alienum es conflatum etiam vigore cameraliū obligationū ad scuta mille ascendere possit. At si se absentare aufugiendo ne carceribus mancipetur, contingat, & fame familia ipsius perire coacta erit, & insoluti creditores remanebunt, nec aliquid vnquam consequi poterunt (si aderit consensus) subdatur. Quod bene videns, & considerans, maior illroum pars, tam in nnmero, quam in quantitate dilationem, &c. vt supra.

Quando nobilis sit vel filiis nubilibus grauatus, aut aliis legitimis causis narratis, si petitur gratia nō asportandi viride biretū narratis causis dicat, Verū cū nobilis sit, ac fortuito casu, absq; culpa sua ad pauperiem deuentus, ne infamia eius domus, & parentela afficiantur, & si dedecoris biretum iuxta formam motus proprii feli. rec. Pij V. asportare coactus esset, nunquam uirum eius filijs fęminis inuenire posset, sicque innuptæ remanerent, & quoniam multum, & fame, & existimationi oratoris, eiusve familię id esse potest, ac eius verecundia, & dedecus parum aut nihil creditoribus vtilia. Ideo supplicat S. V. vt non obstante d. motu proprio Pij V. Sanctæ mem. absque eo, quod biretum, viride iuxta illius tenorem asportare teneatur, & cogi possit, constito de consensu, &c.

Si fuerit cōmissio similis extra Ro. Curiā, quæ rarissime offertur, & conceditur, gubernatori Ciuitatis, vel alio indignitate Ecclesiastica constito, demandari poterit, addita clausula, & cum absolutione, vt in commis. extra Curiam.

Si aliter concordia inita sit, eius tenor inseratur, modo, & clausulis, secundum facti contingentiam rescripto erunt necessariis, de quibus dari ob varietatem certa regula nequit, ideo suppleat D. Procuratoris diligentia.

Et generaliter in omnibus commissionibus subdatur.

CVm potestate citandi, & inhibendi, in Curia, & extra eam, toties, quoties, & quibus opus fuerit, etiam sub censuris, & pænis Ecclesiasticis eius arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis, cōtradictores, & rebelles pęnas præfatas incurrisse declarandi, grauandi, regrauandi, & interdicēdi, seruata forma Concilii Trid. Inuocato si opus fuerit brachij secularis auxilio, cęteraque oīa, & singula alia faciēdi, dicendi, gerēdi, exercendi, & exequendi, quæ in p̄missis, & circa, & quomodolibet necessaria fuerūt, & opportuna. Constitutionibus, ordinationibus apostolicis, stilo palatii, & curiæ, consuetudinibus, cameralibus obligationibus, etiam iuramento vallatis, in quocunque tribunali confectis, & stipulatis, mandatis executiuis, tam contra personam, quam oratoris bona relaxatis, siue a quouis Rom. Cur. iudice, etiam si Rotę Auditore, in posterum relaxandis, legibus, statutis, priuilegiis, quoque, & indultis, etiam iuramento, & apostolica authoritate vallatis, & roboratis, motu proprio prænarrato, cęterisque quomodolibet in contrarium facientibus, minime obstantibus, quorum tenores, status, & merita causę, pro expressis haberi placeat.

SVMMARIVM.

1 *Commissio cessionis bonorum quos effectus pariat.*
2 *Cessio bonorum secundum locorum consuetudinem est facienda.*
3 *Cedens bonis, quam cautionem præstare teneatur,*
4 *Cessio bonorum habet uim solutionis.*
5 *Cessio bonorum miserrimum, & infelicissimum cedentem facit.*
6 *Cedens bonis ab omnibus spernitur, & irridetur.*
7 *Cessio bonorum in multis locis cum maximo sit deducere.*
8 *Cedens bonis percutit anum ad columniā in Curia leonem olim equitabat.*
9 *Statutum quod cedens bonis percutiat annum ad columnam uel similia faciat, an valeat.*
10 *Cessio bonorum medio rescripto Principis facienda tollit actus infamię.*
11 *Cessio bonorum facta cum actu infamię infamem cedentem facit sed liberat ab vlteriori solutione.*
12 *Cedens bonis in foro Poli, si acquirat post cessionē, creditoribus satisfacere tenetur.*
13 *Cedens bonis non est amplius suorum bonorum, Dominus.*

14 *Cedere*

14 Cedere bonis, an debitor, antequam condemnetur possit, vel ante exequutionem.
Declara, vt ibi num. seq.
15 Cessio bonorum fit etiam causa appellationis pendente.
16 Debitor carceratus, an bonis contra omnes creditores detentores, & alios cedere possit.
17 Debitor potius fustigari, vt liberetur, quam cedere volens, non est audiendus.
18 Cessio bonorum non datur carcerato, vel excommunicato, si creditor absolutioni, vel relaxationi consentiat.
19 Cessio bonorum non denegatur, neganti, in prima instantia debitum, si in secunda cedere velit.
20 Cessio bonorum, an noceat creditoribus, qui postea superuenerunt.
Distingue, vt ibid.
21 Cedenti bonis, vestes sunt relinquendæ.
22 Cedenti bonis, an instrumenta apta ad quærendũ victum, condonentur.
23 Debitor, facta cessione bonorum inuitis creditoribus, relaxatur.
24 Creditores certi citantur, per proclama, etiam in cessione bonorum.
35 Debitoris bona facta cessione subhastantur, pro creditorum solutione.
26 Clausula in mandatis exequutiuis, auferatur de bonis, sin secus capiatur quare apponitur.
27 Commissio cessionis bonorum denegatur nobilibus, & quare, & quomodo illis subueniatur.
28 Commissio cessioni bonorũ a Signatura iustitiæ datur, seruata formam motus prop. & pro ut de iure.
29 Debitores citantur ad comparendum legitimæ cũ biretto uiridi creditoribus instantibus.
30 Commissio concessa per Papã non facta derogatione mot. prop. Pij V. est nulla in materia dilationum, vel cessionis bonorum.
31 Clausula prout de iure, quid operetur in cessionis bonorum commissione.
32 Mulier cedere bonis etiam potest, & nu. 35.
33 Mulier, an & quando pro ciuili debito carceretur.
34 Mater an pro ratione administratæ tutelę filios carcerari valeat.
36 Commissione cessionis bonorum impetrata, an pœnitentia locus postea sit.
37 Cessioni bonorum, an renunciari possit, declara, & limita, vt hic.
38 Cedere bonis, & quando pro delicto possit, ac partis interesse.
39 Clausula arbitrio maioris partis creditorum, quomodo in commissione cessionis bonorum intelligatur.
40 Clausula arbitrio maioris partis creditorum in commissione cessionis bonorũ facit conditionẽ.
41 Creditoribus vigore Cameralis obligationis, an præiudicent creditoribus, absque tali obligatione.
42 Cessio bonorum, dilatio, siue remissio partis debiti, semper eum iudicis decreto fit.
43 Creditorum numeris in dilatione, vel cessione bonorum quis praualeat.
44 Cessio bonorum, non præiudicat creditoribus conditionalibus.
45 Cessioni bonorum, an cum iuramento, & Camerali obligatioae renunciari poßet disputatur ad partes, num. 47.
46 Creditor, quando caninus dicatur.
48 Carceris perpetui pœna de iure ciuili imponitur, pro debito.
Secus de iure canonico.
49 Debitor ex pacto ad perpetuos carceres se non potest obligare, etiam cum iuramento.
Declara, vt ibid.
50 Cedens bonis, an a ciuili, & naturali obligatione liberetur.
51 Cedens bonis inquantum fieri potest conuenitur.
52 Debitori non seruanti promißa, non est fides seruanda.
53 Maritus in dotis restitutione, quare non conueniatur, nisi inquantum facere possit.
54 Debitori carcerato alimenta de publico, si non habet, vel a creditore, danda, alias relaxatur.
Et quæ illi debeantur, ibid.
55 Decretum visitæ, quod debitor si non subministrã tur alimenta relaxetur, est iuridicum.
56 Signatura iustitiæ non rescribit circa gesta per carcerum visitatores, sed solum Papa.
57 Commissio cessionis bonorum Hebræis etiam est concedenda.
58 Hebræi a quibus muneribus repelluntur.
59 Saluus conductus Christianis concessus, prodest etiam Iudæis si eorum socij.
60 Hebræi sunt de eodem corpore ciuitatis.
61 Hebræi sunt valde odiosi.
62 Clausula cum potestate inhibendi extra Curiam, deletur in commisione cessionis bonorum, & quare.
63 Iuramentum perhorrescentiæ cessat in materia cõmißionis cessionis bonorum.
64 Creditores in eorum foro sunt conueniendi in causa cessionis bonorum.
65 Commißio cessionis bonorum laicos, extra statum S. R. Ecclesiæ denegatur.
66 Commißio cessionis bonorum denegatur, illi qui studiosę bona dilapidauit.
67 Commißio cessionis bonorũ illis, qui in ludis reprobis versantur, denegatur.
68 Commissio cessionis bonorum illi denegatur, qui ad factum personale tenetur.
69 Commißio cessionis bonorum illi, qui creditoribus satisfacere potest, non conceditur.
70 Commißio cessionis bonorum denegatur illi, cui quin-

De Commissione admissionis ad bonorum cessionem, & alternatiuis.

CEssionis bonorum commissio, quæ valde frequens, maxime in Romana Curia reperitur, in totum ab antecedenti dilationis diuersa est, vt ex infra dicendis patebit;
1 Ideo singulariter in hoc capitulo, de ipsa verba facere statui. Parit namque tres effectus, quorum primus est, quod cedentem a Carcerum pœnis liberat, vt habetur, in l. 1. C. qui. bon. ced. poss. Secundus tale priuilegium cedenti confert, ne conueniatur (loquendo tamen quo ad acquisita) nisi in quantum facere possit, de hoc est text. in l. ijs, C. eodem titulo, Milis. in suo repert. in verbo debitor cedendo, Cap. Thol. decisione 61. Vbi Aufrer. in addit. Tertius, & vltimus erit effectus, quod licet ea mediante, cedens

cedens non liberetur, ab obligatione Ciuili, neque naturali. Tamen virtute præfatæ cessionis cõtra dictas obligationes habet exceptionem, vt per Ioan. Ficard. in addit. ad
2 Villalob. in lib. comm. opin. diuer. in littera C, num. 32. At in facienda tali cessione bonorum, loci consuetudo, in quo fieri cõtingit, seruatur, Bald. in l. 1. num. 15. vbi Sal. num. 8. & Bart. in l. fi. C. qui. bon. ced. poss.
3 Præterea bonis cedens, iuratoriam præstare tenetur cautionem ad minus etiam pœnalem, Rom. cons. 439. ex in fi. vers. concludo igitur. Eo quia in miserrimo statu existens, aliam reperire nequibit, de soluendo quam primum, ad pinguiorem deuenerit fortunam, & ita solere iudicibus promittere de stilo illius temporis loquitur Aufr. in addit. ad decis. 61. Cap. Tholos. vt per Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 5. decretis, vt ibi per eum alimentis, ne egeat, per tex. in l. 4. ff. de cess. bonorum, quod cessat in laico, sed in clerico, vt in seq. capit. dicam, quamuis contra istud finale, ac vltimũ remedium debitoribus concessum, credito
4 res multa opponere valeant, eo quia habet vim solutionis, sed an tali solutione, libera nos Dñe, est itaq; nedum miserabile, sed (vt ita dicam) lachrimabilissimum priuilegium, quia in felicissimum debitorem
5 reddit, eum in tanta constituendo miseria, qđ vix interula sibi relinquitur, vt per Bald. in l. cum solito, num. 2. C. eodem titulo, Socin. in suis Falent. in verbo cedere Rip. in l. in obligatione, num. 33. ff. de pign. Et ideo
6 (vt dixi) lachrimabile, quia durum est cedere, & se mendicum reddere, qua adimpleta, cedentis commercium, ab omnibus euitatur, & spernitur, Rol. a Val. cons. 5. nu
7 mero tertio, volumine secundo. Immo adsunt in aliquibus locis statuta, cum vituperio tales fieri cessiones mandantia, & diuersimode, vt per Paris. de Put. in tract. find. in verbo culpa artificialis, cap. 7. num. 10 Vlte-
8 rius, quod bonis nemo cedere queat, nisi anum ad columnam percutiat, & si ex illo actu astantium oculi infestentur, malique, sit res exempli, nihilominus multi ex ipso publico dedecore retrahuntur, neq; æs alienum contrahant, quia vnius pœna, multorum mœtus est, Romę vero cedentes bonis marmoreum alcẽdere, & æquitare leonem solebant, in pede scalarum Capitolij situm, cędo bonis dicendo, vt dixit Alexã. in cons. 210. num. 10. volum. 2. eam ibi asserẽs cõsuetudinem uigere, in d. l. 1. quęst. 5. C. eodem tit. Sed quod statutum de ascendente leonem, & similia vti contra bonos mores, non valeant, tenuit Rolan. a Val. in cons. 7. num. 12. & 15. volum. 2. Ea motus ratione, quia talis actus cum dedecore, & infamia cedẽtis fit, vnde illud coram iudice perficere, sat erit, quem sequuntur, Sal. in l. in omni, C. qui. bon. ced. poss. Alber. in prima parte statut. quæst. 37. Bald. in cons. 301.
9 num. 5. volum. 5. Quare talia statuta secundum eos, seruanda minime sunt, vt quod neque mandetur bonis cedentem in publicum cum tuba duci, ad hoc, vt renes, seu annum ad columnas percutiant, quia talis actus non est de cessionis substantia, sed potius quid fœditatis in se continens. Aym.
10 de antiq. temp. par. 4. num. 42. versic. Videamus. At quando vigore rescripti Principis ad cessionem, quis admittitur, præfatus ignominiæ actus remissus censetur, vt per Roland. ibidem, num. 16. & Bald. in dicto cons. 301. alleg. neque infamiam irrogat, sicut quando fiunt actus ignominiæ in loco publico, Bald. dicto cons. 131. num. 2. Nam rescriptum, quando alium non lędit, latissimè est interpetrandum, ex eo, quod obtinenti prodest, capit. tuorum de aut. & vsu pal. Bal. in l. beneficiũ, ff. de const. princ. Aym. vbi supra, sed hodie vigore motus proprij Summi illius Pontificis Pij V. (vt infra
11 dicam) aliter seruatur. Quando huiusmodi actus infamiæ, & vituperij fiunt (vt clarũ est) licet infames illos facientes reddant, operatur, quod si deinde, sic cedentes ad pinguiorem deueniant, fortunam, non tencãtur creditoribus aliquid soluere, quia talis actus omninò illos liberauit, capit. sicut dignum, §. tu quoque, vbi glo. in verbo si habent, de homic. Guid. Pap. decis. 343. Satis illis pœna fuit ignominia, quæ isto casu loco amaræ solutionis, & debitori, & creditori succedit, vt per glo. & Doct. in d. §. hi quoque, Rom. sing. 24. Cepol. caut. 3. in princ. l. si quis id quod, vbi Ias. nu. 29. Dec. num. 26. ff. de iur. omn. iud l. Sed & si vnus, §. sed & si ante, ff. de iniur. Subdens ibi Cepol. nu. 2. talem exceptionem non ad iudicem ciuilẽ, sed criminalem pertinere. Ex illo nempè, quod pœna pecuniaria, in corporali mutatur, ac perpetuæ infamiæ, vt per Bald. in l. fin. ff. de in ius voc. Sed hanc conclusionẽ reprobat Couar. in lib. 2. var. resol. cap. 1. numero 6. Licet in prax. Guid. Pap. quæst. 34. relatum esse magnum appellet, id autem in foro fori procedere asserens. Secus vero in foro Poli, quia creditoribus nihilominus teneri voluit, motus auctoritate Sot. lib. 4. de iustit. & iur. quæst. 7. artic. vlt. cuius in foro conscientię credo sententiam veram, per regulam,

gulam, cap. peccatum de reg.iur. in 6. Licet de iure Ciuili forsan alia opinio procedat, sed si cedens bonis postea locupletior fiat, non amplius bonorum cessio illi prodesit, quia iam fortunis auctus est, & mutato statu, debet etiã mutari effectus, qui rebus sic stantibus intelligitur, §.fin.instit.de actio. Tiraq. in tract. de caus. cessan.par. 1. numero 149. ad instar clerici, cui sicut clerico pauperi Papa de beneficio prouideri mandat, si interim, aliud consequatur beneficium, cessat illa prouisio, capit. si pauper. de præb.
13 & dign. in 6. Quæro præterea, an cedens desinat suorum bonorum esse Dominus, & dic quod sic, sed non ante eorum distributionem, inter creditores, vt per decisione 134. Cap. Tholos. alleg. Bar. in l. is, C. qui bon.ced.pos. & Rot.dec.468. i antiq. Subdẽs Aufrer. ibi in addit. quñ debitor ex causa fisca
14 li, id facere valeat, quem videas. Cedere aũt bonis non potest debitor, antequam condemnetur, debitum fateatur, seu carceretur, vel excommunicetur, aut antequam id exequi creditor instet. Boer. decis. 349. num. 8. Circa med. versic. sic etiam debitor non admittitur, cum addut. & versic. nisi creditor. Barb. in cap. Odoardus, col. 4. versic. qd si creditor, de solut. At quando fatetur debitum (vt dixi) procedit dictum glo. quod ante sententiam bonis cedere possit, vt per glo. in l. 1. in verbo cõdemnati, C. de his, q bon.ced.poss. Cap Tholos. deci. 249. Guid.
15 Pap. consl. 204. nu. 3. Vnde pendente etiam causa appellationis cessio facta tenet. Matth. Brun. in tract. cessio. bon. q. 32. per totũ. Vrget ratio, quia beneficium cessionis est subsidiarium auxilium, vt quis a carcere, excommunicatione, vel creditore liberetur, ad personã restrictũ, At si non molestatur, quamuis sit molestari prope, admitti ad id minimè debet, & si ante præmissa admiteretur cessio, & postea ad pinguiorem fortunam debitor deueniret, forsan propter mortem creditorum, vel testiũ absentiam, quia debitum probare non posset, vel ex alia causa, quæ ex temporis diuersitate afferri solet, fraudatus remaneret, creditor, nisi in cessione met, & in actis, eum creditorem cedens fateretur, itaque cum a iure tale beneficiũ adinuentum sit, non debet ex eo oriri iniuria, ordine autem iudiciario liquidandum prius est debitum, deinde (si velit) postea cessio bonorum conceditur, quia impotentia non sufficit ad differendum, vel peruertendum processum iudicis, & condemnationem, sed bene exactionem, Abb. in cap. Odoardus, num. 7. de solut. & in capit. cum olim, el secondo, de restit. spol. Afflict. de-
16 cisione 379. nu. 5. At quando ad vnius creditoris solum instantiam est debitor carceratus, & pro omnibus alijs suis debitis cedere bonis vellet, ẽt, si ad aliorum instantiam detentus non sit, id facere poterit. Debitũ fatendo (vt dixi) Salic. in d.l. 1. num. 4. Guid.
17 Pap. decis. 123. num. 7. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 2. num. 5. Immo si vt solutionem effugiat, potius debitor fustigari instaret, quã bonis cedere, est sibi audientia deneganda, ac bona pro satisfactione creditorum vendenda sunt, l. pollicitationes, ff. de pollicit. Hippol. de Marsil. in sing. 651. puto te scire regulam, Alexand. in fi. ff. de in ius vocand. Boer. loco, & num. cit. versic. ex quo Bald.
18 Non autem admittitur ad cessionem, quã do creditor, qui illum carcerare, vel excommunicare fecit, consentit excarcerationi, respectiuè, vel absolutioni, Bald. in d.l. 1. numero 17. quam opinionem, communem esse asserunt, Ioan. Fab. & Ias. in §. fin. num. 17. instit. de actio. Franc. Viui. in lib. com. opin. in verbo debitor recipiens, nu. 2. versic non potest, de quo vide Bal. nou. in tract. de dot. pat. 2. priuil. 14. fol. mihi 100. Tuncq; cessat ratio carceris, quę cessionis beneficiũ
19 tollit. Vnum modo pone, negauit, quis debitum ex deductis, id non obstante fuit condemnatus, postea appellauit, & appellatione pendente, debitum fatetur, instando ad cessionis beneficium admitti, ac signari per rectam commissionem, an sit admittenda petitio, & videtur negatiuè dicendum, qa non valet bonis cedere, ex quo debitum negauit, Bart. in l. qui cedit, ff. de cess. bon. Nihilominus contrarium verius est, nam si hãbuit iustam litigandi causam, & sic negandi debitum, commissione dignus erit. Afflict. decisio. 379. num. 3. Immo quod plus est, ẽt si habuit, in iustam causam, id procedit, vt iudicatum fuisse, testatur, idem Afflict. decisione sexta, num. 4. d.l. 1. vbi Bald. num. 2. Salic. & scrib. C. quib. bon. ced. poss. Roland. a val. cons. 7. num. 6. & 7. volum. 2. Dec. in l. nemo ex his, num. 3. ff. de reg. iur. Et licet in prima instantia negauerit succũbendo, nihilominus, quia per appellationẽ suspenditur pronunciatum, in secunda instantia de iure ad miserandum beneficium admittendus venit, Roland. a val. dicto consilio septimo, num. 8. volum. 2. Afflict. vbi supra cum addit. & ibi Vrsilius, de quo vide Lancell. de attent. lit. pend. secunda parte,
20 c. 4. limit. 11. Sed an cessio huiusmodi creditoribus, q postea superuenerũt, noceat, & Salic. in d.l. 1. num. 4. ait, aut in cessione mẽtio,

tio,

tio, de eis facta fuit, & ipsis præiudicat, quia vna cessio pro omnibus sufficit, sicut vniuersis creditoribus vnum inuentarium, aut omissa sunt, & tunc non possunt detrimentum sentire ex tali cessione, nec præiudiciũ, quia eorum debitum non fuit agnitum, neque eorum iura, quæ suis loco, & tempore, vt non vocati, ad talem actum, nihil deducere poterũt discutiendo. Quod intellige, de his, qui erant tempore impetrati rescripti debitores, non autem de illis, cum quibus fuit ex integro post, debitum cõtractũ,
21 quia eo tempore non erãt, in rerum natura, exequutio autem contra istos Misellos, super vestibus fieri nequit, illas dico, quas portant, nam eis sunt relinquendæ, Bart. & Doct. in l. pen. ff. de cessio. bo. Maran. de ordin. iud. par. 6. num. 29. versic. Aduertas circa exequutionem, quia illis non sunt spoliãdi, Roland. a Val. cons. 5. num. 18. volum. 2. Paris. de Put. in tracta. de sindic. in littera F. cap. 3. num. 14. Afflict. in constit. Regn. 6. not. Cin. & Salic. in d. l. 1. Ratio est, quia sicuti damnatis ad mortem relinquuntur, l. viuus, ff. de bon. damn. ita & pariter istis, ad hoc ne pudenda publicæ, cum maximo scãdalo, & dedecore ostendere, & detegere co
22 gantur, Maran. vbi supra, num. 30. Sed secũdum Couar. loco citato, num. 4. Pariter eis relinquenda sunt instrumenta, quibus ad victum quærendum vtuntur, scilicet ad artem suam pertinentia, quamuis id tandem clare non resoluat, tantus autem Doctor sub nube loquitur. Immo non solum (secundum aliquos) propriæ vestes relinquendæ veniunt, verum etiam aliquid pro alimẽ
23 tis, ꝙ (vt dixi) nõ credo verũ đ iure. Facta igitur bonorũ cessione, relaxãdus debitor erit, inuitis quoq; creditoribus, & creditores illi, qui sunt certi, citandi expresse ad hunc
24 actum sunt, & incerti, per proclama publicum, quando fit generalis cessio vera. Quæ
25 etiam si feriæ adsint fieri poterit, Bal. dicto cons. 301. num. 5. & 6. l. 1. ff. de fer. Et sicut vltimum remedium est bonorum cessio, ita pariter exequutio peronalis pro debito, quare habito mandato iudicis prius fit realis exequutio, & bona subhastantur, ac de illorum precio creditoribus satisfit, l. a di-
26 uo Pio, §. ea venditionę, ff. de iudic. ideo in mandatis, quę relaxantur in tribunalibus ordinariæ praxis iuri consona inoleuit, apponere hæc verba. Auferantur de bonis N. debitoris occasione, &c. Sin secus ca-
27 piatur idem, carceretur, &c. Quia in iuris subsidium bonis deficientibus, ad personæ capturam deuenitur, dicto §. in venditione vbi Alexand. Ias. & Bal. ac in l. si fine, ff. de in ius voc. Abb. in cap. quo ad consultationem, colum. 5. vbi Felin. nu. 10. de re iudic. Franc. Aret. in l. maritus, §. eleganter, nu. 7. ff. solut. matrim. Rip. in l. obligatione generali, num. 2. ff de pignor. glo. in l. 3. §. tua res, ff de tutor. Couar. var. res. lib. 2. cap. 2. nu
27 mero primo, versic. Tunc etiam In com-
28 missionibus autem, quæ dantur per Signaturam iustitiæ, supradicta non cõceduntur nam restrictè signantur, cum clausula serua ta forma motus proprij Pij V. & prout de iure quo fit, vt si postea illas obtinẽs, viride Biretũ asportare nequeat, non suffragatur illi obtenta commissio, nam curant illos credi
29 tores citari ad comparendum legitimę iuxta formam motus proprij, coram D. Iudice, cui directa est commissio, & coram eo, cum viridi bireto minimę comparente, postea relaxatum, mandatum, siue mandata exequuntur, licet ad vlteriores pœnas in Sãctissimo illo motu proprio inflectas, vt cęteris transeant in exemplum, a similibus
30 contractibus retrahantur, procedendum esset. Immo gratia concessa similibus per sonis pro Signatura S. D. N. Papæ, quo ad dilationem viridis bireti impetrante, non suffragatur, nisi in commissione fit inserta petita de hoc derogatio supradicti motus proprij, de quo infra particularius verba fa-
31 ciam. Sed in commissionibus huiusmodi, quæ dantur per Signaturam iustitiæ, venit addendum, vltra verbum, prout de iure ꝙ operatur eorũ exclusionẽ in causis prout infra in fine huius cap. in fallẽtijs dicã, & ꝙ semel admissus, non admittetur amplius, aliud verbum ibi seruata forma motus proprij, & non alias, nec alio modo, quia retraherentur multi metu exportationis talis bireti a similibus, quæ quotidie reiterando tales commissiones, de quorum reiteratione creditores sunt ignari, fraudes moliuntur.
32 Mulieri pariter, si bonis cedere velit, nõ ꝓhibetur, l. fi. C. quib. bon ced. poss. Boer. de-
33 cis. 349. num. 8. versic. Et mulier, Olim autem pro debito priuato mulieres nisi bonis cedebant, carcerabantur, l. pen. ibi vniusq; sexus, vbi Salic. l. 1. ibi Bald. colum. 2. versic. Quæro cum in Ciuitatibus, vbi etiam Salic. C. eodem titulo. Hodie vero non carcerantur, nisi pro debitis fiscalibus, vel caussis Criminalibus. Quod tamen restringe locum habere, in mulieribus honestę vitæ, secus si inhonestę fuerint. Sed Cin. & Alberic. in Aut. hodie, ac text. in Auth. nemo, C. de custod. reorum Barbat. in capit. lator post princip. versic. Adde primo de pignor.

Alber.

Alber. in l. Sed & si is in fin.ff. de in ius vocand.Bal. in tract. Carcer.q.1. Tertiæ,q.principalis Couar.var.resol.cap.1. num.3. lib. 2. Præposit. in cap. ex parte M. vlt. col. de appellat. Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. attingamus, num.64. Sed carcerari pote-
34 rit si contra eam agatur ratione administratæ tutelæ, Bar. in l. si quis sub conditione,ff. de testam. tut. Salic. in auth. matri, & auię.C.quan.mul.tut. offic.fung. pot. Barbat. in cap. lator.num. 4. de pignor. & licet Bart. in l. si quis sub conditione, num. 20. ff. de testam.tut.dicat, matrem ratione administratæ tutelæ conueniri,non valere, cũ non teneatur, nisi in quantum, facere possit, & ea de causa non carcerari, tamen Couar. loco supracitato, versic. Sed quia tenet oppositum,eo quia hodie omni legum auxilio renunciant, itaque quando filiorum tutela eis cõmittitur, pro pecunijs ex dicta occasione filijs debitis,carcerari posse,ait,q̃ fuit etiam de mente Bart. loco citato,num. 18. & in auth. matri, & Auię, num. 13. vbi Salic. num.14. C. quan. mul. tut. off. fung. poss. Rom. in l. alia,§. eleganter,num. 5. ff. solut.matrim. Caccial. in tract. de debit.suspect.& fug.quæst.6. At quando contra pręfatas,vt etiam contra tutorem alia actio deficit, intra, actio de dolo. Strach. in tracta. de mercat.tit. de Decoct.par.6. nu.14. Quorum sententia multis medijs, & rationibus ibidem reprobat, Couar. quem videas in talibus,nempè casibus vigent vbique statuta locorum, quæ seruanda sunt, inceptã itaque Messem regrediendo,dico,si nomi-
35 ne mulieris. Commissionem, hanc porrigi contingat,non erit deneganda,quia etiã ipsæ bonis cedere possunt, vt latè per Boer.
36 decis. 349. num.8. Videamus, an rescripto cessionis bonorum impetrato,amplius pœnitentiæ locus detur, & Bal. in l. fin.num.4. C.qui.bon.ced. poss. resolutiuę negatiuam sententiam sequitur,cui simpliciter standũ non fore credo. Quia,aut res est integra, puta si rescripto impetrans vti nolit, aut nulliter obtentum,vel creditores ad huc ad dicẽdum contra non sunt citati,tunc cõtra eius opinionem pęnitentiæ locus erit,Salic. in l. si in quantitatem, num. 1. & 2. & Bald. sibi contrarius in l. cum solito,num. 12. C. eodẽ titulo , Brun. in tract. de cessio. bon. q. 14. cum addut. ibi latè per eum. Aut commissio, seu actus suum iam sortita fuit effectũ & tunc locus pœnitentiæ non erit,& procedit primum,Bal. dictum, cum non resideat amplius in cedentis potestate infringere illum actum iam a se met, & approbatum, & procuratum. Et quod semel ipsi placuit, amplius displicere non potest,cap.quod semel de reg.iur. in 6. cum similibus, solet autem succurri similibus interdum ex gratia Principis narrando bonis cessisse,& creditoribus integræ satisfecisse,ideo supplicat pro restitutione ad famã, & honores, &c. ac statum, vt prius erat qđ cõceditur multoties, quia deficiente causa , cessat eius effectus.
37 Sed an cessioni bonorum renunciari possit, & decis.61. Cap. Tholos. tenet affirmatiuè,restringẽdo se in partibus, vbi talis consuetudo sit,vt renunciatio teneat,quod Doctores procedere volunt,dummodo tale pactum in cõtractu sit appositum, alias secus, vt per Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit.de renunc.§.8.versic. item est beneficiũ, Abb. in cap. fin. num. 3. de pact. de quo vide latè Salic.in l. 1.C.qui.bon.ced.poss. Sed in d.l. 1. Bald. limitat etiam quando iuramento præcedente,tali cessioni esset renunciatum, nõ procedere,si adest notoria,& manifesta mẽdicitas, paupertas,& fames,quia eo casu iuramentum esset cõtra ius naturale, ea nempè moti ratione, quia duo cessio operatur, alterum, quod cedens carcerari nequeat, cui beneficio renunciari non valet. Secundo, quod in bonis postea quæsitis, non conueniatur, nisi in quantum facere possit, & huic secundo renunciari poterit, eo quia turpitudinem non continet respectu extranei, Aug. Aret. in §.fi. nu. 11. prope finem
38 instit. de actio. Quod declara non procedere in debito pro delicto, vel quasi. Nam tũc (vt supradixi) pecuniaria pœna fisco applicanda, in corporalem conuertitur,l. 1.§. generaliter,ff.de pœn.l.pen.ff.de in ius. voc. cap.finem de dol. & contum. Et idem tenet Ias. in d. §. fin. quia agitur ad publicam vindictam,interest nempè reipublicę ne delicta remaneant impunita, & ideo bene', si non habet in ære, luit in corpore. Secus vero si conueniatur ad interesse partis instigãtis, & damnum posse, tunc autem spectandum erit, quod deueniat ad pinguiorẽ fortunam , vt Ioan. Fab. loco supra citato tenet. Tamen si quis agat ratione iniuriarum concludatque in pecuniam esse reum condemnandum,tunc non liberabitur per cessionem,quia si non soluendo, in corporalẽ pœnam cõmutabitur, vt ibi Abb. & Ioan. And. in capit. Odoardus de solut. & supra pręcedenti cap. dixi. Aliter autem distinguitur tale dubium, aut ex delicto, & non potest,ne remaneat impunitum, ideo luit corpus pecunia deficiente pęnam.l. quicunque, C. de seru. fug. Aut tributarius, & nõ carce-

carcerat, sed detinet, sub tuta custodia. Aut est debitor pp collectas, & non põt cedere bonis, immo carcerabitur, donec soluat, vt p Sal. in l. 1. C. de bo. Cęs. Aufrer. in addit. ad Cap. Thol. in decis. 28. & decis. 134. Si vero fisco, qs pro suo îteresse adhęserit, & succũbat in cã criminali, pariter bonis cedere nõ
39 valebit, vt late Boer. decis. 349. nu. 8. vers. Volens, q si quis. Petitur semp in cõmissione, de qua tractamus, iudici, cui dirigit cõmitti, vt ad alterũ ex duob. beneficijs, siue qnquẽnalis dilationis, siue cessionis bonorũ orato rẽ admittat, maioris partis creditorum arbitrio, & quãuis Cin. in l. fi. C. qui. bo. ced. pos. hanc electionẽ ipsorũ met creditorũ arbitrio, seligendo qualẽ ex præfatis impertiri velint, repositũ fore asserat, tñ nõ approbat talis snĩa, qa sequeret absdũ, q verba arbitrio
40 maioꝝ partis creditorum, quæ conditionẽ faciũt, essent supflua, & forma rescripti non seruata, actus elset nullus, ac facultas in eo data creditoribus, q eorũ, arbitrio vnũ concedant, esset inanis, nilq; operaretur. Quãuis ceu semp humanius cũ debitore agendo, quinquennalẽ dilationẽ illi concedere statuant, potiusq̃ in carceribus, ex quibus, & animus, & corpus affligunt, torqueãtur, l. fi. C. de custodia reor. c. quãuis de pen. in 6. clem. 1. de heret. Sed pmissis nõ obstantibus, de iure ad quinquenalẽ dilationem, illũ admittere teneri, data ẽt voluntatis creditorũ paritate, tenuit, Rom. cons. 439. n. 1. & per tot. late. Sed quid, si sunt multi credito
41 res, partim vero mediãte Camerali obligatione, partim non, & plures carentes Camerali obligatione, dilationi quinquennali cõsentiãt, ea nẽpè muniti, id negent, quorũ cõsensus pualere debeatur, an primũ. An talibus locum obligationẽ habẽtiũ, & specialẽ hypotecã piudicare valeant. Hanc quęst. decidit Ang. cons. 213. n. 1. dicens, maiorẽ creditorũ partẽ, quãuis Camerali, vel alia simili fauorabili, nõ sint obligatione muniti, q̃ obligationẽ in hoc particulari, minimè attẽdendã, & cum debitore pacisci posse asserit, tali suffultus rõne, quia habito respectu ad cumulũ debiti, & personarũ, maiorẽ partẽ constituunt, ob id paciscendo, cæteris renitẽtibus ẽt Camerali obligatione munitis, & psonali hypotecaria, piudicare valent, creditores eteñ sunt, nec ob id aliorũ elidũt obligationis exceptionẽ, Gulielmus de Cun. in l. & suũ, §. hodie, ff. de pact. Sed temporibus istis talis, Ang. snĩa nõ seruatur, nisi speciali ter in rescripto pfatę Camerali obligatiõis, vel aliç similis, ac iuramento in ea interpositis mentio fiat, stantibus efficacissimis, & validissimis Cameralis, obligationis priuile-
42 gijs, vt suo loco dixi. Sed aut remittatur debiti pars, aut concedatur dilatio, aut quis ad bonorũ cessionem admittatur, semper dẽt iudicis Decretũ interuenire, l. 1. C. qui. bon. ced. pos. & ita Perusij, per oẽs Doct. iudicatũ fuisse, testatur, Ang. in d cons. 213. nũ. 1. & per tot. & idẽ censuit Bar. in d. l. cum solio,
43 nu. 5. Si vero essent. et dissentientes, & cõsentientes pares, tunc illorũ numerus, qui in maiori parte creditores sunt, venit attendẽdus, si vero ęquales, ẽt in debiti quãtitate forent, tunc arbitrio, & voluntati dilationẽ, quinquennalẽ concedentiũ standum erit, vti in minorem, & benigniorem partẽ inclinantium, ex qua nulla debitori ignominia resultat, vt Bart. loco citato, nu. 1. Semper aũt inter se dissentientibus creditoribus, qd de bonis, & psona debitoris agendum, sit illorũ præualere debet snĩa, qui in maiori parte sunt, Rom. d. cons. 439. per totum Ang. in l. 1. ff. de priuileg. credit. & vbi vide glo. in verbo cum bona opinione. At si essent pares cognatorũ iudicio, qui creditores sint. Et si nullus ad sit cognatus, iudicio illius, cui maior pars pecunię debetur, cõmittendũ erit, de quo vide Strac. de decr. prou. 6 nu. 21. cum addut. Asserens in quolibet casu id lo-
44 cũ habere. Cessio autem bonorum creditoribus, conditionalibus, non præiudicat, vt per Achil. decis. 13. de re iud. Sæpissimæ,
45 pręterea obligationes, Camerali vinculo vallatæ, concipiuntur, in quibus medio iuramento cessionis bonorum beneficio, renũciat debitor, (vt dixi) accidit, q tali renunciatione, & iuro non attentis, nihilominus debitor forsan î calamitate, vel alio statu cõstitutus, ad bonorũ cessionẽ admitti petit, & cõmissionẽ porrigit. Videamus, an sit audiẽdus, necne, ac an ea facta, a creditorũ molestijs liberet, Et negatiuè. Primo rñdendũ vr quod tale iurm cõtra bonos mores pstitũ, non est obligatoriũ, c. non est obligatoriũ, de reg. iur. in 6. Absurdũ aũt si talis renũciatio esset valida, sequeret, vna cũ crudelitate, & in humanitate, absq; vlla creditoris vtilitate, & commodo, quod ad perpetuas carceres se debitor obligaret, ibique, ipse miserrime detentus, famæ vexatus, inopia accitus, de facili, & cito suum claudere extremum diem posset, quod non eueniret, si esset in sui corporis libertate constitutus, lucrari autem, & ad pinguiorem deueniendo fortunam, suis satisfacere creditoribus, saltim î aliqua parte, valeret. Caninus nẽpe creditor appellandus est, qui debitorẽ î carceribus marcescere cupit, vti cõtra caritatis pceptũ faciẽs, dũ debitor ita detẽtus, diuinorũ audientia, & solatio priuatus, ad infi

delitatē deducitur. Vnde in conſequens talis renunciatio, quę reo debendi dānationis æternę periculū apportat, iuramēti vinculo nō validatur, Arch. in c. quāuis in verbo æternę ſalutis, de pact. in 6. Feder. de Sen. cōſil. 60. Caſt. in l. Titio centū, §. Titio centū, ff. de cond. & dem. Galleſ. ad obl. in form. Cam. p. 2. ad tertiā par. q. 4. nu. 2. Alciat. in c. cōtingat, nu. 69. qui de magis cōi teſtatur de iur. iur. Viui. in lib. com. opin. lib. 1. opin. 65. Eſſet tale iuramentū reipublicæ quoq; pręiudiciale, cuius liberos hōies habere, & conſeruari intereſt, l. 1. ff. ſolut. mat. vxorive, ac filijs, qui nec victum, nec reſpectiuè debitū matrimonij habere poſſent, maximū detrimentū apportaret. Aliud ēt daretur inconueniens, quia debitor interdū excōitus, ſoluere, neq; bonis cedere valens, abſolutionis beneficiū conſequi minimè poſſet, & ſic perpetuo excōicationis vinculo propter p̄ſtitū iuramentum illaqueatus remaneret, quare in hoc, iuramentum ad interitū Aīæ tendens, nō valere, cōcludendum erit, c. cū contingat, de iur. iur. & hanc ſnīam ſcrib. in l. antiquitas, C. de vſufr. ſequuti ſunt, Alex. conſ. 327. nu. 6. vol. 2. Alb. in rubr. C. qui bo. ced. poſ. col. fi. Cap. Tholoſ. deciſ. 61. quā vti magis cōem amplectitur Couar. variar. reſol. lib. 2. c. 1. nu. 7. vbi pluribus modis quæſtionē limitat, quē ſi occurrat adeas. Cōtrariā verò ſnīam ꝓ iuramēti validitate, & obſeruantia ſequētes, pluribus medijs tueri conātur, & primo, per regulā, quod fauori ſuo renūciare vnuſquiſq; pōt, Fel. ī c. ſi diligēti, n. 1. de fo. cōp. Bar. Bal. Fulg. & Salic. in l. pe. C. eod. tit. idque maximè procedit, qn̄ de rè priuata agitur, l. paciſci. ff. de pact. Negant ēt oriri crudelitatē ex carceratione, quia Carceratio pro ciuili debito, eſt quædā detētio in aperta, & libera cuſtodia, & videtur dicēda ſimilis oſtaggio, ad qđ quis ſe obligare valet, ſupra verò in contrariū adductis, vnico fundamento reſpondēt, quia cedere bonis, vel nō, in ipſius ſtat debitoris volūtate, & ſic ad non cedendū ſe aſtringere valet, c. quamuis de pact. in 6. Fed. de Sen. cōſ. 60. Imol. in c. cū contingat 10. mēbro de iur. iur. Ang. & Ro. in l. alia, §. elegāter, ff. ſol. mat. ideo ſi renūciauit, & ita ſemel ſibi placuit a principio, āplius diſplicere neqt, c. ꝙ ſemel de reg.

47 iur. in 6. Pro reſolutione huius q̄ſtionis, breuiter diſtinguēdū puto. Nā aut ex p̄miſſa renūciatione, quāuis iuſ̄o munita, oriuntur, ſeu oriri poterūt incōueniētia in prima opine narrata, & tunc nullius erit momenti renūciatio, Fel. in c. ſi diligentia, nu. 4. de foro cōp. Ang. in l. nemo carcerū, C. de exact. tributo lib. 10. gl. in Auth. Immo, C. de act. & oblig. Bar. in c. alia, §. elegāter, ff. ſol. mat. Paul. de Leaz. in diſput. incip. q̄ritur vtrū electio, in 3. q. Cōtra bonos mores, nēpè eſt, vt qs vltra id, ꝙ non pōt, grauetur, neq; partes, ꝙ ordo iudiciarius non ſeruet̄. ſu p eis paciſcere valēt, gl. in clem. ſępe in verb. neceſſario, de verb. ſig. c. fi. de re iud. in 6. Bar. in Auth. offerat̄, C. de libell. oblat. Immo ſi coactus eſſet debitor, ī carcerib. & marceſcere, & mori, darēt incōueniēs, ꝙ carcer nō ad cuſtodiā, ſed ad pęnā eſſet Sal. in d. l. 1. nu. 8. C. qui bo. ced. poſ. Et quāuis de iu. ciuili circa cuius di

48 ſpōnē, quo ad laicos tm̄ materia æris alieni verſamur, pęna ꝑpetui carceris imponi poſſit, l. incredibile, vbi Bald. & Doct. C. de pęn. Iaſ. in l. ſi victū, nu. 5. de re iud. Tn̄ ſecus eſt de iure Canonico. c. q̄uis de pact. in 6. Bar. in l. imperiū, col. 6. ff. de iur. omn. iud. Debitor

49 nēpè ꝑ pactū ad ꝑpetuas carceres ſe aſtringere neqt, DD. in d. l. alia, §. ſi elegāter, ff. ſol. mat. Galleſ. ad oblig. in for. Ca. p. 2. q. 4. nu. 2. ēt ſi iuſ̄m accedat, Alciat. in c. cū contingat nu. 69 Qui de cōi teſtat̄, de iur. iur. Franc. Viuia. in lib. com. opin. in littera D. nu. 2. verſ. Debitor nō poterit. Aut fit intruſio ex aliqua humanitate, cuius medio ſuū creditor cōſequi pōt, iuxta diſpoſitionē, l. nemo, C. de exact. trib. lib. 10. vt puta, qn̄ debitor haberet amicos, qui pro eo ſoluerent, ſeu fideiuberēt, de ſoluendo, vel erat vagabūdus, quia exiſtente Aurifice, vel alterius artis, illā exercere nō curabat, quā bene in carcere exercere pōt, & creditoribus in totū ſatisfacere, vel in parte, tunc dūmodo nō adimat̄ ſibi facultas ſacramēta Eccleſiaſtica ꝑcipiendi, ſeu aliquid ꝑiudiciū ſaluti Aīæ nō afferatur, vel niſi nimia ſęuitia, ſeu inhumanitas ex carceratione oriat̄, & iſto caſu talē renūciationē, iuſ̄o interueniente factā, tenore, dixit, ita diſtinguēdo Rot. pleniſſimè in deciſ. 31. nu. 4 de ſent. & re iud. in antiq. ad ꝙ rōne mouet, eo q2 tale beneficiū ꝑ eius ꝑ iuramētū renunciationis, ſibi non cōpetebat, ſed erat mediante ceſſione cōpetiturū, ideo bene, vt ipſi nō cōpeteret, facere potuit. Nec facit, ꝙ iſte cedēs ſimilis videat̄ illi, qui teſtamentū, vel procuratorē non reuocare iurauerit, & deinde ſi reuocet, licet periurus efficiat̄, reuocatio teneat, vt latè dixi in cōmiſſione relaxat. iur. c. fi. nu. 24. Qm̄ id ꝓcederet forſan, & eſſet verū, quo ad bona, quorū Dominium amittere poterat, tn̄ ad effectum de quo agitur, non teneret, quia ceſſione non obſtante, ciuiliter, & humano mō carcerari poſſet, ac de poſtea quęſitis, deducto, ne egeat, conueniri, & aſtringi ad ſoluendum, vt ibi Rot.

num.

nu.4.firmauit, & sic poterit opinio Bald. in d.l.1.n.18.& 19.C.qui.bo.ced.pos.intelligi. Sed tūc cessaret cīs difficultas,qn̄ in illis par tib. in qbus cessio fieri cōtingeret, consuetudo talis vigeret. Nā tunc,maximè iuro in terueniēte, renunciatio teneret,vt per Cap.
50 Thol.decis.61.& dec.230. latè. Oritur pręterea dubitatio,an bonis cedens,a ciuili, & naturali obligatione liberetur,&breuiter dicē dū(meo iudicio)venit,neq; ciuilē, neq; naturalē tolli, sed eorū effectū suspēdi, donec ad pinguiorē fortunā debitor deueniat. Vn-
51 de fieri non pōt vigore talis cessionis, quominus in quantū facere possit cōueniatur. Immo semp de quibuscūq; quęrēdis,ēt nulla rōne habita ne egeat,tenebiē insolidū,sed
52 tales decocti,dilationē q̄rentes,initis cōuētionibus cū creditoribus,illas vel in totū,vel in parte, aliqua nō obseruāt, vnde quia fidē frāgenti,fides,frāgi pōt,non tenetur tali pa ctioni creditores stare,etiam si iurata.l.quęro,§.inter locationē,ff.loc.vt Strach. de decoct.p.6.nu.23.viden.Nec quicquā facit tex. in l.alia,§.eleganter,ff.sol.mat.quia maritus
53 in restitutione dotis nō conuenitur,nisi in quantū facere pōt, est nēpe ibi speciale pp maritalē reuerentiā,secus aūt,vbi rōne p̄sonę contractus cōpetit,vel alia ratione, quia ęquū est,vt potius debitor,q̄ creditor ęgeat, & sic cōcludo,ꝙ pp hanc cessionē, nec a ciuili, neq; naturali obligatione debitor liberetur,l.is q,C.qui.bo.ced.pos. Paul.de Cast. in l.vbicūq; nu.3.ff de fideius.& mād.& est
54 cōis snīa,vt supradictū est.Vnum circa hoc dicere nō omittā, ꝙ si carceratus pro causa ciuili de suo victu cōsequi nō valeat, de publico sibi ꝓuidēdū erit,l.iudices,C. de epis. Aut alias ab eo,qui carcerare ipsum fecit,alēdus venit,gl,in l.fi,in verb.ignoscere,C.de erog. mill.ann. lib.12. Bart. in l.sanctū,ff.de re iud.& in l.illicitas,§ potentiores,col.pen. ff.de offic.p̄sid.Cabal.in addit.ad costi.March.lib.4.c.1.in verb.carcer.nu.17.Et si carcerari faciens nō subministrat alimēta,iudex, debitorē liberabit,Ias. in l. si victū, nu.3. vbi Cuma.nu.1.ff.de iud.Aret.in §.fin.nu.11.in fi.instit.de actio.Boer.decis.303.nu.2. Paris. de Put.in tract.de sindic. in verb.carcer.c.an Carcerarius,&c.Guid Pap.decis.211.Afflic. decis.75, per tot.immo sec.Cabal.ibidē etiā Cubile,quoq; tradendū asserit, alias eo non tradito relaxabitur, qa facile Cubili carēdo, necis periculū incurrere poterit,d.l. si victū, & Bar.in l.necare,ff.de alim.& cib.leg. Vnde bene apparet sup istis iuribus, & auctoritatibus fundatū esse decretū RR. PP. Visitæ carceratorū Gn̄ale Almæ Vrbis a Sāct. Pio Papa V.motu ꝓprio cōfirmatum vti quotidie in praxi fieri, & obseruare videmus, ne paupere famę oppressi,ac creditorū seueritate miserabiliter in carceribus diē suū claudere extremū cogātur, ꝙ est de iure, secundū Ang.Aret.in d.§.fi.n.11.in fi.instit. de actio. & in hoc opportunæ dicam,ꝙ Signatura nū
56 quā rescribit in negocijs,seu casibus Dn̄orū visitatorū Carcerū,quia habent supremissimā auctoritatē a Papa, & manu Regia expediūt carceratos, eorumve causas,& ideo Papa solus,quāuis nunquā,aut rarissime in eorū negotijs se ingerere velit, licet,qn̄ circa hoc aliqua occurrunt adeūdus. Fui aliqn̄
57 interrogatus, an nostra cōmissio cessionis bonorū Hebræis sit concedenda, & dixi, ꝙ sic,quia sicut iure cōi iudæi vtuntur,& ligātur,l.Iudęi Romano,l. nemo Iudæorū, & l. nemo exterum,cū l. sequenti, C. de iud. ita pariter miserabile istud beneficium, ꝙ iure cōi oībus indultum reperitur,ipsis erit concedendum ratione quippé, humanitatis a nobis faciendi sunt,quia vti naturæ participes, proximi nostri dicuntur Abb. in capit. iudici,nu.3. & in vlt.not. de iudic. Et quam
58 uis repelluntur a muneribus publicis,capitulo cum sit eodem titulo. Tamen id vti Abb. loco citato, num. 4. ait intelligitur, quando munus publicum præminentiam magnam haberet,vnde cum in casu nostro cedere bonis non sit præminentia, sed tendat ad manifestam infamiam, & vilipendium, a supradicto lacrimabili priuilegio, non veniunt excludendi, quia talis cessio miseris fauorabilis est, & iudæi non sunt in fauorabilibus exclusi Bal. in l. spadonem,§.
59 iam aūt in 1. lect. ff. de excusat. tut. vt in simil videmus, de saluo conducto concesso, ꝓ se,& socijs, qui pauper hebręos includit Socios, Ang. in l. vtimur,ff.de sep.viol. Fel. in c.Sedes,nu.1.vers.fac.ūt ēt sec. Antoniū, vbi Abb.de rescript.id Abb.in c. post miserabilē,de vsur. ideo sicut subiecti S.R.E. militāti, qa nobiscum versantur, fideles sunt, sec. Innoc. in c. ꝙ super his, num.3. & 4. de vot. in hoc quoq; amplectendi veniunt, qa in iudiciis æqualitas seruanda est, & prætermittenda ratio odij collitigantis, sed a ius dicente æquitas adhibenda, Ancher. in clem. prima, numero 14. de testibus, & si in eorum ritibus tollerantur,c.si iudęos, in princ.de iudic. quo ad leges, & forū tempo
60 rale non sunt repellēdi, quia de eodem populo,& corpore Ciuitatis sunt,licet non de spirituali,l.Christianis,C. de pagan. sacr. &
61 temp. vt latè per Nat.cons.620.per totum. Quamuis Iudæi sint valde odiosi,vt in d.cō sil.51.num.2. & habetur in capit. nimis de Hebr. & in cap. nulla 54. distin. de quo latè

Natt.d.cons.620.per totum. At si iurare he brços contingat, super eorum lege id facere debent, clausula vero cum potestate citā
62 di, & inhibendi extra Curiam, quādo in Curia causa cessionis committitur, vti etiam si versaremur in materia, cap. Odoardus, vel cap. peruenit de quibus sequenti capitulo differemus, non datur, quia tales cōmissiones iudicibus ordinarijs semper diriguntur qui iurisdictionē suā exercere nō debēt, nisi in suç ditioni subditos, ideo si tantū ordinaria iurisdictio excitatur, & extra suū territoriū morātes, sint ab ea exclusi, & exēpti, nō sūt, nec ad Cur. Ro. neq; corā alio iudice in similib. ad iudiciū trahēdi, Bal. in marg. ad Innoc. in verbo citatus, nō teneē, &c. Nā si secus esset, maxima fraus, & dānum creditoribus apportaret, quia, dū stant in regionibus valde remotis, vt in Curia videmus de Hispanis, qn cōmittuntur causç admissionis ad alterū ex supradictis, ca. qui nō possunt cōparere, neq; eorū iura deducere, remanerēt defraudati, & delusi, ob id bene statutū fuit in Sign. iustitiæ, & p dños meos cōuotātes, q delereutur tales clausulç, & in vnaquaq; diocesi cōcederetur particularis cō
63 missio, vt seq. c. dicetur. Nec locus est ī casu cōmissionis nostrç iuro perhorrescētiæ in partibus, quia cū iudex, cui data est certa forma, sit exequutor, nō pōt vti suspectus recusari, vt supra retuli in cōmissione de iudicū suspitione. Qn impetrās talē cōmissionem multo ęre alieno grauatus reperitur, tam in Curia, q̄ extra, vti dixi supra, quia creditores
64 sunt rei, ī eorū domicilijs, & foris, tale iudiciū dēt intētari, & agi, mediātib. diuersis cōmissionibus, vt dixi laicis vero extra statum S.R.Ecc. oīmodę cōmissio istęc denegatur quia tale munus ad eorū dños, & superiores pertinet, nā ī alienā messē manus inijcere, nō cōuenit. Denegatur quoq; cōmissio
66 istęc plurib. casibus, & personis Primo illi, qui in p̄iudiciū creditorū bona studiosæ dilapidauit, l. fi. ff. q in frau. credit. Bal. in l. 2. nu. 8 C. qui. bo. ced. poss. Bar. in l. alia, §. eleganter, nu. 15. ff. sol. mat. & in §. qd aūt nu. 13. in Auth. de fideiuss. eo q, cū iam eorū fides sit suspecta, & facilis tales decocti ad mentiendū ex p̄seuerātia, & dedecore semel postpositis, & licet postea mutēt statū, non est p̄sumendū, q bonā fidē agnoscāt, ob id cōmissione indigni sunt, Bal. in cōs. 400. nu. 3. & 4.
67 vol. 5. Secūdo denegatur illi, qui in ludis reprobatis bona cōsumpsit, seu bona cū meretricibus, vel in tabernis, dissipauit, Sal. in d. l. 1. nu. 19 C. qui. bo. ced. pos. l. 1. ff. quæ in frau. cred. decis. 22. nu. 4. de restit. spol. in antiq. deceptis aūt, & nō decipientibus subue-
68 niēdū venit, c. 3. de re iud. Tertio illi, q ad factū personale est obligatus, puta ad seruitutē aliquā, dūmodo illā p̄stare possit, quia alias intraret interesse, Bal. ī d. l. 1. nu. 9. Paul. de Castr. in l. si quis Curialis, n. 4. C. de epis. & cleric. Benedic. Barz. in tract. de quarāt. 2. p. q. 19. Castr. in l. stipulatio ista, §. sin aūt, ff. de nou. oper. nunc. glo. in l. ab eo, C. de actio. & oblig. in opere vero, in quo est quis obligatus, dūmodo ei possibilis, semp est diues, ob id nō includitur in bonorū cessione, loquē do de iure ciuili, vt Sal. in d. l. 1. nu. 6. l. stipulationes nō diuidūtur, ff. de verb. obl. l. si qs ab alio, ff. de re iud. Sed si promissio ad factū iuro vallata reperitur, non solū tenebitur ad eius perfectionē, verū cogendus erit p̄mittens, semper intelligendo, data facti possibilitate. Couar. in 1. par. relect. §. 4. nu. 6. Grau.
69 cons. 12. Quarto pariter illi denegatur, qui creditoribus satisfacere pōt, Bal. in d. l. 1. nu. 10. vbi Sal. nu. 5. C. qui. bo. ced. pos. Nā si est soluēdo, & nō curet in se infamiā irrogari, dūmodo creditoribus nō soluat, & nō sit in statu miserabili cōstitutus, ne creditoribus
70 fraus fiat, nō erit audiēdus. Quinto pariter nō cōceditur illi, qui dilatione quinquennali trāsacta, bonis cedere vult, Sal. in l. cū solito, nu. 2. vers. Sed attēde, C. qui. bo. ced. poss. Afflic. dec. 378. vbi ita oēs Doct. tenere affirmat, ea moti rōne, quia cū duo alternatiuè ab initio habuerit priuilegia, siue cessionis bonorū, siue quinquēnalis dilationis, vno electo, ad aliud postea cōuolare, sibi prohibitū est. Immo vti fraudolētus, & malitiosus decoctor, reus pęnæ motus proprij, de quo multis in locis verba fecimus, cēsendus, & puniēdus erit, glo. & Doct. in l. si. vbi Bar. C.
71 qui. bo. ced. pos. & ita dicēdū venit de illis, q quotidie ęs alienū cōtrahēdo, nouas ces-
72 sionis bonorū cōmissiones obtinēt. Itaq; operę preciū fore cēseo, ac valde bonū, si Domini mei Referendarii adderent in similibus cōmissionibus, dummodo aliam similē non habuerint, quia semel ad tale beneficiū admissus, nō dēt iterato admitti, id autē valde vtile esset, q si vnus ex similibus excedentibus compertis puniretur, alijs in exēplum transiret, nec ita de facili reperiren-
73 tur mercatores istarum fraudum. Sexto omnino denegatur debitori publico, vt erit exactor Gabellarum, vel tributorum, seu introituum ad fiscum spectantium, l. propter honorem, C. qui. bon. ced. poss. Alber. in prima parte, statu. quæst. 39. Rom. consilio vigesimoseptimo, versic. Nunc ad propositum, de quo tamen videas Aufrer. ad
74 Cap. Tholos. decis. 134. Septimo secundū magis Doctorum receptam sententiam, il-

la

la indignus est, qui ex delicto, vt proxime dixi fisci esset debitor, vt Aufrer. in d. decisione 61. ad Cap. Tholos. Couar. variar. resolut. libro secundo, capitulo primo, de communi Alber. in rub. C. qui bon. ced. poss. numero decimoquarto, Iul. Clar. in §. fin. in pract. crimin. quæst. 95. versic. Sed pone id suadeatur ex regula vt dixi, qui non habet in ære, luat in corpore, l. 1. vbi Ias. num. 43. & cæteri Doct. ff. de pen. Ias. in l. si quis, id quod num. 28. ff. de iur. omn. iud. Marsil. in l. 1. ff. ad l. Corn. de sicar. Franc. in cap. reprehensibilis, colum. 3. de appellat. Sed si fisco ad pęnam corporis afflictiuam, ad publicā vindictam esset condemnatus, & particulari ad resarciendum damna, & interesse, poterit, quo ad personam particularē bonis cedere, Boer. decis. 349. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 8. versi. præterea, ibi pęna vero, ratio est, quia factum priuati, eiusque passi, restauratio, non dicitur vindicta, quæ publi-
75 cæ vltionis loco cedat. Octauo etiam non datur hæc commissio doloso, vel fraudolēto spoliatori beneficij, qui fuit condemnatus ad fructus restitutionem, nam tale remedium spolianti non competit, quia si in legem commisit, cum spoliare sit delictū, non est gratia dignus, Cap. Tholos. decisione 466. & decis. Rot. 282. in antiq. l. fin. ff. quæ in fraud. cred. nisi ex causa, nam tunc interdum reseruantur expensæ in fine litis ex gratia Sanctissimi, vt dicam. Viget nem
76 pè contra similes personas motus proprius Sanctissimi, æternęque memoriæ, ac dum mundus erit recolendæ, illius, Summi Pontificis Pij V. cuius Sanctissima opera cogitationes, ac pro re Christiana tanto amore, & charitate gesta optimę apparent, ex a diuersis auctoribus ædita, contra istos decoctos, ac bonis cedētes, in quo certa datur norma, ideo ne erremus, quando tales commissiones per Signaturam iustitiæ conceduntur, semper clausula in eis (si deerit) apponenda est, seruata forma motus proprij non alias, nec alio modo, in quo Sanctissime disponitur, vt isti fraudatores, vel alias bonis cedentes euitētur, & ne cū ipsis in futurū cōtrahatur, ac ad instar peste oppressorū, ab oīb. sint cogniti, teneant cōtinuę, palā viride asportare biretū, idq; rōne publicę vtilitatis, cui cōtinuę orationibus, & cogitationib. toto cor
77 de Sanctiss. ille Pōtifex, & oīum Pater, inuigilabat, maxima repletus charitate, factum fuit, vt isti (vt ita dicā) latrones æris, & sanguinis alieni rapaces, in futurū signū publicę verecūdiæ deferētes cōtrahēdo, euitaretur, ac a publicis ēt muneribus, & cōmercijs repelleretur, vt bene dixit Sal. in d. l. cū solito, n. 2.
78 C. qui bo. ced. pos. versi. itē nota, Suntq; dētibus, q malitiosę, id facere assolent, ab oīb. dilaniādi, vt dixit Bal. in cons. 400. nu. 3. & 4. vol. 5. & cōs. 382. nu. 2. eod. vol. vbi a cōiter accidētibus, vocat istos fallitos, fraudatores, & deceptores, q ob aduersam fortunā non excusant, & sic merito pęnis in d. motu proprio cōtentis, secundū psonæ, ac facti qualitē, circa q certa regula dari non pōt, dignę, plectēdiq; sunt. Sed meo iudicio, nō sufficit addere talē clausulā, qa si expedita cōmissione in actis illā habēt, citari curāt creditores, vt fieri solet, ad dicendū contra cōmissionē, & videndū inhiberi, & iudex, qui Apostoli-
79 cis rescriptis parere tenet, mandat iuxta eius seriem, & procedi, & inhiberi, tuncq; creditores inhibiti, habēt manus ligatas, nec amplius mādata exequi valent, & sic libere debitor pfatā legē, idest motū propriū fraudādo, hac excogitata malitia, indirectè absque bireti viridis dilatione, p vrbē, vel alibi vagātur, aliud æs alienū cōtrahendo, in multorū exterminiū, quare ad obuiandū fraudibus, nō abs re (meo iudicio) esset, claris verbis in
80 talibus cōmissionibus clausulam inserere, asportato bireto viridi, & nō alias. Nā multi si capiti suo talē Galeam ignominiæ imponere coacti essent, aut satisfactioni creditorū, vel cōcordiæ incūberent, aut non essent tā proni in similibus patrādis, qui si occultè sunt fraudatores, nollēt, vt plurimū ita hoī-
81 bus in publicū apparere. Alia aūt clausula est fer (ni fallor) necessaria, & put de iure, qa si alias similē dilationē habuerit, ex sup. relatis erit ab hac secūda excludendus, dico, qñ ea, q ius pcipit in hoc actu, nō seruat, Solēt per
82 sępe nonulli Nobiles post decoctionem in Sig. S. D. N. gratiā petere, cū motus proprius cōpręhēdat, & Nobiles, & ignobiles, vt lex gñalis, ī qua psonarū cessat acceptio vt rigor mitiget, ne asportare tale viride īfamię biretū cogatur. q ñ ratò cōceditur, iuri aūt consonū est, vt tam pro diuite, q pro paupere lex
83 seruetur, & scripta exequatur, ad hoc, vt in cōtrahēdo, tā ipsi, q pauperes manifestè cogniti, euitētur, qa in oībus par, finis, & ratio militat, ita ēt & iuris dispositio, immo si se diuites fuisse, & nobiles asserāt, tāto magis, gratia reddūtur indigni, qa eorū est quęrere creditorū satisfactionē, sub pteriti status colore, vt nemo de ipsis cōqueri possit, ne plus in cōtrahendo eis, crederetur, vnde magis fraudes nouas parare poterūt, itaq; ordinarię in oībus, q bonis cedere volunt, aut dilationē secundum motus proprij præfati dispositionem, æqualiter seruari, & ius, & æquitas

 postulant,

poſtulant, niſi aliter ex Sanctiſſ. D. N. gra-
tia viſum fuerit, nam multum nobilibus in-
terdum deferendum eſt, Couar. var. reſol.
libro ſecundo, capitulo ſecundo, numero
octauo, quibus conſulitur potius, median-
te dilatione, vel moratoria, (vt dixi in præ-
ced. cap.) circa, quod vt Strach. in titu. de
Decoct. par. 7. ait tria illorum genera ve-
84 niunt conſideranda. Primũ eorum, qui for
tunæ. Secundum illorum, qui ſuo proprio,
Tertium qui nec ſuo, nec fortunæ vitio de
cocti fiunt. Primi autem, qui culpa, & vi-
tio carent, contra quos agi criminaliter, pręe
miſſorum occaſione non valet, vt ibidem
85 Strach. numero tertio. Sed infortunio, id
tribui poteſt, aliqua gratia ſunt digni, vt di
xi de petentibus dilationẽ, capitulo primo,
numero ſexageſimoſecundo, & ſequent.
86 In ſecundo vero, & tertio genere, ſi adeſt
dolus, omni gratia ſunt indigni, & ob id cre
ditor, ſi decoctionis periculum immi-
nere noſcit, licet obligationis dies non ceſ-
87 ſerit, pignori incumbere debet, nempè, iu
dicem adeundo, qui ſub inuentario eius
bona in ſcribi mandet, & faciat, talis autem
deſcriptio ſemper concedenda venit, l. fin.
in princip. ff. de req. reis, & in ſpecie credi-
88 tores admonnendo, vt cauti ſint, curã maxi
mã habere in libris, ac ſcripturis in tuto re
ducendis, ne iſti decocti faciles ad fraudan-
dum, in ipſis rationibus cãcellando, adden-
do, inducendo, aut ſuper inducendo eſſe
poſſint. Ideo optimum in ſimilibus erit,
ex eorum manibus libros eripere, Bald. in
conſilio ducenteſimo octuageſimo ſe-
cundo, numero decimoquarto, volumine
quinto, vt ibidem Strach. numero decimo
quarto. Solent certę multoties merces ſup-
ponere, & bonorum, loco adulterinas tra-
dere, obligatos tollere, aut corrumpere, ſeu
res alijs obnoxias obligatione diſſimulata,
alijs diſtrahere, permutare, vel inſolutum
dare, aut duobus obligare, aut falſo poſte-
riorem creditorem ſupponere ſepiſſimę cõ
feſſiones de reſcriptis, cum antidatis facere,
his vero non gratia, ſed ſeueriſſima ſunt ani
maduerſione digni, & extra ordinem, l. 3. ff.
de crim. ſtel. & l. cum ęs, ff. de furt. & ibi-
dem Strach num. 19. & 20. & de vendenti-
bus, & dantibus falſum pondus, vide ibidẽ
89 num. 21. & ſeq. Immo non ſolum tali pę-
na decocto res plecti debere, ſed etiam
eorum fautores, & conſultores, ac opem, &
auxilium in fugandis bonis, & ſcripturis prę
bentes, vt latè dicit Strach. eod. tit. num. 9. in
fin. quę ſi occurrat, modis, & formis per eũ
declaratus videre poteris, ꝙ non proſequor.

90 Seruatur autem motus proprius præfatus,
tam in Curia, quam extra, per totum Sanctę
Romanæ Eccleſiæ ſtatum, & ita in plena ſi
gnatura iuſtitiæ pluries reſolutum fuit, iu-
re quidem, quia cum omnes ſint ſubditi, &
Papę ſupremi Domini lex, ac in toto ſtatu,
ne multi decipiantur, eadem ſit ratio, debet
ẽt eadẽ iuris eſſe diſpoſitio, l. edigere, ſiqua-
uis, ff. de iure patr. cũ ſimilib. Et ſi cauſam fi
nalem conſtitutionis inſpiciamus, ea fuit,
vt a fraudibus talium decoctorum ſubditi li
berentur, & ſic cogniti euitentur, ideo om-
91 nibus cõis eſſe debet. Immo in exequutio
ne pęnarũ pręfati motus proprij, cũ Illuſtr.
Reuerendiſſ. Dñicus Card. Pinellus, de
quo ſupra verba feci de anno 1596. Pro-
uinciæ Romandiole, & exarcatus Rauennę
de latere Legatus eſſet meritiſſimus, inte-
gritatis, ac iuſtitię Summus cultor, ex iſtis
malitioſe decoctis, nonnullos ad triremes
trãſmitti mãdauit, quę ſanctiſſima exequu-
92 tio, & publica optima fuit, timorem, ac ter
rorẽ alijs afferendo, qui ſe a ſimilibus po-
ſtea abſtinuerũt. Eodemve pariter tpe, me
Ciuitatis Imolenſis Gubernio, ac totius pro
uincię pręnarratæ contra exules generali cõ
miſſario trãſmiſſo, per fel. record. Sixtũ V.
exiſtente, quatuor, ſeu quinque Bononien-
ſes de fuga ſuſpecti capti, & carcerati, ac po-
ſtea ad multorum creditorũ inſtantiam ar-
reſtati, coram me ad bonorũ ceſſionem ad
mitti inſtabãt, iuxta motus proprij normã.
Sed quia erant iſti ſocij bonis veſtibus indu-
ti, & ad nundinas, ſeu (vt dicitur) merca-
tos inſimul accedebant, vnus eorum emp-
tor diuerſarũ beluarum a pauperibus ruſti-
cis, erat, & alij pro ipſo, non ſolũ fideiube-
bant, ſed venditori, vt venditionẽ perficeret
ſuadebãt, & ſic alter alteri multos fraudãdo
opem ferebat, multiq; pauperes clamabãt,
ab ipſis decepti, dolo & fraude illorum in-
ſpectis, niſi infra 20. dies, ꝙ ſuũ erat vnicui-
cuique tribuiſſent, illos per 10. annos ad tri
remes, in publica carceratorum viſitatione,
condẽnaui, habuerũt recurſum ad Illuſtriſſ.
Legatũ, qui pro ciuili debito eos condem-
natos intelligendo, voluit, vt factũ Domina
tioni ſuę Illuſtriſs. & Reuerendiſs. ſignifica
rẽ, quo accepto benignitate me vſum fuiſ-
ſe rñdit. Hem mirabilis medela, antequam
terminus 20. dierum haberetur, oĩbus cre-
ditoribus, quorũ conſenſum videre volui,
plenè ſatisfecerunt, ad triremes euitandas.
93 Euenit caſus, ꝙ aliquis in partibus vigore cõ
miſſionis, vel alias, ad bonorum ceſſionẽ ad
miſſus fuit, & creditores appellarũt, ac appel
lationis cãm, cõmiſſione p R. P. D. Lauren-
tium

tiũ Celsũ nob. Ro. modo Castri Episcopũ, in Sign. iustitiæ proposita omnes petitis annuimus, quia si appellans se grauatum prætendere potest, non seruatis forsan supra relatis, neque a iure dispositis (vt supra dixi) vel eo quia non erat admittendus, non erit audientia deneganda, vt per Paris. cons. 80. num. 47. vol. primo, Hæres bonis pariter ce-
94 dere non potest, quatenus pupillus non sit, quia si carcerari non valet, nec in consequẽs bonis cedere, Bal. in l. prima, numero 20. C. qui bo. ced. pos. quamuis cessio facta per testatorem, hęredi prosit, absque confectione alterius inuentarii, vt per Bal. in l. cum soli 10. C. eod. tit. Moratoriæ autem cum sint
95 odiosę, raro conceduntur, & quando concedi contingat, non fit absque vrgenti causa, sed non per Signaturam iustitia, quamuis interdum Illustrissimus, & Reuerendissi-
96 mus Cardinalis præfectus ex causa sibi, seu Signaturæ bene visa, mandet iudici ordinario, tam in Curia voce, vel in scriptis extra eam per suas literas missiuas, vt ad tempus breue aliquã dilationem concedat, seu vt dicitur non grauetur, & interdum causa
97 cognita, ob aliquam ęquitatem id precipit Signatura Iustitiæ, licet ordinarie, vel ex Signatura Sanctissimi valde Sãctitatis suæ mẽte, concedantur, addita vt plurimum clausula, data cautione de soluendo in fine termini, ac etiam in forma depositi, l. vniuersa, C. de prec. Imper. offer. capit. vniuersa, 25. q. 2. Staphyl. de lit. iust. in cap. vlterins pro declaratione, numero nono, & interdum absq; dicta cautione iuxta facti, seu personarum qualitatem. Modicum vero præiudicii creditoribus affertur, quia vno, & eodem tempore ambobus succurritur. Debitori cui dilatio datur, in qua commode procurare valeat tpe pręfixo ęris alieni solutionem, absq; sui iactura, & pernicie, & creditori, qui stante cautione tutus est absque lite, & expensarum fatigatione suum consequi. Sed si debi-
98 tor cautionem inuenire non valet, illo casu ad iuratoriam admittitur, Staphyl. vbi supra num. 12. Aut generaliter, C. de Episc. & cleric. §. sed hodie istit. de satisd. c. alma de sent. excom. quamuis aliquando Sãctissimi Clementia, quę ab ęquitate regulatur, & interdum iuri cupio præualere debet, &c. placuit, C. de iudic. Felin. in cap. cum illorum concl. 2. de sent. excom. absque fideiussione ad tempus dilatio illi conceditur quamuis moratorię ad quatuor, vel sex menses ad summum ordinarię, nisi aliter Sanctissimus censuerit, cõcedantur, Ang. Aret. in rub. in stit. de except. nu. 13. qui id late tractat quẽ vide sed præmissę moratorię, seu salui conductus simpliciter concessa non compręhẽdunt debita iurata, nisi specialis de illis mentio fiat. Gram. decis. 21. nu. 2. Alex. cons. 104. num. 2. Felin. in cap. constitutus, vers. statuta
101 iuratu, de rescript. & dilatio incipit currere a die datarum literarũ, seu eius concessionis, cap. etiam te de rescript. cap. dilectus. de pręben. ca. 2. de decim. Guid. Pap. decis. 109.
102 Pariter moratoria supradicta laycis, non datur extra terras Ecclesiæ, neque etiã con-
103 tra Executoriales, quia in eis apponuntur certi dies ad parendum iudicato, neque pariter fideiussoribus, nisi de illis mentio fiat, vt per Staphyl. loco supra alleg. nu. 12. vers. prædicta, &c. cum per eum adductis ibi, vt latius supra memini. Tandem, & commis-
105 sio cessionis bonorum, & moratoriæ denegatur, vt supra proximo cap. in fine dixi eo modo, quo dilationes pro debitis Ripæ, & Ripettæ iuribus, & causis ibi allatis, quę
106 non repeto. Dilatio per S. D. N. fuit cuidã, qui quandam nouam artem induxerat in Vrbe; ne interim ad tempus a creditoribus molestaretur concessa, instabant in Signatura Sanctissimi creditores p reuocatione, ne impediretur mandatorum executio, fuit resolutum non esse reuocãdam, eo quia ex contractu, vel quasi erat concessa, simile cũ priuilegio remuneratorio, vt per Rolan. a vall. cons. 76. a nu. 6. vsque ad 20. vol. 2. Gozzad. cons. 55. nu. 11. Cepha. cons. 549. nu. 86. vol. 4. & de communi Rebuf. super cõcord. Fran. tit. de collat. vers. ita dicit maxime Bal. in l. qui se patris. col. 7. vers. & si sciat, C. vnde lib. Alex. cons. 16. numero tertio, & cons. 30. vol. 5. & præsertim, quando sunt non subdito elargita, Dec. cons. 467. num. 18. Innoc. & Abb. col. 8. & 10. in cap. nouit. de iudic. Abb. in ca. suggestum, de decim. Alex. cons. 101. vol. 1. in verbo immunitas, vers. 11. & ideo
107 non reuocanda. Quia simplex priuilegiũ non subdito tributũ, transit in contractum, Loffred. cons. 38 col. pen. Fely. in capit. & si
108 clerici, §. de adulterio col. 5. de iudic. creditori meo cessi debitorem meum, qui postea non soluendo est effectus, vel tunc erat an sim liberatus, vide Strach. de merca. tit.
109 de decoct. par. 5. nu. 4. fol. 128. Cedens bonis in quęsitis post cessionem, non tenetur, nisi in qnantum facere potest, vnde in hoc magis cedenti iura fauent, Secus autẽ in bonis ante cessionem quæsitis, quia tunc creditoribus sunt fauorabiliora, Imol. in l. si maritus, num. 2. in fin. vers. nec obstat, vbi Alex. num. 4. vers. Imola vero dicit se putare, ff. solut. matr. & ob id ex quæsitis ante cessionem,

nem omnia creditoribus dare debet, etiam si nudus remaneret, Rot. diuers. 2. par. decis.
110 1048. num. 7. 8. & 9. Cessio bonorum permittitur etiam Ecclesiis, vniuersitatibus, collegiis, etiam Ecclesiasticis, §. siquis autem adiecisset, Aut. vt deter. sit num. Cler. Aufr. ad Capp. Tholos. decis. 136. in fin. Lancell. de
111 attent. lit. pend. limit. 11. nu. 23. & 25. Cessio bonorum lite pendente, a Principe impetrari potest, Afflic. decis. 379. Lancel. vbi supra lim. 20. num. 7. Neque prohibetur fieri
112 compromisso durante, nam tunc compromissum soluere dicitur, l. si onus, ff. de Arbitr. Spec. in tit. de arbitr. §. finitur, vers. item nota. Blanc. in tract. de cōpro. q. 17. principali n. 15. Bap. de Sancto Blas. in tract. de arbitr. & arbit. 2. par. nu. 7. q. 51. & licet fiat talis cessio
113 lite pendente, tamen non facit attentata, Lancel. de attent. pend. comp. capitulo 15. numero 147. & seq. par. 2.

Com. Formula Vrbis.

BEatissime Pater cum deuotus S. V. orator N. ob malorum temporum infortunium, siue alios sinistros euentus reperiatur ære alieno grauatus diuersis personis, etiam vigore obligationis, vel obligationū in for. Cam. iuramento, vel iuramentis vallaturū, vbi in aliquibus est principalis, & in aliquib. fideiussor, quarū vigore præfati creditores respectiue mādata executiua contra ipsum oratorem relaxari obtinuerunt, ad extremā paupertatem redactus, ętate, ac inutili familia grauatus, vt per est, non valens suis creditoribus satisfacere, & si carcerari contingat, potius in illis marcescere, vel mori coactus erit, quam creditoribus satisfacere, Aut ad quorum instantiam a multis diebus citra carceribus turis nonæ in maxima calamitate constitutus detinetur, & quia impossibilium nulla est obligatio, Ideo orator præfatus supplicat S. V. quatenus alicui ex iudicibus Rom. Cur. ordinariis, & si magis placet R. P. D. in Ciuilibus A. C. Locumtenenti, in cuius tribunali reperiuntur obligationes, & mandata relaxata, vt plurimum contra oratorem fuerunt; quiue de meritis causæ instructus reperitur, vt ad alterum beneficium vel cessionis bonorum, vel quinquennalis dilationis arbitrio maioris partis creditorū, seruata forma motus proprii fel. rec. Pii V. & non alias, prout de iure admittat, admissumque manu teneat, & defendat, ac vlterius in persona non molestari sinat, seu permittat, Cum potestate citandi & inhibendi, etiam sub cēsuris, & pęnis Ecclesiasticis eius arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis, contradictores, & rebelles pęnas prę fatas incurrisse declarandi, grauandi, &c. ac oratorem facta tali cessione a carceribus in quibus detentus reperitur, in primis, & ante omnia liberandi, cęteraque, & omnia singula alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet fuerint necessaria, & opportuna, constitutionibus, ordinationibus apostolicis, stilo curię, & palatii, præfatis obligationibus cameralibus, etiam iuramento vallatis, mandatis illarum vigore relaxatis, vel in posterum relaxandis, terminis forsan susceptis, ad soluendum cęterisq; in contrariū quibuscūque facientibus minime obstantibus, quorū tenores, status, & merita causæ pro expressis haberi placeat.

Com. Perusina.

BEatissime Pater exponitur S. V. pro parte deuoti illius oratoris A. quod ex diuersis infortuniis passis, ac fideiussionibus factis, & pro aliis solutis, valde ære alieno ad summam scutor. circiter mille reperitur grauatus, & licet omnem suam substantiā creditores receperint, & ipse omnem curam, & diligētiam adhibuerit, vt eis satisfaceret vel, eos concordaret, tamē cum nil amplius habet id perficere impossibile fuit, & est, vnde dubitans vigore mandatorum executiuorum ab ipsis obtentorum carceribus mancipari, & ibi suum diem claudere extremum, cum maximo suo, & familię damno, ac absque creditorum vtilitate, quibus quod non habet, dare nequit, Ideo vt se a præmissos liberare possit, ad miserrimam bonorū, cessionē deuenire statuit. Quare humiliter S. V. supplicat quatenus D. Gubernatori Perusino siue eius D. in ciuilibus Locūtenenti committere, & mandare dignetur, vt oratorem ad alterū ex duobus beneficiis cessionis bonorum, vel quinquennalis dilationis arbitrio maioris partis creditorum admittat, seruata forma motus proprii ea prout de iure non alias, aliter nec aliomodo admissumque manuteneat, &c. vt in præcedenti committere, in fine vero clausula.

Et cum absolutione a censuris ad effectū & per breue S. V.

Com. Vrbis.

BEatissime Pater cum S. V. orator N. qui ob diuersa passa infortunia non valens aliter diuersis suis creditoribus, etiam vigore

re cameralis obligationis satisfacere, petierit, ac obtinuerit vigore specialis S.V. rescri)pti ad miserabilem bonorum cessionem, seu quinquennalem, maioris partis creditorum arbitrio admitti, vel etiã admissus fuit, seruata tamen forma motus proprii super asportatione bireti viridis, & verecundię disponentis. Tamen cum sit ad talem paupertatem redactus, non ex sua culpa, sed diuersis infortuniis sibi euentis, ac nobili genere natus, inutili ve familia præcipue, triũ puellarum nubilium onustns, quas si ad tale biretum pater asportandum coactus esset, nuptui nunquam tradi possent, & si ab vrbe ipsum absentari contingeret, in sinistrũ fortasan, absque patre, & pane, qui honoris causa earum coram gerit, laberentur, cumque aliquando creditoribus satisfacere posse, si non in totum, in aliqua parte credat, & iam senio confectus reperiatur. Ideo supplicat humiliter S. V. quatenus ipsum specialibus fauoribus, & gratiis prosequendo, vt absque delatione præfati bireti viridis, non obstante supradicto motu proprio, cessio bonorũ sibi concessa, vti frui, gaudere, & potiri possit, modis & forma sibi concessis, denuo cõcedere, & indulgere dignetur, & eidem R. P. D. Locumtenenti A.C. qui illam sibi concessit, vt oratorem sic admissum defendat, & manuteneat perinde ac si vere, & effectualiter dictum biretum asportasset, committere, & mandare dignetur, Cum potestate citandi, & inhibendi, etiam sub censuris, &c. cęteraque omnia, & singula alia, &c. ac latius quarum vt in pręmissa commissione.

SVMMARIVM.

1 *Clericalis dignitas præ omnibus alijs dignitatibus est excellentiore. & nu. 28.*

2 *Cap. Odeardus, & ca. peruenit, Beneficium, quare clericis sit indultum.*

3 *Cap, peruenit bene sub tit. de fideiuss. positum.*

4 *Cap. Odoardus, optime in tit. de solution subsequitur, & quare.*

5 *Fideiussores pauci sunt, qui aut non soluant, aut amicum pro quo fideiusserunt non perdant.*

6 *Fideiussor agẽdo ad eius liberationem contra principalem, fit illis hostis.*

8 *Fideiussio verbum habet duplicem sensum.*

9 *Cap. peruenit, &c. Odoardus dispositio, eodem modo quo laicorum fauore bonorum cessio, pro clericis sunt adinuenta.*

9 *Clericis in gradus clericalis honorem, birettũ viride asportare non debent.*

10 *Cap. Peruenit, & cap. odoardus inter se differunt, & in quo.*

11 *Cap. peruenit, & c. odoardus beneficium solum clericis sacris initiatis competunt.*

12 *Clericus petens ad beneficium cap. odoardus vel peruenit, admitti debitum fateri debet.*

14 *Mãdatum speciale requiritur ad impetrandum, c. peruenit, & cap. odoardus commissionem.*

15 *Clericus, licet habet patrimonialia, tamen pro eius victu potest redditus Ecclesię capere. & nu. 22.*

16 *Clericus Ecclesiæ seruiens de redditibus Ecclesiæ viuere debet.*

17 *Bona Ecclesiæ in primo Ecclesiæ statu vendebantur, & per Apostolos pecunię inter pauperes distribuebantur.*

18 *Bona Ecclesiæ secundo tempore conseruari pro ecclesiis cęperunt, & ex fructibus pauperibus adiumento erant.*

19 *Clerici olim patrimonialia possidentes, illis non redditibus nutriebantur Ecclesiasticis.*

20 *Bona Ecclesiastica tertio tempore ecclesiis constructis applicari, & clericis conferri fuit cęptum.*

21 *Ecclesię non debent construi, nisi redditibus illis sufficientibus assignatis.*

22 *Cap. peruenit, & cap. odoardus, quare Papa ediderit.*

23 *Redditus Ecclesiastici quomodo sunt distribuendi, & applicandi, ac inter quos.*

24 *Clericus quando bona Ecclesiæ obligare possit, vel eius introitus.*

25 *Clericus se simpliciter obligans, non obligat fructus beneficij.*

27 *Fructus Ecclesiastici pro debitis clericorum titulariorum hodie sequestrantur.*

28 *Clericalis dignitas cęteras mundanas etiam Imperiales antecessit.*

29 *Episcopi clericorum appellatione non veneruunt.*

30 *Episcopi Serenissimi vocantur.*

31 *Episcopi ante Assumptionem hodie examinãtur.*

32 *Episcopi sunt Iesu Christi Vicarii, & Apostolorum successores.*

33 *Ecclesia Dei literatis indigere dignoscitur.*

34 *Episcopi ante 30. Annum non sunt promouendi.*

35 *Acceptans dignitatem Ecclesiasticam si insufficiens, peccat.*

36 *Examinatores clericorum non recte se gerendo, peccant, & ad quid teneantur.*

37 *Clericus examinatus non idoneus repertus quomodo, & quando nouo subijciatur examini, & numero 39.*

38 *Examen clerici ad beneficium quando citata parte faciendum.*

40 *Clerici idonei ad beneficia assumendi, & quare.*

41 *Clericus pro proprio debito Ecclesiasticos redditus obligare potest.*

42 *Clericus pro paupere etiam laico fideiubere valet*

43 Pietas

43 Pietas, clericorum, præcipuum munus etiam debet.
44 Clericus si aliter non potest dare fideiussorem, sufficit vt iuratoriam det cautionem.
45 Clerico soluēti æs alienum aliquid est relinquendū, pro victu.
46 Clericus simplex non gaudeat, cap. Peruenit, & cap. Odoardus beneficio.
47 Priuilegia concessa militi armatæ militiæ comprehendunt clericos milites cælestis militiæ.
48 Ecclesia alicuius miseriam non vult.
49 Excommunicatus cap. peruenit, & cap. Odoardus benefitio est indignus, Ac fisci debitor.
50 Cap. peruenit, & capit. Odoardus beneficium non clericis non datur.
51 Cap. peruenit, & cap. Odoardus beneficium clericis soluere non valentibus tantum conceditur.
52 Clerico nolenti soluere pensionem denegatur capit. peruenit, & odoardus priuilegium.
53 Clericus non facit fructus beneficij suos, nisi soluta pensione.
54 Gratia decurrendorum fructuum facta per Papā Clerico quomodo intelligatur.
55 Clericus quando absque superioris licentia possit super bonis Ecclesiæ contrahere.
56 Clericus antequam ad ca. peruenit vel c. odoardus, admittatur debet nec in totum nec in parte, æs alienum soluere posse probare.
57 Clausula consilito sumariæ de paupertate, commissionis ex cap. peruenit, & cap. odardus addenda.
58 Clericus an cum iuramento beneficio cap. peruenitur, & cap. odoardus, renunciare possit.
59 Clericus ad pinguiorem fortuna deueniēs, conuenit & tenetur insolidum.
60 Cap. peruenit, & cap. Odoardus beneficium, an condemnato per tres sententias denegetur.
61 Clerico spoliatori succumbenti per tres sententias conformes an cap. peruenit, vel cap. oddardus, beneficio sit dignius, distingue vt nu. 59. limita vt num. 56.
64 Clericus negando debitum clarum, dicitur in dolo.
65 Clericus spoliator, nisi restitutis expensis, & fructibus, non auditur in Petitorio.
Declara vtibi.
66 Clausula parito iudicato, quid importet.
67 Iudex ni iudicato pareatur caret iurisdictione.
68 Commissio reseruatis fructibus, & expensis in fine litis quando detur.
69 Clerico doloso non competit cap. peruenit, & cap. Odoardus beneficium.
70 Commissio admissionis ad cap. peruenit, & capit. Odoardus quando sit iustificanda.
71 Gratia Principis semper intelligitur veris narrantes scexistentibus.
72 Cedens bonis, omnia bona suis creditoribus indicare tenetur.
73 Clerico æs alienis soluenti alimenta dari debent.
74 Clerico æs alienum soluenti, iudicis arbitrio sunt taxanda alimenta.
75 Appellanti a decreto alimentorum clerico admisso ad c. peruenit, & cap. odoardus beneficia; an sit danda audientia.
76 Clerico quare alimenta deleantur.
77 Appellatio ab excessiua taxatione alimentorum admittenda est.
78 Creditoribus dantibus de excessu assignationis alimentorum fuit in signatura Sanctissimi commissio denegata.
79 Clericus attentans, est indignus commis. cap. Odoardus, & cap. peruenit.
80 Clericus pauper, in quantum de iure facere valet, tenetur.
81 Clericus realiter, & cum effectu omnia sua bona non indicans, redditur cap. peruenit, & cap. Odoardus benef. indignius.
82 Clericatum sumens contracto ære alieno, est indignus beneficio cap. peruenit, & cap. Odoardus.
83 Clerico non initiatu, aut non possident Ecclesiam, vel ei inseruienti, est cap. peruenit, & cap. Odoardus indignius.
84 Fideiussore facto non soluendo an alter sit dandus.
85 Clericus vt diues Iam exclusus A. C. peruenit, & cap. Odoardus beneficio effectus postea pauper, illorum beneficio an sit dignius.

De Commiss. admissionis ad cap peruenit de fideius. & cap. Odoardus de solut. Clericos concernentia.

1 SIcut clericalis dignitas, aliis quibusuis mundanis maior, & dignior, cęteras omnes laicales antecessit, ac a iuris ciuilis sanctionibus, & laicis iudicibus exempta. Ita, si aut principaliter, aut fideiubendo clericus ære alieno grauatus reperiatur; ius pontificium, vt beneficio cap. peruenit, de fideiuss. & cap. Odoardus de solutio. potirentur statuit, op
2 time prius in ordine sub titulo de fideiussoribus positum fuit cap. peruenit, & deinde sub tit. de solut. ca. Odoardus, quia sicut pręcedere debet fideiussio, & postea solutio,
3 ita bene titulus de fideiussoribus antepositus fuit, quasi Papa dicat, peruenit ad aures nostras, quod Odoardus clericus fideiussit, ideo si soluit, sibi īputet rari etenim sunt fideiussores, qui aut soluere coacti non sint,
4 aut amicū non perdāt, ad cuius instantiam, importunasue præces fideiussere, quando adueniente tempore solutionis, immemor beneficium, & gratitudinis acceptæ, non curando amicum, ac post rubricā de fideiuss. volens

volens continuare solutionem, ad soluendum cogi permittit, & quando eodem modo cōtra ipsum pro liberatione a molestiis, vel consequendo solutum agit, seu agere intendit, fit (vt dixi) maxima transmigratio, de amico fideiubente grato in durissimum inimicum, & vice gratiarum, incipiunt maledicantiæ, susurrationes, & blasphemiæ contra ipsum Duplicem nempe sensum verbū
7 fideiussio habet, primus ad fauorem illius, cui fideiubetur, qui sub tali obligatione tutus quiescere ac viuere, & suas exponere pe
8 cunias caute curat, Secundo ad fauorem ipsius met, qui non fideiubendo magis tutus, quia timere molestias nequit, reperitur, & ideo, si propria vtilitas, & charitas, quæ a se ipso incipit, cæteris anteponenda venit, hæc diligenter se ab ære alieno custodiens, licet
9 ab initio dulce sit accipere, sed amarissimū restituere a dictis cōmissionibus immunis erit, vnde vt se tutum reddat, melius est pro aliis neque rogatus fideiubere nolle, quam fideiussor miseriis se supponere. Dispositio dictorum capitulorum eodem modo inducta est ad clericorum fauorem, sicut cessio pro laicis, sed quia (vt dixi) dignitas clericalis in maxima consideratione gradu, & honore est habenda, ideo cessio bonorum eis interdicitur vt infra dicam, numero 67. & eius loco ne infamiæ Biretum vel signum asportare cogātur, Summus Pontifex, vt in dictis capitulis disponitur, prouidit, Couar. var. resol. lib. 2. cap. primo, numero nono,
10 Anchar. in dicto cap. Odoardus, ac vti in diuersis titulis posita, ita inter se differunt, nā cap. Odoardus iuratoriam cautionem, & c. peruenit fructum beneficiorem, respectiue requirunt. Put. decis. 87. parte prima. Quo-
11 rum beneficium solum clerico sacris initiato, vel Ecclesia effectualiter deseruienti, cōpetit, & non illis, qui minoribus tantum decorati ordinibus, sub tali clipeo maximè, debita conflare profitentur, vt ibi Couar. de quo infra subnectam. Sed Quando clericus ad beneficium aliquorum ex dd. cap. admit
12 ti intendit, debet clare debitum confiteri, vt per Put. decis. 321. parte 2. Immo quod plus
13 est, limitatur in hoc regula, quod commissio absque mandato impetrari valeat, quia ad impetrandum beneficium cap. peruenit,
14 requiritur mandatum speciale, vt per eund. Put. decis. 87. parte prima. Mandat itaque Papa in cap. peruenit, quod si iureiurando interueniente, clericus fideiussit, cōstito quod instrumentum sit legitime factum, ipsum ad creditoribus satisfaciendum, Episcopus cogat, & compellat, alioquin creditoribus fructus beneficii assignari curet, donec, & quousq; de sorte principali, fructibus, damnis, & iteresse, creditor satisfactus remaneat iuri autem contraria præfati textus dispositio videtur, ea nempe ratione, quia licet clericus habens redditus Ecclesiasticos, ac pariter patrimonialia bona, possit de fructibus beneficii disponere, & patrimonium intactum absque diminutione relinquere, Feli. in cap. postulasti, numero sexto, de rescript. Caiet. secunda, secūdæ. q. 183. art. 7. respons. ad tertium, id tamen intelligitur, quo ad victum, & substentationem clerici, ac ipsi iuxta gradum clericale seruientium, secundum eius dignitatem, quia si Clericus Ecclesiæ deseruit, vt de eius redditibus substētetur, pariter æquitas suadet, ac ea percipiat, quę suæ conscientię necessaria videbuntur, vel ab eius erunt superiore destinata c. pen. 9. q. 1. cap. cum secundum de præben. Vnde præfatus Hieronimus ad Damasum scripsit, cuius dicta referuntur in capit. clericus 2. q. 1. Qui autem bonis parentum, & opibus suis substentari possunt, & si quid pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committūt, ad cuius propositum sanctum Vrbanum Ro. Papam sub his verbis scripsisse legitur. Ipsę res fidelium, quę domino offeruntur, non debent in aliis vsibus, quam ecclesiasticis, & Christianorum fratruum, vel indigentium conuerti, quia vota sunt fidelium, prætia peccatorum, & patrimonia pauperum. Itaque si ex redditibus Ecclesiasticis solum sibi necessaria percipere debent, ac residuum redditum beneficii inter pauperes sunt distribuendi pro creditorum satisfactione applicari nequeunt, sed quia variæ inter se videntur supradictæ doctorum sententiæ pro earum concordia tria sunt tēpora distinguenda primitiuæ ecclesiæ, illud
17 primum, in quo omnia elargita Ecclesiis, vel relicta, vendi, Apostoli curabant, prętiumque inde repdactum ante eorum pedes positum, inter pauperes distribui satagebant, mandabantque vti de Sancto Stephano legitur in sacris paginis, & tunc omnia Christianorum bona communia erant, vt dicunt: tex. in cap. futuram. 12 q. 1. & in capi.
18 cui portio. 12. q. 5. Secundum fuit tempus, in quo Apostoli, paulo post considerantes vtilius esse prædia oblata in dominio Ecclesię conseruari, quam vendere, cap. videntes, & cap. seq. 12. q. 1. & ex eorum fructibus pauperes substentari, vt cathedrali Ecclesiæ bona annecterentur, statuerunt, & tunc Episcopus secundum occasionem habebat disponendi potestatem, illico clerici, & cęteri laici

19 laici Christiani bona patrimonialia possidentes, illis, & non bonis, Ecclesiasticis nutriebantur, fructus autem bonorum Ecclesiasticorum pro pauperibus subueniendis, erant specialiter reseruari cap. illi qui 12. q.
20 prima, Tertium fuit tempus, in quo deficiẽte aut tepescente Christianorum feruore in fide, licite absque scandalo, tam laici, quã clerici propria possidebant, multęque construebantur Ecclesiæ, quæ de propriis bonis a construentibus ad sufficientiam dotabantur, non solum pro indigentium subleuatione, sed pro ministris etiam, ac illis interue-
21 nientibus, & tunc deinceps decretum inierunt, ne Ecclesię amplius construerentur, nisi præuia dotis assignatione, cap. nemo Ecclesiam de consec. dist. 1. cap. pastoralis, de his qui fic. a prael. cap. fi. prima, q. 2. ac isto tertio tempore, pro ministris Ecclesiæ introitus deputabantur, cap. de his de Eccles. edif.
22 Quod etiam naturali ratione factum fuit, quia licet clerici nobiles sint, ac patrimonialia bona possideant, non videtur iustum, vt propriis stipendiis militare debeant, cap. fi. de magist. cap. extirpandę, de præben. c. fi. 1. q. 2. c. ex his 12. q. 1. sed ex redditib. Ecclesię, nõ vti indigentes, sed vti illi inseruiẽtes stipẽdio digni ac nutrimento redderentur, sicq; sancitum extitit, Omnes autem clerici qui fideliter Ecclesiiæ inuigilant, & inseruiunt, mercede digni dicuntur, ponderando itaque verbum omnes, generale, in consequẽs supranarrata, tam pro diuitibus, quam pauperibus ordinata fuisse, concludendum venit, dicta vero S. Hieronimi, de quo supra, potius consilium, quam præceptum fore creditur, quando dicit bona Ecclesiastica, quæ in alendis clericis consumuntur, si ipsi patrimonialia, ex quibus se alant habent, inter pauperes distribui debent, & non loquitur de bonis, quæ in exequiis, & laborum mercede, pręsbiteris idonee assignantur, quia iustus labor, hęc stipendia petit, vt in ca vobis, cap. vulterrane, & seq. 12. q. 1. Charitati in quam cõsonum videtur, quod si pręfati clerici habent fratres, Nepotes, sorores, ant alias coniunctas personas, proximo suo patrimonialia bona relinquant, pro fęminis dotandis, alendis. domo, & agnatione cõseruanda, ac pro eorum victu, & substentatione, Ecclesiarum vtantur fructibus, quia Altari seruiens, de Altari viuere debet, ca. secundum Apostolũ, de præb. Innoc. in capi. Episcopus, eod. tit. vbi Abb. & DD. Socin. cons. 91. num. 3. volum. 4. Abb. in q. 3. incip. Sẽpronius Clericus num. 10. vers. ad tertiũ contrarium. & in q. 4. incip. Titius Clericus, numero 14. & simile dixit Couar. in capi. 1. numero secundo de test. vers. prosperi vero, &c. Dictaque in primeuo Ecclesiæ statui intelligenda, & referenda sunt ad tempus illud, in quo florescere incipiebat Ecclesia, & clerici spretis cupiditatibus mundani fastus, vitam mundissimam euangelicam, doctrinam, nullis labefactatam vitiis, referebant, vt pariter dixit Sanctus Hieronimus in Epistola ad Simmachum de morte vxoris & ad Nepotianum, & Abb. in d. q. 4. in fin. multis Sacris doctoribus præsentibus id publice Senis, de Anno 1433. disputatum, & communiter tentum fuisse, asserit, & quod clericus opulento patrimonio præditus, nõ impediatur, quominus ab Ecclesia, cui deseruit vitæ necessaria decerpat, & ĩ suos vsus patrimoniales introitus conuertat, vltra supracitatos, asseruere, Præpos. in ca. illi autẽ, 12. q. prima, Eman. Suarez. in thes. recep. sentent. in verb. clericus, nu. 98. Viui. in libr. 2. com. opin. opin. 44. cum late add. Dec. in c. postulasti, numero uono, de rescrip. Sed hodie clerici libenter, prompteque se obligãt,
23 etiam in forma Cameræ apostolicę, cũ aliis efficacissimis modis, ac clausulis, iuxta locorum ritum & consuetudinem, qui nil aliud multoties pręter Ecclesiasticos redditus habent, quos sibi appropriant, & de illis ad libitum disponunt, ideo melius Papæ visum fuit, vt potius creditoribus assignentur, quã illos, vel dissipent, vel ad alium vsum destinent, eos fraudando vt ait Abb. in d. c. perue
24 nit num. 12. Laudabilius vero facerent si ita laxas ad Ecclesiasticos introitus obligãdos, manus non extenderent, & sanctorum canonum mandata seruarent, qui vnam partem Episcopo, aliam fabricæ Ecclesiæ, aliam pauperibus dari, aliam vero pro sua substentatione retinendam, ac respectiue distribuẽdas, statuunt, cap. quatuor, cap. concessio, & c. redditibus, cũ seq. 12. q. 2. quia vltra Abb. in d. q. dicit tex. in c. Gloria, nõ pariter Ecclesia ornare, aut propriis studere diuitiis, sed pauperibus subuenire, Episcopi Gloria est. At si pro sua substentatione ęs alienum clericus
25 contraxit, aut pro vtilitate Ecclesiæ, tunc eius bona obligare põt, qđ ita distinguẽdo verũ intellige, Nã aut Ecclesia ad substentãdum Rectorem erat potens, aut impotens, si ab initio fuit impotens, quando illam clericus consecutus fuit, & post debita contraxit, sibi imputet, quia voluit minus locupletem ecclesiam acceptare, tũc autem de proprio patrimonio, tam ipse, quam eius hęredes tenentur, c. 1. vbi Glos. & glos. in ca. clericus victum in verbo vigiliis 91. Distin. Si

vero

vero Ecclesia erat potens, & vnde se aleret, sacerdos non haberet. eo casu Ecclesiæ introitus obligare valebit, adeo quod, si morte præueniatur, ante æris alieni solutionem, successor, ad idem teuebitur sec. Abb. in c. ex præsentium, de pign. & alij cautel. num. 7. decis. 1. de solut. in antiq. At melius in hoc facerent superiorem consulere, animaduertendo pariter, si Ecclesiæ vtilitas adesset, quod non prosequor, cum sit præter nostri tractatus intētionem. Sed intactum hoc nō
26 pertrāseam. Quod clericus sui beneficii fructus non obligat quando se simpliciter obligat, neque ex tali obligatione creditoribus applicari debent, nisi æs contractum in Ecclesiæ vtilitatem cesserit, Archid. in capit. statutum, super verbo proprio, de rescrip. in 6. Innoc. & Host. in ca. peruenit de fideiuss. licet in tribunalib. A. C. & Ecclesiasticis, cō
27 trarium seruetur, quando pro beneficiati debitis, Ecclesiæ fructus sequestrantur vt dixit decisio prima, de solut. in antiq. Nam si habet clericus administrationem beneficij, tunc fructus sequestrari valent, vt d. decis. 1.
28 Q.. fit, vt Clerici, quorum dignitas vti a Deo instituta, quæ cæteras mundanas, etiā Imperiales antecellit, qui a legibus pro laicis a iure Cęsareo institutis sunt immunes, capitulo si imperator. 96. dist. ære alieno grauati, ceu mendicare cogantur, quibus, & futuris bene consideratis, a similibus se omnino abstinere deberent. Quare cum in ma-
29 teria odiosa versemur, clericorum appellatione, etiam si loqueremur in dignitatibus, Episcopi non veniūt, Barba. in trac. de pręst. Cardin. q. 1. parte prima. col. 4. & q. 17. & in Clem. Auditor, de rescrip. clem. vnica, de renunc. Innoc. in cap. dilectus, num. 2. & 3. de conceff. præb. ob id, vt ibi subdit, Innoc. dispensatus ad beneficia, non erit ad episcopatum habilitatus, Nā Serenissimi vocari possunt, sec. Zabar. in Clem. in plerisque, nu. 4. de elect. & si non respectu nobilitatis vel naturæ, tamen respectu gradus, quamuis neque habito oculo ad nobilitatem, vel natu
31 ram non veniāt idonei ad beneficiā iudicādi, sed a iure, Merito itaque S. D. N. Clemēs VIII. in executionem capi. qui Episcopus. 23. dist. non alias ad episcopatum promoueri sanxit, nisi idoneis super literis tandem illis repertis, pręuio examine, Sāctitate sua assistente. Nam si cęteri inferiores, animarū curæ assumēdi, in particularibus parrochiis, tale onus subire ex sacrorum canonum, & Concilii Trid. dispositionē debent, multo magis Episcopi, qui eis præsunt, ac Vicarii,
32 IESV CHRISTI. Seruatoris nostri sunt, capitulo mulier 33. q. 5. Apostolorumve successores, cap. quorum vices 88. dist. Quorū authoritas vti in parte solicitudinis, non in plenitudine potestatis vocati, semiplena est, & illa Papæ plena, Glos. in capitulo secundo in verbo plena, vbi Domi. & Turecrem. 11. distinc. cap. decreto, & cap. qui se scit. 2. q. 6.
33 Ecclesia nāq; Dei, maxime literatis indigere, dignoscitur, p quos mundus totus illustratur, capitulo cum ex eo, de elect. in sexto, Aut. habita, C. ne fil. pro pat. & doctor. esse debet, cap in summa, 80. dist. ne in eum culpæ inferiorum refundantur, si docendi acceptum officium exequi nesciāt, Rot. in antiq. dec. 881. vnde respectu cure ipsis committendę, vt veteris, & noui testamenti familiarem cognitionē, habeant, necesse erit, ne ab aliorum manibus id requirant, quod pęnes se habere debent, Innoc. in cap. cum in cunctis, numero primo, de electo. capitulo omnes, trigesimaoctaua distinç. cap. si quis Abbas 18. quæstio. 2 cap. fin. de ętat. & qual. At si inhabiles insufficientesve pro tali subeundo onere reperiuntur, vti cęteri clerici ad alia beneficia, non ægreferant, decis. 16. num. 2. & 4. par. 2. diuers. vltra quod sec. Innoc. loco supra cit. in tali statu recipiendo dignitates, grauiter peccant licet vnum dicat Zabarel. in Clem. Romani §. dudum nu. 2. de iur. iur. q nō ita rigorose cogniti, sicut incogniti examinandi veniant, subdatque Rebuf. super conced. Franc. in rub. de collat. §. præfati ordinarii in verbo idoneos, quod boni, & docti mendicant, & ignari diuitiis affluunt, Neque ante 30. annum, tam de iure pontificio, vt habetur in cap. cum in cunctis, de electio. quam ita mādante sacro Tridentino Concilio, ad talem supremam dignitatem sunt extollendi. Valde in messem præpositam egressus sum, At ad clericos, remeando, quando ære alieno grauati repetiuntur, ne obbrobrio vti laici bonis cedendo notentur, neve eandem infamiam ab humanis legibus, laicalibus, ac temporalibus, Principibus constitutis, incurrant, ab illis eximuntur, tex. est in l. quoties, C. de dign. lib duodecimo, & bene Fel n. in capitulo pastoralis in princip. de officio deleg. ac strictioribus iuris Canonici sanctionibus; si in aliqua (vt dixi) sint dignitate constituti, leuius supponuntur, vt ibi Abbas Imol. Ancher. & DD. & quamuis, Innoc. in dicto capitulo peruenit, in verbo reddi
37 tibus clericos ex speciali couētione dicat nō posse beneficii introitus obligare, nisi pro

debito Canonico, vel ex causa iudicati, & cum decreto iudicis, eo quia etiam stipendia interdicere permissum est, l. commodis prędiorum, ff. de reg. iur. quę creditoribus sunt assignatæ, ita etiam introitus clericorum dixerit, tamen quo in loco hęc sententia fundata sit, non reperio, quia debitum præcedere ante obligationem, opus est, alias non daretur debitum, nisi deberetur, vti quotidie, & passim seruant, & faciunt clerici ad eorum libitum se obligando, ac etiã sępissimè redditus beneficiorũ, quos ipsi possident, & percipiunt creditoribus eodem modo astringunt, vel locant, alia insuper faciendo, licet de patrimonialibus bonis, seu redditibus, quos suos faciunt, creditoribus satisfacere teneantur, cũ in reliquis Ecclesiæ præiudicare minime possint, Abb. in capitulo clericus, numero se-
38 cundo, de fideiuss. Subdens ibi numero tertio, Quod si pro laicis fideiubere non valet, de iure tamen pro laico paupere, & in miseria constituto, ipsis id facere permittitur.
39 Quia magnum pietatis est opus, proximo indigenti, subuenire, quod munus proprie clericorum est, & esse debet, capitulo quoniam quicquid 16. q. prima, ca. videntes, 17. q. 1. Sed vtcunque sit, hodie pessime vbique & in Romana Curia maximè, se obligant, ac fideiubent, deinde creditoribus astricti reperiuntur, seu ad capituli Odoardus, vel ca. peruenit (Commissione porrecta) beneficium conuolant, Statuitur in capitulo Odoardus, quod clericus cui nõ est soluendo, satisdet, seu ipse met obligationẽ faciat de satisfaciẽdo creditoribus, quam primũ ad pin-
40 guiorem deuenerit fortunã, Et quamuis in textu expresse dicatur de idonea cautione, tamen si eam non habet, neq; reperit, sufficiens erit iuratoria, Glos. in dicto capit. Odo-
41 ardus, in verb. Idonea vt supra dixi in præcedenti cap. decedente bonis, numero 3. & seq. Abb. in dicto capitulo Odoardus, nu. 3. Imol. num. 8. Archid. num. 7. & alii, & tunc non venit omnibus introitibus priuandus, quia licet alieno sit ære grauatus, tamen pro victu est aliquid sibi relinquendum vt dicã,
42 Quod autem in simplici Clericatus assumptione, locũ non habere affirmat, vt Dec. ibi numero quarto, cum per ipsum add. numero nono, dicto cap. studeat. 50. dist. Aufr. ad Cap. Tholos. decis. 24. Bar. & DD. in dicta l. miles. vbi Rip. numero septimo, Feli. in ca. cum ex officii col. prima, de pręscript. Matthesil. not. 61. & ita seruat Rom. Cur. vt ibidem testatur, Aufr. Rebuf. in Aut. habita, C. ne fil. pro patr. sicque etiam seruari quo ad dispositionem cap. Odoardus, testatur Couar. ibidem numero nono, & ideo (vt dixi) præfata non habent locum in simplici assumptione clericatus ne creditoribus, fraus inferatur, nam multi facile pro suis voluptatibus æs alienum contraherent, deinde ad solutionem effugiendam simplicem assu-
43 merent Clericatum. Priuilegium itaque Militi armatæ militiæ concessum, extendi quoq; ad militem cęlestis militiæ, maiorem & digniorem, nemo est qui ambigat, Alexander in lege Centurio, numero decimo quinto, & decimo octauo, ff. de vulg. & pupilla. substitutio. Anchera. & Imola, in dicto cap. Odoardus, Bald. in l. prima, §. mulier, ff. de milit. test. & quod etiam clericus Miles appelletur, dixit Dec. in capit. Episcopus, nu. primo, de præbend. Ecclesia quippe mise-
44 riam alicuius non vult, capitulo nõ satis 80. dist. capitulo quoniam, quicquid 16. q. 1. & si laici, vt (supra dixi) nõ conueniuntur, nisi in quantum facere possunt, ergo & multo magis clerici capit. reprehensibile 23. q. 8. At supra relata limita nõ habere locum in
45 excommunicato, vt ait ibi glo. in verbo sui, in fin. quia nihil percipere, neque pro suo victu retinere potest, & pariter pro debito fiscali, seu maleficio, vel quasi, nam tunc non habetur, ratio ne egeat, c. olim, el secundo, de rest. spol. Glos. fin. in dicto cap. Odoar-
46 dus. Stricte autem præfatorum capitulorũ beneficium in fauorem clericorum emanauit. Ideo non clericis, non datur, & illis so-
47 lum, qui soluere non valent, at laicis, (vt supra dixi) succurritur, vide Put. dec. 344. par. 2
48 Denegatur præterea fauor præfatorum capitulorum cuicunque clerico nolenti soluere pensionem decursam, seu renitenti. Couar. vbi supra numero quinto, vers. quoties vero, Gomes. in comp. vtriusque signat. columna finali, versiculo est tamen, & vers. sequenti, & in specie, vbi de stilo dari contingat, signatur commissio cum clausula sine retardatione solutionis pẽsionis, ex eo (vt dixi) quia denegatur beneficium capituli Odoardus, clerico, qui reseruationi pensionis, quatenus valida sit, consensit, quia ex iuramento tenetur, & maxime si aderit forma Cameræ, nam, honestum non est, postquam habuit beneficium, ad cuius regressum se obligauit, ob non solutionem pensionis, quod ex dicti capituli dispositione iuuetur, potius vero, vel dimittere, vel restituere beneficium, quod accepit, tenetur, cũ honestũ non sit, quod beneficiũ

retineat,

retineat, fructus percipiat, & pensionem non soluat, iniuria sibi infertur, si commissio denegetur, quia cum sciuerit pensionem, siue illi consenserit, vel iurauerit, non grauatur, nec ei fit fraus capitulo scienti de regulis iuris in sexto, Gomes. in reg. de annal. poss. quæstione tertia, quod pariter in eo, qui est in beneficio successor, locum habere credo, licet se non obligauerit, quia in fructuum perceptione, quo ad causam regressus, & quo ad alia supra expressa, eadē in ea militet ratio, vt patet, idque tamen intelligere, notificata, seu intimata pensione, vel literis, & tunc, si recusat soluere, est repellendus a petitione commissionis, quia si pensio est pars fructuum, Gig. de pens. quæstione prima, numero nono, Caccialup. in
49 trac. de pens. quæstione secunda, capitulo quicunque, duodecima quæstione vndecima, & illos clericus percipiens non facit suos nisi pensione, & sic ære alieno detracto, si illā non vult successor soluere, pari modo erit ligatus, & pęnis. Neque minus ad euitandam pensionis solutionem bonis clericus cedere poterit, Gig. de pens. quęstione secunda, Neuizz. consilio quinquagesimonono, Ferret. consilio centesimoquadragesimoquarto, & sequenti, Couar. var. resol. libro 2. capitulo primo, & latè Menoch. de arbitr. iudic. libro secundo, quæstione centesimaoctuagesimatertia, in fine.
50 At quando S. D. N. ex gratia alicui concedit, quod fructus omnes Ecclesiæ, vel ecclesiarum, quas obtinet, seu vacantes, ad certū tempus applicet pro extinctione suorum debitorum, debet gratia intelligi solutis prius debitis illius Ecclesiæ vacantis, relicta portione congrua vsque ad nouas recollectas pro Ministrorum victu, & substentatione, capitulo præsenti, §. proprio de rescrip. Glo. in dicto capitulo si propter, in verb. speciali vti etiam pro aliis Ecclesię oneribus, absque eo, quod tertio præiudicium inferatur, nisi Papa illud particulariter tollat dicto capitu.
51 si propter. Clericus capiti subiectus, vel monachus, non valet, nisi de sui superioris licentia, de bonis contrahere, neque disponere obligando maxime. Secus autem est, quando non habet superiorem, cui, vel monasterio bona non acquirantur, vel nisi ad essent bona propria, in quibus nec superior, neque monasterium ius haberent, Innoc. in capitulo edoceri, numero quarto, de rescript. Rot. in supra alleg. decis. in antiq. nu-
52 mero tertio, requiritur autem antequam clericus ad præfati, capituli Odoardus beneficium admittatur, quod nec in toto nec in parte æs alienum soluere possit, constare faciat, & ideo debet præsens commissio,
53 vti etiam alia supra relata cessionis bonorum dari, cum clausula constito summariè de paupertate, Staphyl. de lit. Iust. capitulo Et est notandum, numero decimosexto, versiculo quando quis Gig. in tract. de pens. quæstione trigesimaquinta, Et an iuramen
54 to non obstante, quamuis cum iuramento renunciauerit, beneficio supradictorum capitulorum, illis vti valeat, dic vt supra dixi de cessione bonorum, sicque pariter, idem
55 esset, quandò clericus ad pinguiorem deueniret fortunam, quia tunc etiam conueniretur, & teneretur in solidum, & ita intelligi debet capitulū Odoardus, vt dixit Rot. decisione trigesimaprima, de restitu.
56 spol. in antiq. numero quinto, in fin. Denegatur pariter illi, qui per tres sententias, condemnatus fuit, teste Gomes. in Compend. vtriusque Signaturę columnā finali. ita pronunciatum fuisse in Rota, asserens, ex mente Bald. in l. prima, C. qui. bo. ced. non poss. Aret. & Ias. in §. finali, instit. de acti. Quam limitationem reprobat. Couar. vbi supra numero nono, versiculo quoties, quia licet id in causa pensionis, locum habere asserat, ex quo si possidens beneficii fructus percipit, & sic (vt dixi) inopia non obstante, solutioni est obligatus, tamen in aliis causis, & si adsint tres sententiæ conformes, clerico nostra commissio non est deneganda, & istęc. Couar. sententia magis approbanda videtur, sicque in plena Signatura de communi Patrum consensu in vna Ciuitatis Castelli ꝓponēte bo. me. R. P. D. Gentili Delphino Nob. Roman. postea Episcopo Camerinen. resolutū fuit. Nam si clericus est pauper, immo pauperior ex expensis litium effectus, vti ante dictas sententias, ita etiam post tali miserrimo beneficio subueniendus erit. Multa propterea, quę supra retuli in commissione præfatę dilationis, & cessionis bonorum, ac moratoriæ, vna cum limitationibus, & fallentiis, in hoc tertio capitulo contentis, applicari possunt, vti de similibus, ad similia, quia correlatiua sunt quæ perlegito, & secundum facti euentum, applicato quod non repeto. Tandem videamus an clericus spoliator, qui percepit fructus beneficii, illosue consumpsit, nostra commissione sit dignus, & videtur dicendū quod nō, quia si est dolosus committendo in legem, legis fauore iam est indignius effectus l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. decis. 27. num. 2. de rest. spol. in antiq. Verall. decis. 183. vel 181. parte tertia,

 maxi-

maxime, si postquā per tres sententias succubuit, sit ad præmissa admittendus, & videtur dicendum quod sic, stante paupertate ex supra relatis. Tamen contrarium colligitur ex decis. Put. ducentesima quinquagesimaprima, libro primo, & decis. vigesimasecunda, de rest. spol. in antiq. ea moti ratione, quia licet cessio, vel tale beneficium prosit, ad euitandos carceres tantū, l. j. C. qui bo. ced. poss. loquendo per dictionem tantum, quæ est taxatiua, extenditur etiam ad alios tres casus, ea quippe ratione, quia cessio habet vim solutionis (sed à tali solutione, libera nos Domine,) in quadam consequentia, vt ibi DD. de Rota dixerunt, Immo quod etiam iste cedens in petitorio veniat audiendus, voluere. Limita præmissa non procedere, si adesset dolus, nam clericus dolosus, a dictorum capitulorum beneficio, excluditur, idem Put. decis. 394. parte prima, quia si deesset, facta cessione bonorum per spoliatorem, auditur in petitorio. Put. decisione quinquagesimasexta, numero decimotertio, & per tot. parte prima.

58 Capituli Odoardus beneficium, si dolus concurrat, spoliatori condemnato, non datur, Rot. decisione vigesimasecunda, de rest. spol. in antiq. Et dolus arguitur quan-

59 do negatur per Clericum clarum debitum, vt fuit in illa Mediolanen. fructuum, coram D. Pamphilio 7. Iunii 1596. tentum quo casu, vltra decisiones Rotales contra clericum factas, & postea transactione subsecuta, denuo clericus procurando motum proprium, lites, licet subreptitiæ, & obreptitiæ super extinctione talis reseruationis fructuum, suscitauit, vnde, quia fuerunt, etiam relaxate Executoriales, & facta executio, fuit ibi dictum, vt in præfata decisione, non posse ex ducti cap. Odoardus, beneficio iuuari, restringendo decisionem, respectu istorum qui agebant, non autem

60 ceterorum creditorum. Spoliatorum itaque, qui per tres sententias succubuit, perdit beneficium capituli Odoardus, quia in dolo manifesto fuisse apparet, vnde se illo beneficio indignum omnino reddidit, & ei denegatur audientia, Mohed. decisione prima, alias decimaseptima, de solut. Put. decisione quinquagesimasexta, lib. primo, sub numero nono ad fin. Et an clerico per tres sententias condemnato, cōpetat, Rota distinguit iam aut habebat iustam causam litigandi, & tunc poterit obtinere, aut non habebat iustam causam, & eo indignus erit, vti etiam eo priuilegio non gaudebit, quando ad spolium fuerit condemnatus, Rot. decisione 841. parte tertia, diuers. per tot. ratione approbauit Rota, eo quia vtens priuilegio appellationis a iure indulto, non potest dolosus dici, cum vnicę sententiæ stare non tenetur, nec vnius iudicis dicto, vnde, si iudicio appellationis iure medio vtitur, lege permittente, pęnā merere non debet, l. Gracchus, ff. ad l. Iul. de adult. & licet forsan a summæ petitę solutione sit immunis, cum non teneatur, nisi in quantum fa-

61 cere possit, Tamen quo ad expensas, ratione iniustę, & temerariæ oppositionis, perdebat dictum priuilegium, vnde si spoliator in petitorio audiri cupiat, non venit commissio concedenda, nisi integraliter satisfaciat, & nisi vellet beneficium dicto capit. ad carceres euitandas, quo casu ei deneganda commissio non veniret. Put. cum latè addut. decisio. quinquagesimasexta, per tot. parte prima. Sed quid, clericus condemnatus per tres sententias cōformes vult vlterius audiri, ac de iuribus suis experiri, & datur ei commissio iuxta dispositionem Clementinæ, Vt calumniis de re iudica.

62 cum clausula parito iudicato, quæ clausula vltra possessionem, importat, quod restituat fructus, expensasve reficiat, vt dixi iam in commissione restitutionis in integrum,

63 capitulo primo, alias iudex non adimpleta tali conditione in breui, vel rescripto inserta, non posset in causa procedere, & si procedit, nulliter facit. Euenit casus, quod iste,

64 qui parere tenetur, consumpsit fructus, & non est sibi soluendo, quia pauper illos restituere nequit, quo stante, & quod iura sua nō valet deducere, dimittit possessionem, seu illam dimittere intendit, porrigitque commissionem, in qua petit, quod dimissa possessione, constito de paupertate, reseruentur fructus, & expense in fine litis. Quæro an talis commissio ei sit concedenda, & breuiter dico, quod, si sumus in causa commissa per Signaturam Iustitiæ, quando paupertas, quæ non est de genere malorum, præstaret impedimentum ad vlterius agendum, quod posset exemplificari in victo absque eius culpa, obligando ad impossibile, & iura loquentia de paritione iudicato, debēt intelligi data possibilitate, tūc autem dari poterit commisso in Rota cum clausula constito de paupertate, de quo vide latè Cassadorus decisione vndecima, de rescript. Ab si adesset breue, causa remittenda ad Signaturam S. D. N. foret, quia Signatura Iustitiæ, vbi Papa manus apposuit, solet se abstinere. In

65 hoc autem scias, quod Commissio,

nem

nem obtinens in casu nostro, vel supra relato, si pars contra quam est commissio concessa, opponit, est iustificanda, quod etiam procedit in quacunque alia Commissione manu Sanctissimi Signata., ea nanque ratione, quia narrata succedunt loco causæ, qua falsa existente, rescriptum redditur subreptitium, & per consequens, nullum. Innoc.in c. super literis, de rescrip. Moed. decis.304. Accoramb. decis. 17. Ioa. And.in ca.de lit.cont.in 6. & ita tenuit Rot. coram Illustriss. Card. Lancellotto, tunc Auditore 20. Aprilis 1572.in vna Salernitana pensionis,coram bo.mem. Marcello Bubalo 9.Maii in vna Salamantina,& coram D. Cęs.de Grass.in illa Tiburtina castri Viuarii
66 6. Februarii 1576. Semper autem intelligitur gratia,vel clausula,si ita est cap. 2.de rescrip. Debet præterea omnia eius bona,vti
67 cedens facit indicare creditoribus,alioquin in mēdacio repertus circa hoc,redditur gratia sibi concessa indignus,nec ad tale beneficium venit admittendus.Put.dec.221. lib. primo,Verall.decis.278.lib.primo,dec. 228. eodem libr. Alimenta similiter Clerico ex suis redditibus sunt assignanda,non vt splendide viuat, sed ne male meritus egestate laboret, glo.fin.in d.ca Odoardus,& ibi communiter scriben. debētur autem misericordiæ causa,l.qui bonis, ff. de cess. bon. Paul.
69 decis.109.vers.& licet Bellamer. nec omnibus venit introitibus priuandus, quia licet ære alieno sit astrictus, tamen famę perire, nec mendicare debet, cap. studeat, vbi glo. in verbo & sit.50 dist.in clericalis dignitatis obbrobrium, Dec.in cap. irreprehensibilis, numero 13.vbi Abb.de Appel.cap. diaconi. 16.dist. Couar.vbi sup. nu. 9. Nam si militi temporali bonis cedēti, portio relinquitur, l. miles,ff.de re iud. Tanto magis militi Dei & cęlestis militiæ,Couar. var.resol.lib. 2. c. 1.num.4.vers.si & milites,& nu.9. quamuis cap.Odoardus restringatur tantum,quo ad præfata alimenta clerico assignanda,decis. 998.num.1.par.3. diuer.circa quod certa dari regula nequit sed domini Iudicis arbitrio totum remissum erit, qui considerata qualitate,nobilitate personæ, an sit sana, an infirma,cui multo plus in tali statu indulgendum est,& an ipsius persona debeat habere equum, & similia. Bald.in cons. centesimononagesimosecundo,volumine quinto Rebuf.in l. verbo victus,columna quarta, vers.notandum est,ff.de verb.Sig. Menoch. libro quinto,præsump. concl. 557. nnmero decimosexto, dummodo autem introitus id ferant,Bertran. consilio quinquagesimo secundo,in fin.lib.4.ac etiam famuli, si talis est eius status, & dignitas, quibus famulis etiam salarium dari debet, Grat. cons. sexagesimoseptimo,numero decimosexto,vol. secundo,Menoch.vbi supra numero vigesimooctauo,& vigesimonono. An possit victum alibi lucrari, qualitate, ac quantitate æris alieni,cum introitibus,& eius causa,cui debeantur, & sic circumspectus procedere
70 in illis decernendis,Sed quid, si decretis alimentis per D. Iudicem,declarata quantitate, creditores appellent, & porrecta commissione petant simpliciter appellationis causam committi, an ita sit rescribendum, & breuiter dico quod non, Quoniam firmata indubitatę regula quod clerico in si-
71 milibus debeantur alimenta, ne in obbrobrium mēdicare cogatur, vt dixit Dec.in capitulo reprehensibilis,numero decimotertio,de app. si non tenetur, nisi in quantum facere potest,vt late Alex.in l. centurio, numero decimoquinto, & decimooctauo, ff. de vulg. & pup.substi. in consequens bene Iudex dari pronunciauit, ac præstari, ob id appellatio, vti calūniosa, non est attendēda, ne pro alimentis asignata, litibus conteran-
72 tur.Sed si videntur excessiue taxata, ab illo excessu poterit appellari,& dari commissio, cum solita clausula,non retardata solutione alimentorum, tum quia futura, tum quia etiam tale priuilegium præterita habere poterunt ex quo de facili talis clericus potest esse, quod contraxerit æs alienū pro se sustentando,& sic priuilegia debet habere, relata supradicta in commissione Alimentorum si petat. Sed assignatis per iudicem in
73 Rom. Cur. cuidam nobili clerico, qui iam ad cap. Odoardus beneficium admissus fuerat scut. tricenta, & quinquaginta annua, fuit, prætendentibus creditoribus ex cessiuitatem, & tantam sibi non deberi ad victui necessaria, porrecta commissione Appellationis in Signatura Sanctiss. & illa 25. Ianuarii 1598. per R.P.D.Io.Baptistam Stellum nob. Rom. modo Nuncium ad Seren. Ducem Mutinæ proposita & nihil S. D. N. rescribendum duxit,& bene (iudicio meo) quia afflicto,non est afflictio addenda, & si clericus, ægestate punitur, priuatusque, omnibus bonis remaneat, non debet vlterius litibus, & expensis vexari,quia oppressus non est amplius opprimendus, & eo magis, quia ipse nobilis, erat aduersa antiqua valetudine oppressus & in præsenti indigentię statu nō sua culpa adductus, quia ante valde diuitiis abundando se obligauit,

Ias.in l.cum ii.§.vult igitur,numero primo,
74 ff. de transact. Cap. Odoardus beneficium non dari attentanti,tenuit Lancellot. de at-
75 tent,cap.31. num. 43. Clericus pauper non tenetur de iure,nisi in quantum facere potest,Glos.in cap.studeat 50.distinct.Glos.Bar. & DD.in l. miles,vbi de communi,Rip.nu. 7. ff. de re iud.Felin. in capit. cum ex officio
77 num.2. de præscript. Aufr. ad Cap.Tholos. decis.245. clericus realiter, & cum effectu non indicans omnia sua bona,est indignus, cap. Odoardus gratia. Put. decis. 22. libr. 1.
78 Veral. decis.378. lib.1.Clericatus post condemnationem sic susceptus non prodest, vt fori beneficio gaudeat, vel ad cap. Odoardus admittatur, Couar.pract. qq. ca.32. nu. 4. 2.conclusio. Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin.nu.36.vers. sępenumero, Couar. eodem loco quæst.36.vers. sed in hoc proposito, nã cum dolo factum præsumitur, ideo venit excludendus,Put.decis.394.parte prima, ca.
79 Odoardus non competere clerico in Sacris non constituto,vel non beneficiato, vel ecclesiæ non inseruienti, dixit Couar. variar. res.cap.1. & capi. 2. numero nono, vers. sed quod Menoch. de Arbitr. casu 185.in fin.
80 nu.3. lib.2.Fideiussore dato, si non soluendo efficitur, an alter in casu isto præstari debeat,vide Strach.de Merca. in tit.de decoct.
81 par.5.nu.2. fol. 327. clericus, ca. Odoardus beneficium habuerat ciues, cum clausula constito de paupertate; quam non potuit probare, pauper effectus, postea petiit eandem commissionem,quæ danda venit,quia mutauit statum, nã ea, quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio, l. 1. in princ. ff. de vent.insp.Marsil.in l.si quis nec num. 55. ff.de quęst. Rim.Inn.in l. 1.nu. 257. ff. quod
82 quisq; iur. commissio aũt ista debet restricte concedi quod se non extendat extra diocesim, (vt dixi decedenti bonis) sed in vnaquaque, si ibi clerici sint creditores particularis danda erit commissio, ex Signaturę (vt dixi) mandato.

Com.Formula. Vrbis.

BEatissime Pater Exponitur S.V. pro parte deuoti illius oratoris N. Clerici Neapolitanę diœcesis, quod cum ob diuersas fideiussiones factas quamplurimis amicis, ac occurrẽtibus nonnullis vrgentissimis necessitatibus,fuerit maximum æs alienum etiã sub Cameralibus obligationibus iuratis cõtrahere coactus,vsque ad summam scutorũ & cum pauper existat, nihilvę aliud habeat præter annuos introitus beneficii Sancti Francisci siti in diœcesi præfata,in loco detto,&c.qui ascẽdunt annuatim ad scuta 100. vel circa,quod simplex personalem residentiam non requirit. Et cum aliunde suis creditoribus satisfacere non valeat, & coactus sit,si a S.V.altero ex beneficio capit. Odoardus, siue peruenit non subueniatur,potius perpetuæ carcerum seruituti sese adiicere, vel in illis diem claudere extremum. Cumque æquum non sit, vt in clericalis dignitatis obrobrium mendicare cogatur.Ideo supplicat S.V. quatenus R. P. D. Locuntenenti in ciuilibus Illustrissimi Vrbis Vicarii committere,& mandare dignetur, quod constito de oris paupertate, assignata congrua portione sibi bene visa ex fructibus dicti beneficii pro eius, & substentatione residuum introitum præfatorum, pro creditorum satisfactione melioribus modis, via,& forma,qnibus pro minori dispendio ipsi visum fuerit assignari mandet, & faciat, ac oratorem in persona vlterius molestari non posse,neque debere mandet, & faciat. Cum potestate citandi, & inhibendi, &c. Ponantur clausulæ in aliis commissionibus supra narratæ.

Si vero commissio fuerit extra curiam eodem modo Episcopo,vel vic.loci illius cum clausula prout de iure dirigatur addita in fine commissionis, & cum absolutione, vt supra.

SVMMARIVM.

1 *Legis diffamari,C.de ingen.& manum.remedium quare sit adinuentum.*
2 *Extensio fit ad similes casus ex identitate rationis.*
3 *Extensio non dicitur, qñ datur casuum similitudo.*
4 *Ratio quid sit.*
5 *L.diffamari, C.de ing. & manum. male interpretratur, & practicatur.*
6 *Commissio Iactationum quare inuenta sit.*
7 *Commissio Iactationis, & Iactationum potius imbrogliationis,& imbrogliationum, vocanda esset.*
8 *Commissio Iactationis, quid continere debent, & num.25.*
9 *Commissio an eod.modo sit concedenda, si adest diffamatio,quam si aderit eius suspitio.*
10 *Diffamationum tria sunt genera.*
11 *Leges ille,quæ paucas lites pariuit,optimæ sunt.*
12 *Iactationes,quæ comprehendantur sub, l.diffamari,C.d ing.& manum.reprobatur Sarmie.opi.n.14*
13 *L.diffamari C.de ing. & manum.non est extendenda secundum aliquos doct.*
15 *Commissio Iactationis intrat,& datur tam in causis ciuilibus quam criminalibus,& mixtis.*

16 Com-

De commissione iactationis, & iactationum.

PRacticabilem, & famosissimã, hãc l. diffamari, C. de ĩg. & manum. fore, nemo est, qui ambigat, sicut quotidie nos rerum magistra experientia docet, ob id, vt con
1 trario Pharmaco sæculi nostri freqeuntissimæ mortalium calumniç familiarissimç in ductæ compescantur, ad illis obuiandũ, huius legis remedio aduocati, & procuratores & vsi fuere, vtunturque, & quamuis de hominis statu, ac libertate loquatur, tamen stãte rationis identitate, cum similis sit casus, quo ad libertatã aliarũ rerum ẽt locũ hẽt & sicut in materia status cõfessoriç, & negatoriç, actiones sunt legibus cõstitutæ, sicut que in prædialibus seruitutibus possessio ex dominij patientia constituitur, & in materia status multum communis æstimatio efficere potest, quæ facile ex diffamatione oritur, ideo si diffamato periculum diffamatio afferat, quãdo diffamans hoc ipso se pro domino gerit, vt silentium (iure medio) imponi postulet, æquum est, & lex nostra pariter ista negotia cõprehendit, vt ait Sarm.
2 select. sent. lib. 1. cap. 2. num. 11. Quando quidem, ex rationis identitate extensio ad similes fit casus, l. non possunt, & l. iura non in singulos, vbi glo. & Doct. ff. de legibus, cap. translato de cont. cap. 2. de translat. mel. l. illud, ff. ad leg. aquil. l. a Titio, ff. de verb. obl. l. si constante, vbi Bart. quæst. 8. ff. solut. matrim. & in l. omnes populi, quæst. 6. de iu-
3 stit. & iur. Immo non dicitur extensio fieri tunc, quia vniuersalis ratio, vti genus, diuersas emergentium casuum species sub se, sicut species sub genere, comprehẽdit, & ea quæ rationis nexus connexuit, iuris dispositio non separauit, ac quando datur casuum similitudo, non propriæ dicitur extensio fieri, sed verius tacita legis comprehensio, Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo litteris, numero 37. C. de reuoc. don. Paris. cons. 69. num. 164. volum. 3. Gig. in tract. de pensio. quæst. 86. & cons. 96. colum. 1. Bald. in cap. quia, prope fi. de iud. Contard. in l. diffama ri, secunda limit. num. 36. & quando venit aliquid ex mente, & ratione legis, ex eadem lege, ac ex legis extensione venit, adeo, vt ex

ea

ea competat directa actio per l. nominis, & rei, §. verbum, ff. de verb. signifi. non autem eorum, quæ in ratione conueniunt, videtur
4 diffidentia. Quia ratio est coniũctio eorundem casuum, ad eundem finem tendentiũ, l. non possunt, & l. nam vt ait, ff. de leg. glo. not. in cap. 1. in verbo Italiæ, de temp. ordinat. & latè Tiraq. de caus. cess. par. 1. nu. 136. & seq. & num. 152. & quamuis Sarmien. loco citato, select. sent. lib. 1. cap. 2. in princip. abvti hac lege, & male interpetrari multo-
5 ties dicat, si sub illius clypeo sæpissimę, & defendantur, quæ naturam, & ordinem iudiciorum subuertũt, & infinitas lites suscitãt, non iustitię, sed calumniandi afferendo vias quibus incautos homines hoc medio molestijs afficiunt, & aggrediũtur, contra iuris dispositionem, C. vt nem. inu. ag. cog. & l. qui in alterius, ibi cum sit in potestate eius, ff. de reg. iur. ac inuitum actorem ad iudiciũ
6 trahunt. Rem igitur aggrediendo, quando contra se, quis diffamationes timet, vociferationes audit, vel suo inferri molestias statui veretur, vt ad præsentis nostræ legis remedium conuolare possit, praxis commissionem iactationis, vel iactationum, ita illã
7 vulgariter nuncupando, quamuis potius aliud imbrogliationis, & imbrogliationum, nomen mereatur, adinuenit, in qua iudici,
8 vt præfixo aliquo breui, & peremptorio termino diffamanti, vel vociferanti, ad deducẽdum, quicquid vult, & potest, quo elapso, & nihil, quod releuet docto, & perpetuum silentium dicto diffamanti imponendum, & in futurum illi audientiam denegandam fore, declaret, committi petitur, vt communiter Bald. Sal. & cæteri scribentes, in commẽtarijs legis nostræ disponunt, & concludũt, vnde subdit ibidem in initio Cagnol. debere postea iudicem hanc silentij impositionẽ exequtioni demandare, eodemque vocabulo vtuntur. Canonistæ in cap. in præsentia, de præbend. Sed antequam vlterius pro
9 grediamur. Quæro, an commissio nostra sit concedenda, tam quando verę diffamatio, quam quãdo diffamationis suspitio, vel alia iusta calumniæ causa, siuę metus, adesit, & licet, Bar. in l. edita, nu. 3. C. de edend. Innoc. in cap. causam quę, num. 5. vbi Abb. cum latè addut. qui fil. sint leg. decis. 198. Thol. in verbo contrarium, cũ multis alijs, simpliciter affirmatiuè loquantur, tamen verbalem turbationem non esse tanti, vt in iudicio propter eam, quis debeat experiri, cum alia sint interdicta a iure inuenta, nonnulli ex alijs nostri iuris interpetribus asse-
10 ruere, Ideo tria genera ponenda dicit Sarmien. select. sent. lib. 1. capit. 2. num. 4. Primum, in quibusdam actionibus, quę dantur ad incorporalia, vti ad seruitutes, quę confessoriæ ad seruitutem vendicandum, & negatorię ad repellendam appellãtur, & in hoc quamcumque verbalem diffamationem, sufficere asserit, quia seruitutum possessio, seu quasi, in aduersarij patientia innititur, l. 2. C. de seru. & acq. Bar. in l. naturaliter, nume. 27. ff. de vsucap. Quod cum a possessore intendi possit, ideo sufficit omnis verbalis molestia, quia cum satis sit impatientia, vt pro seruitute agere valeat, isto casu ad iudicium possessorẽ prouocare, ius permittit, & licet aliqui asserant facti controuersiam requiri, tamen (vt retuli) communiorem hanc esse sententiam, ex mente, Bart. in l. si prius, numero 3. ff. de nou. oper. nunc. tenuit ibi Sarmien. num. 6. qui, vt cõcordentur ibi Doctores, Alciat. in lib. 3. Parergon. cap. 21. in fin. dicit ibi, illos loqui, qñ tertius impedire vult, a cuius patientia, possessio, vel quasi non pendet, non autem, quando prædij dominus, siue possessor, In secundo vero genere dicit, quædam remedia esse, quæ interdicta dicuntur, quędam esse, quæ possessori dãtur, vt in materia retinendæ possessionis, & quia non simpliciter possessori tribuuntur, vt in primo genere, sed quando rei met possessio turbatur, cum eo, ne ius fiat tendunt, & in istis non sufficere verbalem diffamationem, nisi vbicumq; ex ea reale impedimentum afferretur, ex mente, Alex. in l. si prius, nu. 22. ff. de nou. oper. nunc. & Bart. in l. 1. §. huius autem edicti, num. 2. ff. vti possid. ibidem, num. 7. Sarm. asserit. Tertium autem genus ponit in rei vendicatione, vel alijs proprietatem respicientibus, & in hoc legis nostræ remedium non intrare asserit, ibi num. 8. Vnde stilum pręsentis commissionis, iactationis, & molestationis remedium, in Rom. Curia frequentissimum, nulla posse ratione tueri, & infinitas lites, ac controuersias parentem, ac a boni viri officio remotissimum, qñquidẽ super re, quam possidet, litem mouere parant, fore a Republica exploden-
11 dum, ibi clamet, subdens ex mente Socratis, leges illas optimas esse, quæ paucissimas lites gignũt. Quare in consequens ista commissio non venit ita latè extendenda per hanc legem, vti Doctores faciunt, & interpetrantur, ideo in fine num. 17. versic.
12 Sed istius textus, &c. Non compræhendi sub hac lege iactationes, nisi quando agitur in actionibus primi generis, qa dignæ sunt, cum maius in illis insit periculum, ne vulgari,

ti,& communi iure indicentur, & sic equū videtur, vt si quis aliquem seruū clamitat,
13 Quia respondet particulariter, ibi Imp. ad consultationem se ingenuum ex alia parte nuncupando, in hoc solum habere commissionem nostram,non autem, vt possessor alium inuitare ad iudicium coacte valeat. Vnde vulgo ad omnia negotia male legem hanc trahi,concludit,& quidam ex erroris poculo inducat metamorphosim, q̄ esset, si ita generaliter, vt supra relati Doctores asserunt,lex nostra extendatur, ideo non esse permittendum, vt ex tam lata, & falsa interpetratione, tot legibus fraus fiat. Sed pace ipsius,amplius distinctius, & melius,Ant. Gabr. in lib.2. com.opin.in tit. de
14 Actio. conclus.6. loquitur,quem sequendum, & in eius opinionem relatam communiorem tenendam,in antiquiori Curię obseruata praxi in citatis ibi Doctorum respectiuę sententijs,fundatā vt quotidiæ experientia rerū magistra nos docet,credo,& vnico verbo respondendo dictis per Sarm. latè loco citato dico,quod pœna temere litigantium succedit illi, qui aliquem in legis nostræ materia ad iudicium indebitę trahit,quamuis verum dicat multoties,calum
15 niosæ hanc peti commissionem. Primo itaque generaliter in omnibus causis, tam ciuilibus, quam criminalibus cōceditur nostra commissio. Tam in petitorio, quam possessorio,tam si reales, quam personales, fuerint actiones, ac in causa matrimoniali, & alijs quatuordecim causis, ibi per Gabr. a num. 2. vsque ad num. 19. Et vsque ad finem conclus. cum multis limitationibus, etiā latè relatis,quem videre poteris, cuius dicta, repulsa Sarmien. opinione sequitur Romana Curia, vt passim quotidie fieri videmus in sacro Rotæ auditorio, tam in cau
16 sis Ecclesiasticis, quam profanis, & in alijs tribunalibus Vrbis, concedique etiam cōmissiones huiusmodi,& illarum vigore breuia extra Curiam, vtque specialius de præ
17 missis aliquid disseramus. Supra retuli nostram commissionem, tam petitorium, quam possessorium compræhendere, tam in beneficialibus, quā in profanis, Menoch. de recup. poss. remed.15. quæst. 27. numero 63. Cassad. decis.6.nu.5. de rescript. Sed regula præfata non semper procedit, tuncque ambo complectitur, quando sub verbis dubijs, vel vtrumque compræhendere aptis commissio concipitur, illico etenim ad procurantis rescriptum fauorem verba interpetrantur, & extenduntur interpetrādo, l. si quis in intentione, ff. de iudic. Abb. in cap. cum venissent, col.2. de restit. in integr. Sed quando ponuntur verba clara cōcernentia sigillatim petitorium, vel possessorium,tunc non ambo, sed strictè tantum id,quod est expressum, vel de quo mentio facta in ea est, continetur,vt optime per gl. in c. in verbo indistinctè de sequestr. Vtque res tironibus clarius innotescat, subdamus exemplum,si in commissione dico, sum in pacifica possessione talis domus,Titiusque me velle molestare. Se iactat, & vocife-
18 rat,& tunc,quia verbum molestare est aptum comprehendere,petitorium,& possessorium,de vtroque erit commissio intelligenda. Sin autem diceret, Titius non me pacifice possidere finit, itaque vt id me pacifice facere permittat, cogi & compelli petio, isto casu tantum de proprietate mentio in commissione facta censetur, ea ratione, quia vno in rescripto expresso, aliud tacitū excluditur, Cassad. decisio.6. per totum cumulare addut. de rescript. Aret. Feli. Dec.& cęteri in cap. in præsentia de probat. Socin. cons.38. colum.5. versic. principaliter, volumine primo Contar. super hac, l. diffamari Ampliat. 1. Gabr. loco citato, num. 3. ampliat. 2. Quod non procedit in beneficialibus, vel quauis alia causa, quando quis præcisè (vt dixi) se non restringit, sed sub generalibus verbis commissionem obtinet, nam tunc vnaquęque, petitorij, & possessorij causa, erit compręhensa, Cassad. decisione nona, de appellat. Vestr. in sua
19 prax.lib.4.cap.fin. num.1. Vel si apponantur in commissione nostra pariter verba, vna cum toto negotio principali, quæ denotant causam petitorij,& possessorii, Cassad. decis. 6. de rescript. & decisio.9. num.13. de caus. pos. & propr. Nam eo casu vtrunque videlicet, & possessorium, & petitorium pariter fuisse intentatū, tenuit Rota, vt per Ve-
20 ral. decis.177. par.2. Cauti sint igitur nostram commissionem compilantes, vt super iactationibus in ea concludant, quia si id facere omitterent, diceretur diuersum remediū intentatū, vti in simili videmus de libello, nā ex medio cōcludēdi, quale remedium fuerit intentatū iudicialiter, cognoscitur, Socin. cons.146. num. 3. & 4. volum. 1. Abb. in capit. ex parte, num.3. vbi Butr. de for.comp. Bald. in l. domus, nume.1. vol.2. Paris. cons.113. num.7. volum.4. Boer. decisio.42. num.13. Fel. in cap. licet heli, numero 28. de Simon. & istud, tam in libello, quam in rescripto procedit, Abb. in cap. ex parte, num.2. not. 2. de for. comp. Mohed. decis. 229. Sicut videmus in iudice, qui an

vel ordinarius, vel delegatus processerit, ex iurisdictione apparet, Felin. in cap. cum ex officij, num. 19. de præscript. & in cap. licet de offic. ordin. Bald. in l. 1. num. 25. C. de furt. Sed in hoc proposito vnum sub silentio minimè prætermittendum duxi, & licet durum forsan prima facie videatur, tamen tot tantive RR. PP. DD. Sacræ Romanæ Rotæ Audit. illo tribunali primario totius Orbis tenuerunt, quod Auditorium Summi Pontificis, & veritatis Tribunal dicitur, vt per Doct. Martam de trib. Vrb. c. 3.
21 num. 14. Quorum responsa propter eorũ auctoritatem sunt pro communi opinione tenenda, vt eleg. dixit Nic. Grau. in addit. ad Vestr. lib. 6. cap. 1. nu. 18. Vnde quando habemus casum legis expressum, seu Rotæ p̃fatæ decisionem in terminis, non debemus ad argumenta recurrere, vt abunde Doct. Mart. in d. tract. tribun. Vrb. cap. 5. per totum, late id ad partes differens, ipsi namq;
22 standum erit. Et sententia contra ipsorum resolutionem lata est ipso iure nulla, quia decisiones Rotæ faciunt stilum, & sicut sententia contra stylum nullitatis vitio subiacer, ita etiam cõtra rotales decisiones, Guido Pap. q. 292. versic. Sed in sententia, Gabr. de sent. conclus. 7. num. 17. Cassad. decis. 17. num. 3. de præb. Neuiz. cons. 61. nume. 16. & 17. & latè articulum disputat Doct. Marta loco citato, pro hac parte elegantissimæ, concludenté, quamuis numquam errent, quia veritatis substantia ex tot tantisve informationibus, laboribus, & scripturis Doctissimorum Dominorum Aduocatorum, & Procuratorum, quibus semper Rom. Curia floruit, & hodie maximè abundat, feliciter, p xij. illos sapientissimos Patres, a Sũmo Pontifice selectos. Quare aperta fronte dicere audeo, me velle potius cum illis errare, licet error semper (vt dixi) in præfato Sacro Tribunali cesset, & ab illis RR. PP. absit, quam cum alijs bene sentire, nam si in ore duorum, vel trium stat omne veritatis verbum, multo magis in supradicto RR. PP. Dominorum meorum concessu limpidissimum veritatis fontem continuæ scaturiente fuisse, & esse, non est ambigendũ.
23 Sed de his hactenus: legebam itaque diebus elapsis elegantes decis. Bo. me. Achil. de Gras. Bonon. olim Rotæ Aud. & Ciuitatis Castelli, Episcopi, sicque Locumtenens dictus in Rota, decis. 22. de appellat. in impress. vel prima, de Actore in manuscript. vbi per Dominos communiter tentum fuisse asserebatur, quod virtute prægnãtissimæ clausulæ, quam & quas habet, & mouet habereque, & mouere vult, & intendit, &c. De qua latè dixi in commissione ordinaria appellationis, in Rom. Cur. sub dicto verbo, quæ in omnibus, ceu commissionibus, præterquam in hac, vt paulo post subnectam, apponi solet, & debet, remedium legis nostræ, licet alia iactationũ mentio sit omissa, intentari possit: Illa autem verba, quam & quas, &c. Sunt apta casum hunc comprehendere, quia maximè sequẽtibus, habereque, & mouere, &c. Sunt generalissima. Immo procedere pariter non solum data possessione, sed etiam neutro possidente, ad committẽtium fauorem, vt latè iterum approbando decis. Achil. tenuit Rota coram bo. me. Cæs. de Gras. Achil. Fratris Germani in vna Panormitana, & Valent. illegitimatis, Lunæ 7. Februarij 1575. vt in decis. eiusdem 1. per totum de iudic. Rot. de alien. iud. mut. caus. fact. decis. 2. in fin. de lib. oblig. decis. 1. in nou. & alijs relatis per Roland. a Val. cons. 75. vol. 2. Quod nempe intelligendum credo, in initio causæ, & antequam causa sit instructa, & non post, quia si esset actum, vel appellatum, vt latius infra loquar, tunc nõ poterit vigo-
24 re dictæ clausulæ tale remedium intentari. Dicebam itaque, quod tutius erit petendo concludere, quod cesset a molestationibus, & diffamationibus, non aũt si quæstio fuerit super illegitimitate, vt quis legitimus decla retur, Innoc. in cap. causam, el secondo, col um. 2. versic. Qui autem vult accusare, vbi Ioan. And. col. 7. versic. Et nota, quod causa, vbi Butr. col. 2. versic. Ad primam quæstionẽ, qui fil. sint legit. Vnde si in initio cõ-
25 missionis fiat mentio iactation um, si de illis non concludatur, sufficiens non erit dicta clausula, quia tunc occasion aliter adeo narratæ videtur, quod ex tali præambula narratiua non alteratur medium concludẽdi, Felin. in cap. licet causam, in verb. ex eisdem de probat. Dec. cons. 28. num. 3. Rip.
26 in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 11. ff. de acq. possess. Et licet vltra verba iactationis cãm, puta nec nõ illegitimitatis, vel alia alterius causæ denotantia inserantur, nihilominus, vt bene posita, erunt concedenda, quia commissio in vno capite, vt puta iactationum stat principaliter, in alio augmentatiuè, Sarn. in reg. Cancel. de infirm. resign. quæst. 34. num. 4. Bellam. decisio. 158. Rum. cons. 114. num. 4. & 5. volum. 4. Sed ante-
27 quam ad alia descendamus. Primum quærendum puto, quis in facto nostro actor, vel
28 reus dicatur. Diffamatum itaque actorem fore multi censuerunt, ea ratione fulsulti,

quia

quia diffamantem ad iudicium vocat, sibique imponi silentiũ petit, auctoritate text. in l. in tribus, C. de iudic. cap. forus, §. accusato, de verb. signif. Dec. cons. 45. nu. 1. & Bar. in l. libertis, in fi. ff. de in ius voc. & quãuis postea respectu decisionis iudicij futuræ, actor dici nequeat, tamen ob id non tollitur, quin respectu ordinationis talis non dicatur, Ias. in l. de pupillo, §. si procurator, ff. de nou. oper. nunc. Nam prouocat diffamantem ad iudicium, per citationem, qui non erat aliter compariturus, & licet non absolutè illum ad agendum iudex astringat, tamẽ facit, vt eo nolente, diffamator fiat, itaque non præcisæ, sed causatiuè ad agendum cogitur, quia si non agit in termino, vt infra di

29 cam, denegabitur postea audientia: Vnde stante regula, quod pruocans aliquem per citationem, licet generalem ad iudicium, sit actor, Bar. in l. libertos, & ibi Doct. ff. de in ius voc. Dec. in cons. 487. num. 10. & in cap. intelleximus, num. 9. de iudic. & bene de assignatione termini, cum citatione, qđ sit actor, loquitur Roland. a Val. cons. 29. numero septimo, & 19. cons. 70. nume. 49. & seq. vol. 2. Capic. decis. 8. nu. 2. & seq. Alex. cons. 5. nu. 2. volu. 2. Dec. cons. 700. numero quarto, subdens ibdem Dec. quod ille, qui comparet postea pro suo interesse dicatur reus, diffamatus actor necessario cen-

30 sendus erit. Alij contrariam sententiam sequuti fuere, quod licet diffamatus primum ad iudicium diffamantem vocet, nihilominus dicatur reus, & diffamans actor, idque pluribus comprobare rationibus, & auctoritatibus nituntur. Primo autem dicunt. Quod licet pro remouenda oppugnatione, vel controuersia, quam inferri sibi timet agat, alium ad iudicium prouocando, reus dicendus sit, quia partes rei fungitur, dum se defendit, & licet prouocauerit prius, tamẽ quia ante prouocatus fuerat, extraiudicialiter, etiam rei partes sustinere debet, Bart. Castr. & Imol. in l. de pupillo, §. si Procurator, ff. de nou. oper. nunc. Et dato quod respectu ordinationis iudicij considerari possit actor, in reliquis autem iudicij partibus, vti prouocatus, reus censendus erit. Nam si causæ principium ex diffamationis origine procedens est attendendum, quamuis prius diffamãtem ad iudicium diffamatus vocet, reus postea erit diffamatus censendus, Dec. in cap. ex litteris, nume. 7. versic. Seu quod dictum est, de probat. & quamnis ab initio commissionem diffamatus obtineat, & causam agere intẽdat, nihilominus, quia id excipiendo facit, improprie, & largo modo actor nuncupandus erit, l. prima, ff. de except. Bart. in l. 1. in princip. ff. de iur. & fact. ignor. Secundo hanc tuentes partem regulam proferunt, quod actor suam intentionem probare tenetur, alias reus absoluitur, l. qui accusare, & l. fi. vbi Bart. C. de rei vẽd. Sed diffamatus id facere non potest, nec debet, quia possidet, igitur non actor, sed reus dicendus erit, ratione id comprobatur, nã perpendendo ethimologiam vocabuli, actor ab agendo dicitur, sed diffamatus non agit, quia se defendit, quando aduersario diffamanti, & dilationem ad sua iura deducenda, ac intentionem finaliter probandam assignari, & postea termino elapso perpetuũ silentium imponi petit, ad ipsum pœnitus excludendum, itaque reus censendus erit.

31 Tertio, & vltimo dicunt, nil aliud esse diffamare, quam ad iudicium trahere, vel vocare, vt Bal. in hac l. nostra, nu. 17. Sed qui diffamat ad iudiciũ vocat, quia impellit diffamatum, ex hac occasione diffamationis, pro sua defensione ad præsentis legis remedium intentandum, ideo actor merito diffamans nuncupandus, & pro tali habendus erit, & hanc sententiam communius Doct. in legis nostræ repetitione sequuti fuere, & Abb. in cap. si quis contra clericũ, num. 2. versic. Et octauo de for. comp. Alexand. cons. 103. volum. 5. Socin. cons. 64. numero primo, & 6. volu. 3. Capic. decis. 18. Cagn. in l. nostra, num. 9. Boer. decis. 295. num. 7. Couar. var. resolut. cap. 18. num. 4. Barbut. in d. cap. si quis contra clericum, num. 6. Rom. cons. 412. Abb. in cap. ex parte nu. 5. de restit. spoliat. Christ. port. in lib. comm. opin. conclus. 194. latæ. Grau. consil. 182. num. 2. decis. Pedem. 14. num. 1. & quando quærunt deducta pro alia parte tollere, respondent, non obstare, quod actor ille dicatur, qui primum ad iudicium vocat, quia regula illa cessat in legis nostræ disposi-

32 tione, vt habetur in decis. Pedem. 151. numero octauo, & per glo. in l. vnica, C. vt ne inuit. appella. cog. & licet prius ad iudicium diffamatus diffamantem vocet, tamẽ quia potius naturalis, quam accidẽtalis causæ originem attendere debemus, hoc respectu, reus diffamatus dicetur, Grau. cõs. 182. num. 11. Alex. d. cons. 103. Nam præter petitionem, nil aliud considerandum in iudicijs venit, quia vti origo, causa, & quod nomen competat agentibus dignoscitur, Bar. in l. si societatem, §. arbitrorum, nume. 19. versic. Vnum tamen puto aduertẽdum, ff. pro socio. decis. Pedem. vbi supra, num. 4.

33 & 5. Præterea ad iudicãdum, an quis actor

sit,

sit, vel reus, causæ principium inspicitur, & non quod ex accidenti causam iactationis intentando, primo ad iudicium prouocet, glo. 3. in cap. ex insinuatione, de iud. vti in simili videmus de contractu, quod semper eius causa attenditur, & in materia, l. diffamari, ita tenet Abb. in cap. si quis contra clericum, in primo not. num. 2. de for. comp. asserens, causæ naturalis originem fore attendendam, non autem, quod accidentaliter fit, Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 18. num. 5. & hanc communem sententiam censuit, Rota latè, decis. 423. num. 3. parte prima, di uers. Quia diffamatus, vti ad iudicium stimulatus, ad se, a molestijs in futurum liberandum, vt reus, & accedit, & agit, sicque reus est; Feli. in d. cap. si quis contra clericum, colum. 1. de for. comp. Cagnol. in hac

34 l. num. 9. versic. Non obstat. Quid igitur dicendum erit, cum vt ex allegatis apparet, vnaquęque istarum sententiarum vera sit. Sed distinguamus statum, & tempora, & concordabuntur supradicti Doctores. Ponamus itaque casum, quod diffamatus terminum ad omnia sua iura producendum diffamanti statui obtineat, & diffamans ad iudiciū accedere non curet, quomodo actor dici poterit? Quia, si diffamatus est actor, desicit reus, si est reus, quis actor erit, & ex actore, iudice & reo consistere iudicium debet, l. inter litigantes, vbi Bart. ff. de iudic. §. retinendæ instit. de interd. itaque vt resolutioni consulamus sic concludendum videtur. Aut comparet diffamatus, aut non, si causa cœpta, vel commissione præsentata venit. Illico actus facti a diffamato redacūtur, vt habeant vim exceptionis, seu defensionis, aliasque uires perdunt, Socin. consilio 94. num. 6. versic. Nam quando reus, volum. 3. Ratio est, quia diffamans agendo, actoris nomen obtinet, & diffamatus rei, qui excipit, & se defendit. Aut non comparet; ex regula, quod nemo ad agendum cōpelli potest, l. vnica, C. vt ne. inu. ag. cog. & tunc, dum diffamatus causæ commissionem, & aduersario terminum assignari petit, dicitur actor, quia ad iudicium diffamātem vocauit, d. l. litigantes. Sed cum postea assignato termino, quando se vti possessor defendit, statum mutat, & reus dicitur, quia diffamanti perpetuum silentium imponi petit, quamuis ab initio pro actore, dum diffamantem ad iudicium vocauit, habitus fuerit, Couar. var. resol. lib. 1. cap. 18. numero 4. Bar. in d. l. in tribus. At diffamante in mora constituto, seu cōtumace, quia non agit, sed bene tunc excipit, ac se defendit diffamans pariter reus vocatur, per Rom. cum addit. in cons. 217. num. 1. & per tot. Bart. in l. si prius, tertio not. ff. de nou. oper. nunc. l. 1. ff. de except. l. vnic. C. de his qui. post. nom. & multa cumulat, Afflict. decis. 268. Ratio clara est, nam (vt dixi) mutato statu, reus vocabitur, alias absonum esset, dicere, quod agens reus foret, & quando se defendit actor, cum sæpe vnus sit, velut duo, qui habent in se imaginem, repræsentando alium l. Ossa, §. fi. ff. de relig. & sumpt. fun. l. tutorem, ff. de his qui vt indig. sed acta fuit causa prima, & impetratur rescriptum mediante causa secunda, vnde magis secunda attēditur, quia per attributionem primę, plus forma in esse deducta fuit; sicque rescriptū impetrando, & illi formam dando, si aduersarium diffamantem citari curauit, fuit actor. Sed quia respectu secundæ causæ, idest liberationis, impetratum fuit rescriptum, in reum transferri optime potest, vt in simili videmus in causa appellationis; in qua, si reus in prima instantia succumbit, in secūda efficitur quodammodo actor, quia venit contra sententiam, & actor, qui habuit sententiam pro se, & illam, ac se tuetur, reus efficitur, Bart. in l. vnic. num. 1. ff. nil nou.

35 appell. pend. Sed fallit supradicta regula, quando in commissione, seu rescripto, se actorem diffamatus nominat, quia cum nulla maior sit probatio, quam oris proprij cōfessio, & præcipuè illa, quæ fit in precibus Principi porrectis, quam reuocare non potest, l. cum precum, ibi Bald. & Salic. C. de lib. caus. Bal. in l. si magdum, num. 4. C. qui accus. non potest, & in l. 1. diuersum, C. de ing. & fact. ignor quæ contra supplicantē probat. Felin. in cap. cum iure, col. fin. de offic. deleg. Veral. decis. 190. num. 3. par. 1. si fecit, & nominauit actorem, vt talem se gerat, in consequens opus est. Cautè igitur legis nostræ remedium intentantes tāgam quae actorem in precibus se nominent, nec causam præiudicialem alteri afferant, capit. tua de

36 ord. iud. Hac itaque expedita aliam aggrediamur quæstionem, cui nam iudici sit cōmissio dirigenda, diffamati, vel diffamanti, & quod iudici diffamantis sit relinquendum, vel adeundus, dixere in Consilio Neapolitano, teste Afflict. decis. 268. Dec. in consilio 686. num. 21. & 22. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 18. num. 5. ea ratione suffulti, quia si diffamatus dicitur actor, & diffamās reus, succedit vulgaris regula, quod rei forum sequi tenetur, & sic iudici diffamantis præfati dirigendam asserunt commissionem, & ita ibi Afflict. votatum, & resolutum in Cōsilio

filio Neapolitano attestatur. Sed contra eorum sententiam magis communiter iuris nostri interpretes insurgũt, ea quippe relata ratione, quod diffamatus sit reus, vnde in consequens ipsius diffamati rei iudici commissio sit dirigenda, & ab hac sententia recedendũ non fore, asserunt. Cagnol. in l. nostra, nu. 9. vers. Sed non recederem, Alex. cõsil. 103. volum. 5. per totum, Felin. in c. ea quæ, colum. 1. de re iud. & in cap. fin autẽ, colum. fi. de rescript. Soc. cons. 94. numero sexto, volumine tertio, Abb. in cap. si quis contra clericum, numero vndecimo, & melius in repet. d. cap. eod. num. 11. de for. cõp. decis. Pedem. 251. numero quarto, & seq. Rom. cons. 402. Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. de arbit. Contard. in repert. l. nostræ, quæstione prima, numero primo, vsque ad nume. 17. latè multa congerens, Dec. in cap. cum inter num. 14. & in capit. ex litteris, nu. 7. de probat. & hanc fore opinionem communem testatur Gabr. in lib. comm. opin. in titulo de actio. conclus. sexta, numero 41. & 42. pluribus modis limitatis, & ampliatis, libro secundo, Couar. vbi supra. Nec quicquã facit allegata, decis. Afflict. 268. quia fundant ibi eorum intentionem in dictis, Bar. & Alex. in l. libertus, ff. de in ius voc. vbi de hoc verbum nullum, sed solum de liberto, qui venia non petita a Domino, illum ad iudicium vocat, verba faciunt, & ita respondit decisio. Pedem. 151. num. 6. versic. Non obstat, nec minus quicquam facit, si ea ratione eorum sentẽtiam, quod diffamatus sit actor, sustinere coguntur, quia vltra, quod id in legis nostrę materia non procedit, vt dixit præfata decis. Pedem. num. 8. & Bald. hic columna secunda. Tñ ex relatis, diffamatũ reum fore, clarè patet, & sic retorquẽdo rationem decisionis, iudici ipsius diffamati, quem necessario actor est aditurus, & non diffamantis, commissio, siue iudicium dirigenda erunt, Alexand. dicto cons. 103. numero primo, & seq. versic. Nam hoc modo, vol. 5. Quod ampliatur procedere pariter, si diffamatus
37 esset Episcopus, vel clericus cõtra laicum, quia tunc pariter coram laici diffamati iudice laico, causa erit tractãda, vt Alex. d. cons. 103. per tot. Imol. in collect. com. sent. lib. 1. conclus. 19. versic. Quarto amplia, Couar. var. resol. lib. 1. cap. 18. num. 5. in fi. Dumq;
38 de diffamatione tractamus, breuiter, quid sit diffamare ponamus, & secundum magis scribentium receptam sñiam, nil aliud est diffamare, quam vulgo, vel corã iudice, etiã non in figura iudicij, contra aliquem vociferare, lacessere, seu prouocare, ita & taliter, quod occasionem ad se defendendum, seu a præmissis liberandum, diffamato sic præbere possit, quamuis talis defensio non sit de necessitate præcisa, vel coacta. Dec. in capit. intelleximus, numero decimosexto, de accus. & propriè diffamare est verbum aliquod infamiam alicuius continens, proferre, Bart. Imol. Alex. & Ias. in l. turpia, ff. de leg. 1. Felin. in cap. inquisitionis, §. requisiuisti in secundo not. de accusat. Interdum au-
39 tẽ talis diffamatio fit errore, interdũ dolo, interdum malignitate, vt colligitur, tam ex l. hac, quam ex Bal. ibi num. 1. quem sequitur Socin. cons. 41. numero tertio, volum. 1. l. apud labeonem, §. ex ijs, & l. Cornelia, §. si
40 quis libellum, ff. de iniur. Sed iudici de iure, antequã super legis nostræ remedio agatur, de diffamatione constare, vere debet, & sufficit (vt dixi) q̃ diffamatio sit, vel iudicialis, vel extraiudicialis probata, Couar. vbi supra, num. 8. in fi. Abb. & Canon. in cap. conquerente, de offic. ordin. Immo quod plus est, sufficit etiam quæuis alia iusta causa, vel calumniæ suspitio, Bart. in l. edita, numero tertio, ff. de edend. Innoc. in capit. causam quæ, num. 5. qui fil. sint legit. Felin. in cap. penult. numero nono, de iudic. Cap. Tholos. decis. 198. versic. Contrariam sententiam, Et ad eam probandam, testes examinare, etiã lite non contestata, fas erit, Butr. in capitulo cum olim, versic. tertius est intellectus de test. glo. & Bald. hic, Alexand. cons. 7. volu. 7. quamuis Sarm. select. sent. lib. 1. cap. 2. numero nono, versic. Nam & si constet, quod licet in debite rei suæ aduersarium præiudicium facere tentet tamen ad iudicium vocari non debet, nisi eo extraiudicialiter prius monito, & tentato, vtrum sine lite possit suam intentionem obtinere, l. quidam, tiberius, ibi qua de re, ff. de seru. & actio. Vrb. præd. Subdens etiam, optimum fore, vt magnæ auctoritatis uiri interponantur, ne ad iudicium deueniatur, vt per Rom. sing. 396. & 397. Hipp. de Marsil. in Rubr. de probat. numero 189. Quod optimum esse facere asserit, tum ad sedandas lites, tum ad maiorem conscientiæ tutelam, quia lis multoties non potest contestari, cum non compareat pars, & litis contestatio per contradictionem fiat, l. rem nõ nouam, §. patroni, C. de iudic. & ob id nõ potest fieri, nisi vtraque præsente, vt de cõmuni testatur Marian. in capitulo primo, octauo, artic. de litis contest. Rip. iu l. naturaliter, §. nihil commune, numero centesimooctuagesimoseptimo, ff. de acq. poss.

41 Eaque probata, terminum statuit iudex, infra quem iura sua deducere, diffamans valeat, Boer. decis. 255. num. 6. & 7. Innoc. in capit. conquerente super secunda glo. vbi Abb. & Felin. de offic. ordin. Bald. in l. fi. num. 42. C. de edict. diu. Adr. toll. vbi aduocatos admonet, ne præsentis legis alias remedium intentent, nisi adsit diffamatio, & idem Rom. cons. 53. nu. 3. Cepol. caut. 10. incip. quando aliquis diffamat, Socin. cons. 41. col. 3. versic. subiecerit, tamen ibi, vol. 1. Imol. coll. com. opin. lib. 1. conclus. 19. vers. Secundo limita, Alex. cons. 108. volum. 1. in fi. Bald. in l. 2. C. ne fil. pro patr. Salic. in l. 3. C. qui bon. ced. poss. Contard. in rep. huius legis, quæst 7. num. 45. Nec alias talis terminus per iudicem assignari debet, nisi causæ cognitione præcedente, & per consequens, sic iustitia postulante, Couar. dicto cap. 18. in princ. Alias appellandi materia ipsi diffamanti adeo daretur, vt appellatione interposita, a præfato Iudice omnis iurisdictio abdicata esset, Bal. in l. Titia, num. 8. ff. de accus. Aret. in rub. inst. de except. nu. 23. versic. ex quibus, Boer. decis. 251. num. 7. Alex. in l. 2. num. 17. ff. de re iud. Quod declara, dummodo iudicialiter talem termini præfixionem iudex faciat, Secus autem si extraiudicialiter, vt per Contard. loco citato, nu. 13. & 14. At si præmissis non attentis, iudex processerit, quando ad actus substentationem aliqua cognitio necessario requiritur, & omissa sit, nullitatis vitio acta, & sententia subiacebūt, vt ibi Contard. numero 17. & ante eum Dec. in l. fi. num. 50. C. de edic. diu. Adr. toll. Ferret. caut. 160. n. 9. & talis termini præfixio instante illo, qui ius habere prætendit, fieri debet, & postea si iure carere appareat, a limine iudici repellēdus venit, Marsil. in sing. 280. immo ante termini præfixionem, de suo interesse docere, si vult, etiam ad ipsum spectat, Aret. cōs. 68. col. fi. Imol. d. conclusio. 19. versic. Quarto procedit decisio. vndecima, de except. in antiq.

42 Eodem modo, si nimis breuis dilatio per iudicem præfigatur, poterit appellari a breuitate termini, vt dixi in commissione appellationis. At quando præsenti terminus præfigitur, illico currit, absentiq; a die habitæ notitię citationis, vel intimationis, Bald. in l. Sed & si prætorem, §. ait Prætor versic. item nota, ff. ex qui. caus. maior, & in l. si ea, numero decimosexto, C. qui. accus. non poss. Doct. in l. Labeo, ff. de iure iur. Rip. in l. rem quæ nobis, num. 42. ff. de acquir. poss. Ias. in l. nec quicquam, §. Vbi decretum, numero quinquagesimo octauo, ff. de offic. proc. Alexand. in l. 1. numero octauo, ff. si quis ius dic. non obtemp.

43 Bald. in l. 2. num. 10. C. de Episc. & cleri. Postea quæro, quot termini sint diffamato assignandi, vtque, quantum fieri potest breuitati consulam, dico, saltim duo, nam si bina non procedat monitio, iudex nulliter pronunciabit, itaque postquam primus terminus diffamanti assignatus, seu (dixi) notificatus fuit, eoque postea lapso, si diffamans non paruerit, ad processus validitatē, & sententiæ, secundus terminus erit assignandus, vt optimè dixit Cepol. caut. 110. nu. 1. Afflict. decis. 264. numero tertio, Roman. in l. quandiu, numero duodecimo, ff. de acquir. pos. Boer. decis. 251. numero decimo, & seq. nam nō sufficit vnica termini assignatio, Ang. Aret. de malefic. in verbo nec non ad quærelam Titij, versi. vnum tamen singulariter nota, Purpur. in l. is apud quem, numero 53. C. de eden. Felin. in capitulo ex litteris, columna sexta, versic. fallit nono de constit. Ias. in l. rem, quæ nobis in fi. ff. de acquir. poss. Hipp. de Marsil. in sing. 616. & ita pronunciatum fuisse, testatur Afflict. in supracitata decis. doctrina vero Bald. in capitulo quoniam frequenter, columna fin. versic. non obstat, vt lit. non contestata, in qua tres requiri dilationes, si agatur de grauamine, tertio, vel absenti in ferendo, affirmat. Declaratur per Boer. decis. allegata, numero vigesimo primo, vt contrarietas euitetur, intelligi debere, de tertia citatione, quæ fit ad sententiā, & sic ad videndum perpetuum silentium imponi, & ita hic Bald. columna secunda, Abb. in capitulo licet Beato Petro, columna secunda, in fin. versic. in glo. de accus. Sed in hoc casu habemus normam, in Auth. qui semel, C. quomodo, & quando, iudex, Quamuis Roman. in aliam cadens sententiam, in l. quandiu, la tertia, numero decimoquinto, ff. de acquirenda possessione, vnicam tantum termini assignationem sufficere, asserat, quem secuti fuere Alexan. in l. fi. colum. 1. vbi Ias. colum. 3. ff. de fer. ea ratione, quia censetur talis dilatio perēptoria, vt in ea tam cōprahēdatur probatio p testes, quā per instrumenta, adeo, quod post eā nemo deinceps ad probādā audiat, Spec. in tit. de dilat. §. nunc videndum versic. Quod si data, Bart. in l. 1. numero primo, C. de dilat. & in extrauag. ad reprim. super verbo dato termino, But. in cap. licet causam de probat. Innoc. in cap. coram, de restitut. in integrum. Sed hac repulsa contraria DD. sententia, quod tres requirantur

rantur (vt dixi) citationes, vel dilationes, cõmunior est, videlicet duorũ terminorũ pfixio, & tertio ad snīam citatio, vt supra relati, & Imol. in coll. comm. opin. asserunt. Sed Rom. dicta poterunt adaptari causæ criminali, qñ ex officio iudex terminum accusatori ad quærelam prosequendam statuit, quo elapso, nisi prorogatio petatur, poterit ad ppetui silentij impositionem procedere. At quando id fit ad accusati instantiã, tunc secũda dilatio, & si pars quęrelans fuerit absens, de ipsa intimatio requiritur. Vnde idem si ciuiliter ex nostra cõmissione, vel alias agitur ad diffamati instantiam, duæ (vt dixi) necessariè erunt dilationes. Sed si non comparet in termino præfixo diffamans, & veniat eo elapso, & audiri petat. Videamus, an
44 sit admittendus, nouusq; terminus ad probandum assignandus, & distinguendo breuiter dico, quod, aut iudex terminum esse elapsum interlocutus fuit, & tunc non solũ nouum assignare, verum denegare comparenti pręfato audientiam de iure debet. Aut non adhuc erat interlocutus, & tunc lapsu termini non obstante, talem diffamantem, licet contumacem, refectis prius expensis, iterum ad probandum admittere poterit, vt eleg. per Hippo. de Marsi. sing. 28. lapsus termini, &c. Ang. & Imol. in c. lator, de vsur. Franc. Aret. in c. licet beato, col. 5. de accus. Denuo etiam Hip. de Marsi. vbi
45 supra Procuratores, qñ terminus est lapsus admonet, qđ aduersarij contumaciam, qui nihil in termino probauit, accusent, & iudicem interloqui faciant, quia contumaciæ incusatio, absq; iudicijs interloquutione, nõ erit sufficiens, & hanc snīam tenuit et Aret. in §. idem iuris in fi. instit. de except. Cepol. cautel. 187. incip. vt quis post terminum, Idemque multo magis censendum erit, si iudex diffinitiuè pronunciauerit, quia cum non inueniatur res integra, & a se iudex, tūc etiam iurisdictionẽ abdicauerit, amplius audire non põt, absque Principis gratia. Quod
46 declara, vt per Boer. dicta decis. num. 12. Limita supradicta non procedere, si veniens post terminum doceret se legitime impeditum, nam stante tali causa, non erit sibi audientia deneganda, Felin. in cap. Gratum, numero tertio, de offic. deleg. quod declara procedere, si fuerit impedimentum facti, de quo hic latè per Contard. limitat. 9. numero 110. Menoch. in consilio 110. num. 107. & 118. libro primo, Ruin. consilio 138. numero quarto, volum. 5. An au-
47 tem terminum prorogare valeat, quando est propè finem, dicas, quod si ex officio id facit, bene poterit, sin autem ad partis instantiam, cum alterius collitigantis amplius prorogare non intersit, tunc, quia semel officio suo functus est, id facere minimè valebit, nisi inquantum ius permittit, Rot. decis. 14. de appellat. in antiq. Dec. in cap. personas, in fi. de appel. nihilominus magis communis opinio in contrarium videtur approbata, vt durante primo termino, possit ex causa prorogari, Secus autẽ si lapsus sit, quia tunc non cadit prorogatio, cum non duret, Imol. in coll. com. opin.
48 vbi supra, numero quinto, versic. an autẽ terminum, non enim iudici terminum a lege, vel statuto præfixum prorogare permittitur, quia exclusio legalis hoc casu fortior est, vnde moræ purgationem non admittit, Cagn. in hac l. numero quinto, vbi etiam Contard. quęstione decimasexta, numero nonagesimoseptimo, capit. q. 14. Ponit, an dies termini sit in termino computandus.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores fraudolentes, quærentes commissionem super iactationibus, male faciunt in eorum damnationem.*
2 *Procurator Sancto viro in somnis apparuit, æterno se cremari igne asserens, ob malas consultationes datas.*
3 *Commissio iactationis olim raro concedebatur.*
4 *Procuratores debito modo legibus vtentes, qui rari sunt, optimè faciunt.*
5 *Tria sunt iudicia male interpetrata in damnationem animarum, & damnum reipublicæ.*
6 *Iactationis remedium timens se diffamare, quomodo ex cautela intentetur.*
7 *Commissio iactationis absque præcedente diffamatione scholari, quando detur.*
8 *Bannimenta, quæ transmittuntur, quando officialis est in sindicatu, vbi in iure sint fundata.*
9 *Citatio per bannimenta, vel cridas, quando valeat.*
10 *Clausula omnesque alios, quare in commissione iactationis delenda omnino veniat.*
11 *Commissio iactationis, non possidenti denegatur.*
12 *Commissio iactationis, causa ordinariè instructa, pariter denegatur.*
13 *Commissio præfixionis termini ad agendum causa cępta, non denegatur.*
14 *Clausula in monitorio A. C. super iactationibus, non tamen iudicialiter illatis iure medio ponitur.*
15 *Clausula non tamen iudicialiter illatis, in commissione iactationum, a D. Referendario esset addenda.*

CAP. II.

1 MVltum contra causidicos inuehit Contard. in l. diffamari, ꝺ qua agim⁹ repetitione, ampliat. 21. num. 148. qui huic nostrę commissioni nituntur, quando illa mediante, fraudes inuenire satagunt, mihi non videtur, inquiens, esse boni, & Christiani Doctoris, sub cautelarum colore huiusmodi aduersus legis fraudes inuenire. De his etenim peractis Deo, cui nil incognitum est, certe rationem reddituri erunt, rursus, ibidem, num. 164. ne falsis cautelis in animarum suarum perditionem vtantur, monitos relinquit, quia si illis adhibitis aliquam famam, seu magni causidici nomen in hoc sæculo consequi anhelant, in alio ęterni ignis pęnã non euitabunt, immo plus refer. ibi Couar. Sanctum virum Dino Iurisconsulto nostro antiquissimo in somnis reuelasse, quendam causidicum, etiam sibi in somnis apparuisse, qui ob malas suis clientulis consultationes pręstitas, ęterno se igne cremari, vtique dicebat, & refert id etiam Barbat. consilio sexagesimoquinto. incip. Clementissimi Dei, columna tertia, volumine secundo, ex quibus quanti eorum ab huiusmodi fraudibus se abstinere intersit, potius, & auctoritatibus, & ratione ipsa, quã meis suasionibus id noscere volo, bona verò ꝓ bonis, & mala pro malis fore reportaturos, pro comperto habeant, pæcipuè ipsis iniustas lites suos clientulos sustinere curantibus, & consulentibus, cum tot odijs, rancoribus, dispendijs, & laboribus. Hinc sumpta causa, Sarm. select. sent. lib. 1. cap. 2. nu. 13 enixe cõmendat, ac extollit, bo. me. Io. Paulũ, ab Ecclesia Mediolanẽsem a Sanctis, illo Pio V. Cardinalatus honore decoratũ, ac postea Signaturæ Iustitiæ Præfectũ, hominẽ vero omni sciarũ genere præditissimũ, q̃ i minorib. illius Ciuitatis Senator extitit, cui q̃n istęc iactationis, & iactationũ cõmissiones signãdæ offerebant̃ aures, importunis illas petentiũ vocib. ac ꝑcibus denegãdo, vt talis, sic facile illas impetrando in Ro. Cur. inductus abusus tolleret, claudebat, & ego, vt ca. proximo dixi potius imbrogliationis, & imbrogliationũ cõmissiones, quã iactationis, & iactationũ noĩandas censeo.
4 Ex alia vero parte causidici debitis via, & modo legibus vtẽtes, meliorẽ fratribus prędicatoribus, & religiosis vitam ducunt, vt per Borgnin. Caualc. in tract. de vsufruct. mul. relict. num. 20. & decis. 33. nu. 21. Sed quis erit iste? Bene vero, semper vociferant,

ferant, & hac lege ab vtuntur, male ne interpretantur, ac sub eius extensione illa tueri; quæ naturam, & iudiciorum ordinem subuertunt, lites iurgiaque, tam iustæ, quã calumniosè suscitare conantur, quibus, & incautos aggrediuntur, & enixe molestant, Sarmien. loco cit. lib. 1. c. 2. Gab. in lib. com. opin. conclu. 6. de actio. Tria namq; sunt iu
5 dicia, quibus ex mala sacrorum canonum, legumque interpretatione, ad eorum damnationem, & Reipub. detrimentum, tam ab aduocatis, quam Procuratoribus frequẽtantur. Primum huius, l. diffamari remediũ Secund. Saluianum interdictum, quod suis debitis, & legitimis terminis priscorum iurecõsultorum temporibus conclusum erat, & apud recẽtiores latissimè hodie vagatur, ac extrà illos male versatur, vt latè Sarmien. de reddit. eccles. par. 3. cap. 2. num. 8. & seq. Tertium remediũ, cap. reintegrande, 3. q. 1. nam adeo per Doctores extenditur, ampliaturve, vt nil ceu securum hodie possit esse; neq; vix possideri, vt idẽ Sarm. select. sent. cod. lib. 2. c. 13. num. 1. & seq. subditq; Salic. in l. ab Anastasio, nu. 3. C. mand. aduocatos & procuratores, qui circa lites plurimum versantur, modicæ cõscientiæ esse, quia omnia mala cogitant, & astutissimis suis canillationibus, ac inuentionibus salutiferas constitutiones, ac optimas leges lacerare, ac euertere conãtur, Cinus, in l. 1. C. vt quæ desi. adu. quamuis optimè faciant ex alia parte, quando molestias, ac diffamationes sæpè odio, vel animi liuore diffamantis procedentes, tollere, ac detegi talium summam iniquitatem, curant, quia detrahens fratri suo, homicida est, cap. summa 6. q. 1. cap. homi-
6 cidiorum de pœnit. distin. 1. Possidet aliquis, habetq; testes promptos, sed ne decedant, veretur, interim tacet, aduersarius, à timore inferendarum molestiarum liberari cupiens, vel diffamationis periculum iminere dubitans, si remedium quærat, docet illos Bald. in Auth. Sed & si quis ab aliquo, numero quinto, vbi etiam Salic. C. de testib. & in cap. debitores de iure iur. Boer. decis. 225. quod recensere non curo, ne fraudes, fraudibus ex recẽtioribus meis dictis adan-
7 tur. Conceditur itaq; interdũ cõmissio nostra nulla præcedente diffamatione, puta, scholari, finito cursu studij, officiali, expleto officij tpe, & simili, tuncq;, ne eorum discessus retardetur, vbi multoties odio, vel alia causa contra omne iuris debitum maligni homines, qñ in stafta (vt dicitur) pedem figunt, ne discedant, litibus procurare solent, ad obuiandum præmissis, genera-

lis conceditur citatio, cum termini præfixione, ad tam contra bona, quam contra personam agendum, etiam cum peremptoria, de amplius non audiendo termini comminatione, vel appositione eo lapso, vt in hac l. Cagnol. nu. 14. Hinc iure medio fun-
8 datur totius orbis Praxis, vt fiant officialiũ syndicatus, cum transmissione bannimentorum, vbi iurisdictionem exercuere, cum peremptoria appositione termini, quo finito sa dicta comminatione de amplius nõ audiendo prætendentes, & hoc, ne perpetuo eos molestari contingat, repelluntur, de quo latè Ang. Aret. instit. de except. in rub. num. 23. paris. de Put. in tract. de syndic. in verbo Bannum, num. ... Citatio autem extra supra numeratos casus per bannimẽta, seu cridas de iure valet, dico contra illos, de quibus non habetur certa scientia, ac ignota sunt eorum iura, sed secus in nostra commissione, quia licet (vt præmisi) banna cõtra incertos concedantur, tamen contra incertas personas denegatur commissio nostra, & ratio patet. Quia remedium legis nostræ diffamationem præsupponit, ob id contra certos diffamantes, qui in legem cõmittunt, datur (vt dixi) commissio, & sic non contra incertos, quia deficit fundamẽtum, qđ est diffamans. Vnde hac de causa,
10 clausula; omnesque alios in executione præsentium nominandos, & cognominandos, in hac commissione semper delenda, venit, Contard. latè hic ampl. 21. num. 142. per regulam, quod absque causa, nemo inuitus est cogendus agere, Rom. consil. 53. numero primo, & secundo, & id, quod fit ad vnum actum, non extenditur ad alium separatum, licet aliqualem habeat coherentiam, l. qui fundum, ff. de cont. empt. Roman. cons. 443. num. 10. neque ius diuersum alterius partis huic necessitati committi, vel subijci debet l. 1. C. quom. & quan. Iud. Cagnol. in hac l. numero decimoquarto; versic. Ego oppositum, vbi Contard. dicta ampliat. 21. a numero 142. vsque ad numerum centesimum sexagesimum octa
11 uum, ad partes hanc quæstionem disputãs. Denegatur omnino præsens nostra commissio, quando illam petens, non possidet ratio est, quia ad Præsidis equitatem implorandam, possessio requiritur, Bald. in l. prima, versic. Quid si fiat, C. qui. bo. ced. poss. Boer. decisione ducentesima quinquagesimaquinta, numero decimo, vbi expresè id scriptum alibi minimè reperiri asserit, & sic vti non possidens, impedire executionem non valet, l. si is, a quo vbi Doct. ff. de

re iud. Ioan. And. Abb. & Felin. in capit. ve-
niens, el secōdo, de restit. spol. ita pariter dif-
famatus in tali statu, quia si non possidet,
non diffamatur, & cessante diffamatione,
cessat, & lex nostra, ac ipsiꝰ ratio, Frāc. Aret.
cons. 51. col. 8. versic. nota, quod antequam,
Bar. in l. a Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de
12 re iud. Vlterius denegatur etiam commis-
sio nostra, quando causa ordinariæ introdu
cta reperitur, tunc autem locus est regulæ,
viam, quam elegisti, tibi pateat, sed cum di
stinctione supradicta intellige, nam eo de-
negatur commissio, quando causa cępta di
rectè, & particulariter, quis vult intentare
remedium legis nostræ, & illo casu non da
tur vllo modo, quia ante litem motam lo-
cus illi erat, quare cum sit remedium extra-
ordinarium, ordinario electo, cessat, Man-
dos. in commiss. iactatio. versic. Inter alia
13 respondet. Aut cepta causa petuntur a-
liæ cōmissiones, quæ vocantur præfixionis
termini, vt quotidiæ fit, lite pendente, &
ad probandum agitur, vel aliud faciēdum,
seu deducendum, quæ pariter sub legis no
stræ dispositione comprehenduntur, quia
elapso termino in eis assignato, præcludi-
tur via, & tunc, (quatenus de iure) dandæ
sint, commissiones conceduntur, vt latius
infra suo loco dicam, tamen legis nostræ
dispositio, propriè intrat, & intelligitur,
14 antequam cæptum sit iudicium. Itaque
iure medio fundatur praxis Curiæ, quando
in Tribunali R. P. D. Audit. Cam. monito
ria impetrantur ordinariæ super iactationi-
bus, & molestationibus, addendo clausu-
lam non tamen iudicialiter illatis ex supra-
dictis rationibus. Sed præfata clausula, nō
tamen iudicialiter illatis, non apponitur in
citatione cum inhibitione super iactationi-
bus, si vidua tale impetret, & monitorium,
cum ipsi, & consocijs variare licitum sit, vt
15 dixi in commiss. auocat. caus. Quare in con
sequens non abs re fore censeo, qñ alicui
ex Dominis meis Reuerend. Patr. Referen
darijs talis commissio signanda porrigitur,
addere clausula, quatenus iudicium cæptū
non sit, nam multæ tollerentur lites, quia
appareret commissio cæpto iudicio, ex tali
clausula infructuosa. Competit, quoque
præsens commissio, & eius remedium.
16 Primo genitis, qui vti quotidiæ fit, insti-
tuuntur hæredes, vel substituuntur, aut vo-
catis ad successionem bonorum post alicu
ius obitum, vel condictionis implementū,
tunc, si viuente vsufructuario nullo oneri,
vel restitutioni subiecta fore bona heredi-
taria asserat. Poterit talis substitutus, vel vo-
catus commissionem, vel iudicis officiū im
implorare, petendo terminum ad docendū
de assertis, vsufructuario præfigi, vel possi-
denti, quo elapso, & nil, quod releuet do-
cto, instare pro iudicis declaratione, vt post
eueniente casu substitutionis, iuxta formā
testamēti, & eius dispositionē, ad eū, & bo
na & successionē ꝑtinere declaret, interest
aūt sua, ne eueniente casu, bona sic litigio-
sa ad eius manus sin peruētura, sed cōserua
ri, ex nunc, prout ex tunc illæsa, & ita simili
modo erit consulēdum, quando substitu-
tus, vel alius, ad quē bona peruenire debēt,
ēt ex fideicommisso, vel fuisse obligata, vi-
det, illa dissipari, vt per Couar. lib. 1. var. re-
17 solut. cap. 18 num. 8. Datur ēt commissio
ista in causa illegitimitatis status, quando ꝑ
illegitimo diffamatus, se legitimum asserit,
terminum, ad suā intentionem probandā,
statui, petit, & in prima instātia, maximè in
18 Signatura S. D. N. passim conceditur in Ro
ta, prçcipuè in Regno vtriusque Siciliæ pp
prætensam vsurpatam Monarchiam, tunc
autem qñ sumus in prima instantia, & peti-
tur causa in Curia cōmitti, requiritur appo
sitio munus Papę, respectu dispositionis
Concilij Tridentini, sess. 22. c. 24. in c. causę
oēs, vbi in prima instātia ab ordinarijs in par
tibus cognosci debere statuit, nisi aliter per
cōmissionē mer S. D. N. manu Signatā, dè-
mādetur, licet ex cā iuridice visa, & approba
ta, interdū Signatura iustitiæ id faciat, ac il-
las ēt in prima instātia in Curia committat.
19 Sed cui dilatio ad illegitimitatem proban-
dam danda sit, an diffamanti, seu se legiti-
mum asserenti? Et breuiter concludo,
quod aut matrimonium est de recenti,
vel parentes viuunt, tunc se legitimum as-
serens matrimonium probare tenetur.
Aut est de antiquo, & iam iam parentes,
obiere, qui vti vir, & vxor vitam duxe-
runt, & tunc tale probandi onus in diffa-
mantem transfertur, secundum Ancher.
in capitulo lator, columna penultima, qui
fil. sint leg. & Doct. in capitulo causam, el
secondo, eodem titulo. Et per quem huius-
modi illegitimitatis causa in iudicio deduci
valeat, recensent, Innoc. in dicto capitulo
causam, num. quinto, & Ancher. numero
20 octauo. Præpos. numero decimotertio, &
Abb. numero septimo, quos videas. Ori-
tur alia quæstio, est statutum mercatorum,
vt coram eorum consulibus, vel iudci-
bus conueniantur, aliquis obtenta no-
stra commissione, illam alteri iudici diri-
gi, curat, & sic reddit statutum mercato
rum elusorium, vel illorum priuilegia,
quorum

quorum prætextu quis forte contraxit, modo videamus coram quo causa tractanda veniat, nam aut in statutis, vel priuilegiis aderit dictio taxatiua, vel verba restricta, quod coram mercatorum consulibus causæ duntaxat tractẽtur, & apparet statuentes, vel priuilegium concedens, de illis sensisse, & sic præfatis iudicibus causa erit remittenda, sin vero non aderit dictio taxatiua, & cõstat ex verisimili statuentium mente agentes ęgre di posse, si voluerint personã officialium, & demonstrandi causa rei, scilicet, vt consules ius dicerent, eorum personas positas esse, tunc coram alio iudice causa cognosci poterit, Ita dixit Strac. in trac. de mercat. in tit. quo in cau. mercat. sit proced. num. 14. latè,

21 In criminalibus causis commissionem hãc locum non habere multi asserere ausi sunt, ea potissimum ratione moti, quia Reipublicæ interest, ne delicta impunita remaneant, & fisco viam ad agendum ad pænam non præcludatur, maxime, quia (vt dixi) commissio nostra debet præsupponere rei corporalis possessionem, in qua sibi litem inferri quis dubitet, vnde deficiente possessione, ad criminaliter agendum, quis minime compellendus erit, Rom. cons. 53. nu. 2. Imol. in coll. com. opin. lib. primo. concl. 19. vers. amplia, vt procedat. Sed cõtrariam sententiam, quod tam in criminalibus, quam in ciuilibus causis pręsens commissio locũ habeat, multis rationibus suffulti plures te-

22 nuere, mouẽtur itaque primo dicendo Fiscus, & Ecclesia æquiparantur, l. fi. C. de sac. sanc. eccles. Cagn. in l. venditor, nu. 7. ff. de iudic. sed sicuti datur ista commissio contra, & ecclesiam, ita etiam contra fiscum. Secũdo priuatorum priuilegio fiscus vtitur neque priuilegiatus, nisi in casibus a iure expressis, reperitur, l. quod placuit, ff. de iur. fis. Ias. in l. Properandum, §. sin autem alterutra num. 34. C. de iudic. Fulg. cons. 127. col. 2. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 41. num. 3. vers. nec obstat. Contar. hic in Ampl. a nu. 40. vsque ad numerum 47. itaque, sicut contra omnes de iure communi datur commissio ista, pariter, & contra fiscum non erit de neganda, Ancher. cons. 164. in fin. Gabr. in coll. com. opin. in tit. de actio. concl. 6. nu. 6. ampl. 4. lib. 2. Ias. in l. 2. num. 27. ff de re, iud. Boer. decis. 255. nu. 7. Bar. in l. si quis libertatem, num. 8. ff. de pet. hæred. Veral. deci. 175. par. Nec faciunt rationes pro altera parte, adductæ, dum dicebatur incorporaliũ possessionem requiri, quia, si bene lex nostra cõsideratur, nõ de incorporalibus, sed de statu agi in ea apparebit, & sic cessant in contrarium adducta, quia in criminalibus agitur de statu, & libertate personæ, sed pręmissa vera generaliter fore non credo, ob id præ-

23 mittendum censeo, Quod duplex ex delicto oritur actio, vna ad priuati commodum, & eius vindictam, quæ est ciuilis, Alia ad pęnã patrati delicti, & sic fisco, vel Reipublicæ cuius, ne delicta impunita remaneãt, interest, Ang. Aret. in trac. Malef. in verbo, & ad quęrelam num. 11. l. si. ff de priu. delict. l. fin. de furt. l. fin. ff de iniur. l. quę nomine, ff. de fals. Modo sic, Aut loquimur in primo casu, quando quis agit, seu diffamat ciuiliter pro suo interesse. Puta, si tu haberes zonam auream, & sibi furto subtractam fuisse Titius, vociferaret. Tunc procedit prima opinio, vt cõcedatur commissio, & sic in consequens terminus præfigi debeat, sed facilius quando diffamatus esset extra carceres, quia si detentus, quando in causa interuenit fiscus, nõ ita de facili dilationes concederentur, nisi appareret de aliqua rationabili causa, quando per fas, & nefas, vt nunquam liberationi carcerati locus esset, opera daretur, tũc, ne reus in expensis, & longa carceratione indebite vexetur, si rationi consonũ visum Signaturę fuerit, commissio ista concedi poterit. Iul. Clar. in §. fi. q. 48. vers. quęro quot. & vers. accusatoribus, Aut agitur fiscus, & tunc iterũ distingue, Aut Reus est carceratus, & causa eius tractatur, & denegatur commissio, quia arbitrio suo iudex dilationes pręfigere poterit, l. qui pro tribunali. ff. de re iud. Aut. causa ne dum cępta erat, & iterum subdistingue. Aut agitur de delicto, in quo pæna corporis afflictiua imponenda venit, vel vltimi supplicij, & tunc omnino nostra commissio denegatur. Nam maximam inconueniens oriretur. Quia ille, qui homicidii, vel alterius enormis delicti reus esset, de quo forsan fiscus illico non est certioratus, & non datur, quia in præfixione termini nihil probare posset, ac forsan reus culpabilis, absolueretur, cum perpetui silentii fisco impositione, & sic amplius agere non valebit, stante regula, quod semel de crimine absolutus, amplius molestari nequeat, Iul. Clar. in §. fin. q. 57. in princ. c. de his accus. l. si cui, §. ijsdẽ, ff. eod. tit. & ita communiter tenent, DD. vt testatur Ang. de Malef. in verbo, & ad quærelam, num. 1. Mant. cons. 251. lib. 1. Io. de Amic. cons. 37. quam conclusionem non generaliter veram, declara sec. eund. Iul. Clar. loco proxime citato, vt tollatur delinquendi occasio, delictis remanentibus impunitis. Vnde cum nec ll. nec earum interpetres in hoc facto loquentes dicant de

causis

causis grauibus, & vbi pęna corporis afflictiua imponenda venit, neque id nos dicere
24 debemus, l. illam, C. de collat. Immò in contrarium est praxis, quod accusatore non probante, vel delicto non verificato, non imponitur, vt plurimum perpetuum silentium, sed ex hactenus deductis, vel ab obseruatione iudicii, accusatus absoluitur, adeo quod, nouis indiciis, vel probationibus interuenientibus, iterũ de crimine agi poterit, quasi ita Reipublicę, ad delicta, & præuaricatorum dilationes puniẽdas expediat, vt dixit Couar. Var. rel. lib. 1. c. 1. numero octauo, vers. cuius sententiam sanctus Gregor. epist. 30. lib. 8. c. Graue 11. q. 3. Hinc vero praxis latrunculatorum inoleuit (vt opinor) quod in sententiis absolutoriis apponantur illa verba, ex hactenus deductis fore absoluendum, & liberandum, &c. nam nouis superuenientibus, agi poterit, neque fisco erit præclusa via, nisi ex capite præscriptionis 20. annorũ, Iuli. Clar. §. fi. q. 51. in princ. Abb. in ca. cum haberet, de eo, qui dux. in vxo. num. 4. Boer. decis. 26. num. 6. Villalob. in coll. com. opin. in litera D. numero 15. Viui. eodem lib. in verbo accusatio falsi, Marsil. cons. 117. num. 40. quos
25 vide, Firmato itaque, quod nouis superuenientibus inditiis reus denuo inquiri valeat, dummodo releuantia, & non leuia, id locũ non habebit, quando absq; dicta clausula, ex nouiter deductis absolutus erit. Iul. Clar. §. fi. q. 57. vers. & hæc quidem, Socin. in l. qui agnatis, nu 3 ff. de excep. Boss. in tit. de sent. nu. 76. & 77 Butr. in cap. 1. de offic. ord. nam primo casu erit sententia interlocutoria, quia per eam non finitur iudicis officium vna cũ instantia, secũdo casu erit diffinitiua, vt late infra dicã in meo trac. de sen. Spec. ea rumque diff. r. & quom. cognosc. par. 4. c. 1.
26 Bene autem (vt dixi) conceditur commissio pręsens, quando agitur ciuiliter, tam contra partem, quam contra fiscum, nam tunc, vt allegati DD. volunt, licet contra fiscum, quo ad bona confiscanda inducatur præscriptio spatio quinque annorum. Boss. latè in tit. de accus. num. 31. & terminus assignari, & commissio concedi poterunt, Quamuis
27 diffamato contra diffamantem, si illum debitorem, cum non sit appellet, vel pauperem, competat iniuriarum actio, Rom. cõs. 53. & cons. 208. Bertrand. cons 25. num. 11. vol. 2. Bald. cons. 201. Viso decreto vol. 5. Ias. & Ang. in l. si verò, §. qui pro re qualitate, ff. qui satisd. cog. Contard. hic in 19. ampl. numero 130. cum congestis. Igitur in praxi,
28 quãdo articulantur præmissa, quod aliquis, vt repellatur a testimonio, vel iudicii limine sit pauper, decoctus, cedens bonis, scandalosus, homicida, & similis, inoleuit apponere illa verba, citra tamen iniuriam, siue iniurandi animum, loquendo, vt dixit Boer. decis. 245. num. 7. & 8. Paris. de Put. in tract. Syndic. in verbo iniuria officialis, cap. an si contra officialem numero tertio, Fely. in cap. 1. nu. 18. de except. Rom. in l. fi. ff. quod quisque iur. Oldrad. cons. 13 col. fi. Contard. vbi sup. nu. 140. Quod intellige procedere, dummodo ad repellendum testem, seu alias, quis suam prosequeretur causam, & ita tenuere, Socin. cons. 118. numero primo, vers. ad vltimum respondetur, Vel. primo, & Felin. vbi supra, quia, si principaliter procederet contra aliquem, non suffragabit faciẽti eam, talis protestatio. Redeundo itaque ad supra tacta, po-
29 test poni exemplum in confiscatione bonorum facta, vbi etiam pars aliquod habens interesse, insurgit, quia, vel sunt supposita fideicommissio antiquo, cum prohibitione alienandi etiam in fiscũ, vel aliquis illa possidet, ac vti sibi donata, siue obligata petit, vt a molestationibus comminatis, vel illatis, quia in fraudem tertii non participantis, neque consentientis delicto, delictum non potest extendi hæc commissio, vti etiam, quando bona aliena queruntur, confiscari, certe (vt dixi) non erit deneganda, Con-
30 ceditur pręterea commissio ista multis casibus, primo vbi adsit iuxta causa, vel suspitio calũnię. Secundo contra filium exhęredatũ ad quærelam proponẽdam. Tertio in noui operis nũciatione, qñquis fabricam facere cupiens, & impediẽs non curat, quod negotium diutius in pendenti maneat, & ad obiciẽdum terminum præfigi petit, aduersanti cõmissione dignus est. Quarto contumaci põt instari, quod præfigatur (vt dictum est supra) terminus ad probandum, vel agendũ Quinto, impugnãtibus Principis priuilegia ratione deficiẽtis volũtatis, vel intentionis, quando obreptitia, vel falsificata priuilegia dicũtur, secus autem quando ex certa scientia, vel motu proprio, quia prima est ordinaria, & Princeps vult secundum leges confirmari, & regulari a se concessa, sec. autem de plenitudine potestatis, ideo contra eam nil opponi potest, qa omnes defectus supplet, vt latè Francis. Cur. cons. 49. n. 49. Cur. Iun. cons. 174. num. 6. Oldr. cons. 287. Paris. cons. 15. nu. 63. vol. 2. vt dixi in commissione appellationis, pariter. Sexto cõtra diffamantẽ iura Ecclesiæ, Hospitalis, loci Pij, dotis, & similium, tam ad agendũ, quam producendum. Septimo in causa matrimoniali, vt statuatur terminus ad agendũ, & de eius statu, quamuis

quamuis sententia lata in causa matrimoniali nunquam transeat in iudicatum, sic Felyn. in cap. 1. col. 1. vt lit. non contest. & in c. exceptionum, col. 1. de excep. & in ca. lator, de re iud. Paris. cons. 50. num. 50. vol. 4. vnde ad instar aliarum sententiarum, quæ in iudicatum non transeunt, erit reuocabilis, Franc. in cap. cum cessante, col. 7. vers. limita de Appell. Rip. in l. quod iussit num. 61. vbi Alex. ff. de re iud. quod declara, quando contra matrimonium fertur sententia, secus autem si fauore matrimonii, nam tunc transit in iudicatum, Fely in d. c. lator, num. 15. de re Iud. Abb. & DD. in c. inhibitio, de cland. despons. Octauo in materia feudali, & aliis bonis procedit, tam in petitorio, quam possessorio, & aliis multis similibus. Sicut vice
32 uersa in multis limitatur non procedere vltra supra relata, vt puta. Primo in excõmunicato, nisi plene probauerit de iure suo, qui cõpelli potest ad agendũ, præfixo sibi termino. Secũdo in eo, qui intentauit corã iudice præsens remedium, quod coram alio conueniri possit, dummodo non fuerit, facta præuentio in citando coram iudice iactationum, & alijs multis modis, relatis per Gabr. in lib. com. opin. lib. 2. tit. de action. concl. 6. & per Contard. in rep. l. nostrę, in amplia. & limit. qui ceu omnia, Gabrielis dicta refert, cum latè per eos congestis, ad quos te remitto, & sicco pede pertransire volui, ne ter ex professo eadem repetantur, licet aliqua ab eis, & aliis doctoribus tacta, quæ magis operi nostro aptari iudicabo, vt in vnum colligantur ad propositę materię perfectionem tangam, & succinctæ, cũ nullum iam sic di
33 ctum, quod non sit dictum prius. Videamus, an in hac materia diffamationum, sententia sit necessaria, & multi affirmatiue locuti fuere, quia per illam perpetui silẽtii impositio probatur, facta per iudicẽ, Bal. in Aut. ad hęc col. 6. C. de vsur. Ang. in l. pro perandum, C. de iudic. & in trac. Maleficiorum, in verbo, & ad quærelam, num. 58. Innoc. in cap. cum in tua qui mod. acc. poss. Contrarium asserendo, Bal. Alex. Ias. & Ang. in l. fi. ff. de fer. dicunt, sententiam non requiri post præfixum terminũ, ea ratione, quia cum talis termini præfixio sit peremptoria, aliam post se sententiam non postulat, cupiens has varias scribentium sententias conciliare, Imol. in collect. com. opin. libro 1. concl. 19. vers. tertio limitat distinguendo
34 dicit. Aut. termini præfixio simpliciter absque alia comminatione de vlterius non audiendo eo elapso facta est, loquendo de termino præfixo ad aliquid deducendum, circa causam de qua agitur, vel quando oriri potest contentio in materia legis nostræ, & tunc sententiam omnino necessariam asserit, proceditque prima opinio in hoc, Aut. Præfixio termini habet comminationem, & tũc procedunt secundo loco dicta, vt nõ alias sit necessaria sententia, quod comprobare nititur, quia quotiescunque ad impediendum aliquem actum terminus præfigitur, satis est, etiam si sententia non interueniat, quod terminus labatur, l. si eo tempore. Ibi dato termino ad impediendam pignotum distinctionem, eo elapso, alia dilatione non interueniente, distractio fieri potest, vel sententiam requiri asserit, quo ad aliquid docendum super eo, de quo principaliter est, vel esse potest contentio & datur terminus, adeo quod, præfixio præfati termini debeat operari in eo, super quo principaliter agitur. Sed quãdo ad aliquem actum impediendum terminus concedatur, tunc satis est, quod labatur, etiam si sententia non interueniat, vt in d. l. si eo tempore, & Ang. de Malef. loco cit. & vltra relata per Imol. eius sententiam comprobo, eo quia contemnere videtur propositum iudicis decretum, statuto tempore non comparens, l. nonnũquam, ff. de col. bon. & talis contemnentis pęna est, ne vlterius audiatur, l. sed, & si per Prætorem, §. sed, & si vbi Glos. in verbo quia statuit tẽpus, ff. ex quib. caus. maior. 25. ann. Vnde, quia non comparuit, clare significare voluit, quod agere non intendebat, igitur postea veniens, non auditur, Pręterea si vim
35 istius verbi peremptorii cõsideremus, quod tale sumpsit nomen a perimendo disceptationes, vt vlterius tergiuersari aduersarium, vel contumacem legitimæ non patiatur, l. & tertium, ff. de iudic. si non præcluderet ad agendum viam, incassum peremptorii nomen haberet l. 1. C. de vete. lib. 12. l. Tugurii, ff. de verb. sign. & si post se adhuc sententiã requireret, & efficacia peremptorium careret, & deuento seruiret, ob id communiter nostri scribentes tenent, quod post peremptorium, nemo, nisi de quadam æquitate, audiatur, maximè in Criminalibus, quia sequeretur absurdum, quod contra dispositionem textus in capitulo coram de in integr. restit. & l. auxilium, ff. de mino.
36 daretur restitutio. Duo autem in se continet peremptorium, Primo vlterioris termini non præfixionem, Secundo, futurã processus comminationem. l. in peremptorio, ff. de peremp. iud. vnde si peremptorium facit, & inducit contumacem, ca. cum dilecti, de dolo & cont. & ex contumacia audientia denega-

denegatur, merito erit, ad id sufficiens, & ita communiter fuisse iudicatũ asserit, Oldrad. cons.3.n.12. & in fine cõsilij, idem per duos Illustrissimos Cardinales, & denique per totum sacrum collegium, tentum fuisse, testatur. Melius autem, & Tutius erit sententiam, seu Iudicis habere decretum nam maioris roboris, & firmitatis erit super peremptione, vel q̃d acceptetur a parte, Soc. cons. 158.nu.17.& seq.vol.2.Bar.in rep.l.2.§.fi.q.vlt.ff.si ex nox.caus.Glo.in l.1.C.de fid.instr.
37 Immo, quod post peremptoriũ, & lapsum termini requiratur citatio, & non sententia, etiam si reus esset contumax, dixit Bald. in l. hac, & Abb. in cap. licet Beato Petro, col.2. vers. in Glos. fin. de accus. Contard. vbi supr.
38 q.13.num.87. Idque ratione comprobatur, nam ad contumacem conuincendum requiritur præceptum ad allegandum causas, cur tamquam contumax condemnari non debeat, Hip. de Mars. in prac. Crim. in §. examinata, in fi. potuit autem in termino præfixo accidisse iustum impedimentum propter quod, si in dicto termino non egit, esset excusandus, prout considerauit. Rota in decis.17.numero quarto, in fin. de dol. & cõt.
39 in nou. licet per lapsum termini peremptorii, quis ab agendo exclusus sit, & alia pars iam ab obiectis tuta, eo maximè, cum non sit aduersarius restituendus, cap. non potest, vbi Glos. in fi. de procur. at quando fuit appellatum, quia intrat regula, non deducta deducam, & non probata probabo, ac non opposita opponam, l. hanc, C. de temp. Appel. & appellatio omnes terminos subuertat, eorumque vim tollat, Innoc. in cap. cum venis sent, de test. Rot. Deci. 2. num. 4. & seq. de excep. in antiq. in alia instantia causa erit discutienda, Quamquam dicant aliqui, quod obiectus, quod dare quis ommisit in prima instantia, in secũda proponi nequeant, quia si in termino sibi assignato non fuerunt exhibiti, & repulsis, eis vti voluisse apparet, Tamen ibi Rota contrariũ tenuit, quia in prima instantia non fuerunt repulsi, cum causæ cognitione, ideo, dũmodo non fuerit trina repulsio, illos denuo repetere poterit. Nec obstant supra de pignorum distractione adducta, quod termino assignato, alia nõ requiratur sententia, quia versamur in diuersis, nam præcessit ibi sententia, ante executionem, vel pignorum captionem, vel mãdatum executiuum loco sententiæ, quod cessat in facto nostro, ideo de vno ad alium, non est illatio facienda, l. papinianus exuli,
41 ff. de minor. Igitur lata sententia, cum silentii impositione, si ille, contra quem fertur, quiescere recusat, pro eius obseruantia mulctari per iudicem debet, vt ait hic Glos. in verbo sententia, & Cagn. nu.21.l. vnica, ff. si quis ius dic. non obtemp. Immo subdit ibi-
42 dem, Cagnol. quod quidam, cui in hac materia Princeps perpetuum silentium imposuit, & acquiescere nolebat, fuit in remota regione relegatus, intelligo præmissa locum habere, lata sententia, quia si terminus elapsus fuit ad probandum, alia pæna dignus non est, præter id, quod audientia sibi denegetur, & sic, si in citatione pæna nõ fuit nominata, non est mirum, quia ex non comparitione non fuit iudex offensus, sed solum non comparens, contumax efficitur, & licet aliis pænis contumaces dignos iudicare iudex valeat, tamen, quia in arbitrio citati est, cum agatur de causa sua ex vna parte comparere, citatio habet in casu legis no
43 stra conditionem in se, quatenus comparere velit, ob id, si neglexit venire ad iudiciũ, sat est, vt sibi audientia denegetur in futurũ, & a iure agendi excludatur, nec dicuntur contumaces, vt pæna tituli, ff. si quis ius di. non obtemp. digni sint, vt per Felyn. in cap. cum inter, num.12. de except. quia voluntarii defensores dicuntur, Rom. in l. cum mulier, nu.54 ff. sol. mat. & DD. in l. libertus, ff. de in ius. voc. latè Contard. hic in oppos. a num. 50. vsque ad numerum 55. Minus Iudex, si denegat audientiam iniustè procedit, quoniam non dolose id facit, sed iuris ordine seruato, qua propter, non est simile denegare audientiam iure sic dictante, & nolle illam præbere, quando quis fugit iudiciũ, Afflict. decis. 13. num. 22. Rursus, aduersus
44 silentium impositum non datur commissio nostra, sec. Bal. in marg. ad Innoc. in verbo silentium, vbi, si diffamans nihil dicit, cessat termini assignatio, & silentii impositio, secus autem si diffamat, Sin vero in criminali, tunc si iudicialiter, terminus assignatur, Sin vero extra iudicium, intrat actio iniuriarum, dummodo non oriatur possessionis controuersia, quia bene agi poterit ex legis nostræ remedio, vt per Contard. a mpl. 19.nu.130. Tamen relata, quo ad silentem intellige, quando iudicium fuerit super aliqua diffamatione fundatum, quod detur commissio nostra, quæ (vt dixi) erit potius termini præfixio. Limitat præterea Cõtar. hic rela ta num.10. vt remedium huius non cõpetat aduersus diffamantem occasione suæ possessionis, quod tamen declarat, nisi possessio fuerit notoriè iniusta, vt ibidẽ nu. 24.
45 Rursus præmissa intellige, quando datur terminus diffamato ad agen. quatenus agat de

iure

iure suo, secus autem si de iure tertii, quia cum non conueniant, verba istius legis, neque conuenit eius dispositio, Dec. consl. 410. num. 7. Marl. sing. 339. Cagn. in l. si quis maior, num. 11. & 12. C. de transl. Contard. in limit. nu. 157. & seq. Limita præmissa non pcedere in eo, qui interrogatus, nolle agere respondit, quia illi secunda monitio non est necessaria, nam talis responsio habet vim interpellationis, ob id, Quod nolle ad causam
47 venire asseruit, non est amplius citandus, Alex. in l. quod te, n. 8. ff. si cert. pe. Fely. in c. pastoralis num. 6. de excep. & de communi in c. inquisitionis, §. ad petitionem col. pen. de accus. Rip. in cap. 1. num 83. de iud. Contard. hic in limit. num. 67. asserens num. 70. nō esse necessariam bonam monitionem, quando præcessit comminatio de vlterius non audiendo, cap. fi. de dol. & cont. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Commissio Iactationis an sit excommunicato danda. num. 13.*
2 *Processus facti ab excommunicato tam coram ordinario quam delegato, sunt nulli.*
3 *Excommunicatus in Sacro Rotæ auditorio commissionem impetrare valet.*
4 *Commissiones in Ro. Cur. sunt causarum distributiones.*
5 *Excommunicatus vsque ad sententiam exclusiue in Rota agere potest.*
6 *Auditor Rotę in procedendo est ordinarius, & in sententiando delegatus.*
7 *Commissiones in Rota iurisdictionem excitant, non tribuunt.*
8 *Excommunicatus quando coram alijs iudicibus, rescripta possit impetrare,*
9 *Excommunicatus in iuditio iactationis non auditur.*
Declara vt num. 14.
10 *Excommunicatus ad causam nisi stricte in casibus a iure expressis venit admittendus.*
11 *Excommunicatus in iudicio iactationum conuentus, se tueri potest, & constituere procuratorem.*
12 *Procurator propter excommunicationem sui principalis superuenientem repelli potest a iudicio.*
15 *Iactationis causa pendente an iudicium coram alio iudice sileat.*
Distingue vt num. 16.
17 *Diffamato plures iudices habente, coram quo est conueniendus.*
18 *Sententia in causa diffamationis an sit diffinitiua, vel interloquutoria.*
19 *Sententia in causa diffamationis est interlocutoria habens vim diffinitiuè.*
20 *Oppinio illa doctorum quæ melioribus rationibus & iuribus fulcitur erit sequenda.*
21 *Sententia omnis de interloquutoria participat vti de genere.*
22 *Differentia inter sententias interlocutoriam diffinitiuam, & vim differentiæ habente.*
23 *Appellatio in causa diffamationum an sit concedenda.*
24 *Sententia lata in causa diffamationis, trahit secum executionem, nisi appelletur.*
25 *Sententia an ex scripturis nouiter repertis in causa diffamationum retractetur.*
26 *L. Diffamari, C. de ing. & manum. differt a l. si contendat. ff. de fideius. multis modo ibi.*
27 *L. diffamari, C. de ing. & man. & l. si contendat, ff. de fideius. insimul intentari possunt.*
28 *Sententia quomodo in materia diffamationis sit concipienda.*
29 *Iudex termino ad agendum assignans, se competentem declarat.*
30 *Clausulæ ex nunc prout ex tunc intellectus.*

CAP. III.

1 INstat excommunicatus interdum pro hac obtinēda commissione, an concedenda sibi erit, & negatiue respondeo, quia personam sistendi in iudicio non habet, neque agendi, Innoc. in cap. cum inter, in princ. de excep. cap. dilecti, & cap. exceptione, eodem tit. ca. significauit, in fine de offic. ord, eo quia, actorē, vt agat, neque etiam compellere valet. Butr. in cap. intelleximus vlt. col. de iud. ob id, si non agit, actor non potest instare, vt declaretur, quod exceptio sibi non competat, Dec. in d. c. cum inter, nu. 28. Paul. de Castr. in l. libertus, ff. de in ius. voc. Vnde rescriptū ab ipso impetratum, erit ipso iure nullum,
2 cap. 1. de rescrip. in 6. Et ideo processus facti ab excommunicato, tam coram iudice ordinario, quam commissario, vel delegato, sunt nulli, quod intellige, parte opponente, sed si pars non opponat, valebit coram ordi-
3 nario, Fallit autem regula coram Ro. Rotæ Auditoribus, habent in ordinariam iurisdictionem in cognoscendo, & delegatam in decidendo, Et quia impetratio commissionum in Rom. Curia, non est, nisi quadam distributio, ob id eius impetratio facta, valet per excommunicatum, & per quemcunque etiam inhabilem. Decis. 13. numero primo de offic. deleg. & decis. 6. numero primo, de Iud. Vnde Rotæ Auditor vsque ad sententiam

tiam poterit ritè procedere, in causa excommunicati, vt latè Verall. decis. 72. per tot. par. tertia, Put. decis. 178. parte tertia, decis. 2. de sent. excom. in antiq. & licet coram aliis iudicibus ordinariis parte non opponente valeat sententia, quia semper sunt ordinarii,
6 Tamen non coram Auditore Rotę Rom. quia sunt ordinarii in procedendo (vt dixi) & in sententiando delegati, vt bene dicit Veral. decis. 388. per tot. parte secunda, Glos. in Clem. auditor, de rescrip. Felyn. eodem tit. in Rub. num. 3. vers. hos quinque casus re-
7 stringe, vbi subdit in sacro illo Tribunali solum commissiones iurisdictionē excitare, non autem illam tribuere dominis auditoribus, quia habitu cam habent, Rot. decis. 6. de App. & decis. 13. & 16. circa fin. de re iud. in no. idque optime, declarat Verall. in dec.
8 293. lib. primo, in manuscript. Quamuis etiā coram aliis possit impetrare rescriptum, super consecutiuis causę, & dependentibus, ꝙ erit validum, licet postea non possit facere actus in iudicio, vti testes, & alia producere, nisi fuerit absolutus, vt late per Ioan. And. in cap. vtile, de reg. iur. in 6. in mercur. & per canon. in cap. 1. de rescrip. in 6. Nec obstat si dicatur, quod vti reus se defendere valeat, & teneatur, quia si in iudicio nostro procedat vocatio actoris, dicetur reus volūtarius, qa non est stimulatus, vt Decisiones loco supracitatæ, & tunc solum excōmunicato est permissa defensio, quando conuenitur vti reus necessarius, & ex hac ratione non videtur, quod possint subsistere dicta per Ioan. And. in cap. dura, col. 5. de crim. fals. dum in casu, de quo agitur, excommunicatum agere posse, asserit, contra quem tenuerunt, Ias. in l. de pupillo, §. si procurator, num. 4 ff. de no. oper. nunci Fely. in cap. intelleximus nu. 7. & sequent. de iudic. vbi Butr. nume. 1. 5. & seq. quamuis excommunicatus in materia legis nostræ, diffamantem ad iudicium vocans, nihil petat, sed se defendendo, & impugnando, absolui instet. Nihilominus id verum non est, quia cum potuerit ad iudicium prius venire, & non venerit, admitti non debet, cap. pen. de except. in 6. Abb. in d. cap. cum inter, nu. 27. Reportaret namque ex excommunicatione commodum, si esset ęqualis conditionis cum non excommunicato, quod absurdum est, capit. intelleximus de iudic. vanaque essent iura ipsum repellentia, Abb. in cap. nobis, num. 4. de ex-
10 cept. Neque admitti vllo pacto debet, nisi in casibus a iure expressis, & stricte, vnde, cū casus, de quo agitur non sit de comprehensis in iure, venit repellendus, Abb. in d. cap. cum inter num. 28. in fin. quare appellare a denegatione audientię, non valebit sec. Fel. in ca. intelleximus, numero 8. de iud. & quāuis cōtrarium afferat, Innoc. ibi. Tamē eius oppinio per multa copiosissime ibi adducta, adhnc propositum reprobatur, per Feli.
11 quem videas. Sin vero vigore nostrę commissionis conuentus esset, tunc, quia necessario se diffidere debet, defensio sibi competeret, cap. intelleximus, de iudic. cap. significarunt, & cap. fin. de except. Dec. in d. capit. cum inter in fin. itaque passiuè tantum pati fur excommunicatus legis nostrę remediū, & non actiuę, vt hic, Cagn. nu. 13. & per cōsequens in hoc solo facto procuratorem sibi constituere poterit, sicut in aliis causis, in quibus iudicio sistere valet, per se, d. cap. intelleximus, de iudic. vbi etiam Abb. dicit, quod procurator datus nomine domini ad agendum, vel intentandum directè, etiam si litem contestatus fuerit propter excom-
12 municationem superuenientem in personam sui principalis repelli poterit, quia ipsius est causa, quando suum est commodū, & incommodum. Secus autem si datus esset in rem suam, quia tunc nō repelleretur, Glos. in capitulo vnico, de iur. patr. in 6. Cap. Tholos. decis. 119. & melius, deci. 143.
13 cum addut. Et quod talis sit nostra commissione indignus vltra allegatos, dixere, Afflic. decis. 268. Boer. decis. 255. Felyn. in d. ca. cum inter, nu. 10. & 26. Alex. in l. libertus, ff.
14 de in ius. voc. Gabr. d. concl. 6. nu. 25. Sed pręmissa tu intellige procedere in excommunicato excommunicatione maiori, secus autem si minori illaqueatus esset, quia eo statu agere posset, cap. fi. de cleric. excom. min. & latè Contar. hic in limit. 5. nu. 82. Succes-
15 siue videamus, an eo remedio intentato, adeo pendere iudicium dicatur, quod causa coram alio iudice tractari minime valeat, & breuiter loquendo distinctè dico, quod
16 Aut causa est ita cōnexa, vt reconuentio fieri possit in causa ex legis nostrę remedio intentata, & tunc coram alio iudice conueniri, nisi coram eo, cui causa nostra est demandata, non poterit, quia dicitur præoccupata, & præuenta iurisdictio, adeo, quod, circa cōcernentia dictam causam se intromittere alius non potest l. iudex potest, ff. d. Iud. capitulo proposuisti de for. comp. Aut causa erat separata, & tunc, cum sit diuersa, præuentio in causa diffamationis facta, ad aliam dissimilem trahi minime debet, & ita distinguendo loquitur, Socin. consilio quadragesimoprimo, numero quarto, volumine primo, & in capitulo proposuisti, in quarto

memb.

memb. princip. illius 44. artic. q. 12. de for. comp. vbi latè, an per solam citationem dicatur iurisdictio præuenta, quæstionem tractat.
17 Quid si diffamatus plures iudices competentes habeat, & diffamantem coram vno ex eis ad legis nostræ iudicium trahat, coram quo siuè ordinario, siuè commissario, compareat diffamans, illum suspectum allegando, causam postea auocari ab eo, & alteri demandari petat, non suspecto, an commissio sit sibi concedenda, & concludo, quod sic, etiam si non expresse suspicionis causam allegaret, ex mente Socyn. in consilio nonagesimoquarto, numero sexto, volumine tertio, Caccial. in l. nulli, in fin. ff. de excep. ratio est, quia si in facto nostro reus iudicis officium implorat, & actore comparente, & petente rei exceptionem in vim simplicis exceptionis resolui, tunc virtus primi libelli ipsius rei, & resoluitur, & euanescit, adeo quod reducitur ad defensionis, vel exceptionis viam, qua exceptio non elidit istius actoris probationes, tamen contrariam, (& iudicio meo) veriorem sententiam tenuit, Felyn. in capitulo cum sit, numero sexto, de for. comp. quem hic sequitur Cagn. numero decimo, per Glo. fin. in captulo Parrochianus, in verbo satisfaciant, de sent. excom. Nam si vere causa suspitionis adesset, tunc alteri iudici ipsius rei diffamati causa erit demandanda, Credo etenim Socy. loco citato non considerasse, per comparitionem, adeo primi iudicis iurisdictionem fore confirmatam, vt nec in ea causa, neque in connexis ab ea declinari valeat, Itaque si habeat reus plures iudices, & coram vno sit conueniendus, & actor rei forum sequi debeat, cogaturuè diffamans, coram vno diffamati iudice causam agere, si competens iam electus, coram ipso causa erit terminanda, sin autem coram alio diffamati iudice competente, non suspecto, & quia, vt dixi, diffamatus est actor respectu ordinationis iudicii, sed non decisionis, Ias. in l. de pupillo, §. qui prouocatur, numero quarto, ff. de no. op. nunc. Cont. hic in qq. numero secundo, donec, & quousque reus compareat, erit in ipsius arbitrio vnum ex iudicibus, reo tamen competentibus, eligere, vt Borgn. Caualc. decisio. secunda, numero secundo, Bartolus in l. si per errorem, ff. de iur. om. iud. vbi Ias. in tertio, not. Fely. in capitulo dilectus, el secundo, numero decimo, de rescriptis, Misinger centur. obser. quarta, Sed præmissis obstare maxima difficultas videtur, quia quodammodo affectatus talis a diffamante electus iudex censetur, vnde sequitur, quod si alteri diffamans causam demandari petat, non veniat repellendus, eo magis, quia si actor postea diffamans efficiatur, merito electionem iudicis habere debet, etiam si reus illum traxerit coram vno ex propriis iudicibus, Marian. Socy. in capitulo proposuisti, numero vigesimosexto, de for. comp. Itaque non venit repellendus, quando vult declinare iudicem petendo alium, dummodo competentem ipsius diffamati, sed præfata procedere asserit, Couar. var. resol. capitulo decimooctauo, numero sexto, lib. primo, quando principaliter agitur super iactatione, vel exceptione, secus autem si reus petat terminum actori statui, Quia iudex electus, isto casu erit competens, nam iam coram ipso causa erat instructa, An autem legis nostræ remedio intentato, censeatur currens præscriptio interrupta, Vide Felyn. in capitulo illud numero tertio, vers. vnde in effectu, de præscrip. tenentem quod sic, vbi ea ratione de communi attestatur, quia solus actus iste ad præscriptionem in-
18 terrumpendam sufficit, Quero præterea, an sententia, siue decretum, in quo terminus statuitur, sit interlocutorium, vel diffinitiuum, & Baldus in l. si ex, numero sexagesimo, C. qui acc. non pos. dicit, quod interlocutoria, motus ex illa generali Ratione, quod omnis termini assignatio, siue mutatio, sit interlocutoria, Felynus in rub. de re iud. numero vigesimosecundo, Franc. in capitulo cum cessante, col. decimaoctaua, versiculo decimasexto, sententia de Appellation. & idem tenet Baldus in l. peremptoria, numero vndecimo, C. sent. rescind. non pos. Felynus in capitulo licet causam, numero decimoseptimo, de prob. Dec. in capitulo pastoralis, numero decimosexto, de excep. Cepol. caut. centesimasexagesima septima, ob id reuocatur, & mutatur, cum numquam transeat in iudicatum, quo ad iudicem, Contar. hic quæstione vigesima prima, numero cētesimotrigesimoprimo, & quæstione vigesimasecunda, Doc. in l. quod iussit, ff. de re iud. Fely. in capitulo qualiter, Et quando interlocutoria est geminata, etiam quo ad iudicem transeat in iudicatum Marsil. in l. frater tuus, numero 43. ff. ad l. cor. de sic. Quam opinionem non se-
19 quendam credo, quia cum diffiniat articulum assignationis termini, adeo quod eo elapso, stante peremptorio, & cōminatione

reuocatori nequit, potius erit dicenda interlocutoria vim habens diffinitiuę quia cum vnam substantialem partem diffiniat, in eo de diffinitiua participat, & sicut si totum negotium finiret, mera diceretur diffinitiua, ita etiam cum diffiniat partem vnam substantialem, debet de vtroque participare, tam de diffinitiua, quam de interlocutoria, vnde ratione mixturę, erit dicenda interlocutoria vim habens diffinitiuæ, vt late infra dixi in meo tractatu de sent. specieb. earumque differ. & quom. cognosc. parte secunda, capitulo primo, per tot. ex mente Bal. in l. 1. numero vigesimoquinto, vers. & si est interlocutoria, C. quan. prou. non est, necess. Rom. in Rub. ff. de re iud. nume. 12. vers. quia dicitur diffinitiua, vbi Alex. in fin. vers. quædam est interlocutoria. Aret. cons. 30 num. 2. Ripa in l. quod iussit, num. 27. vbi Ias. num. 10. ff. de re iud. Felin. in Rub. eodem tit. extra numero tertio, & quamuis communiter doctores pro alia parte adducti cōtrarium asserere videantur, tamen hæc vltima opinio, quę melioribus iuribus, & rationibus fulcitur, communior apparet, adeo quod ab ea non est recedendum, vt eleg. dicit Ias. in Aut. nouissima, num. 22. vers. tamē ego, C. de inof. test. ex mente Io. And. in capitulo primo, de constit. Et illa opinio amplectenda est, quæ vrgentioribus associata rationibus, reperitur, Abb. in capit. appellamus, numero tertio, de fer. Sed an sententia super silentii impositione lata sit interlocutoria, vel diffinitiua, vel diffinitiuę vim habens quæro. Quod autem de interlocutoria participet, nemo est, qui ambigat, cum omnis iudicis sententia, vel decretum, sicut species de genere, ita de interlocutoria accipiat, Rip. in sum. C. quo. & quand. Iud. numero primo, Dec. in l. iusdicentis numero tertio, ff. de iur. omn. iud. Vnde nunquam hexitari contingit, an sententia de interlocutoria participet, sed quia mutat deinde statum, ideo remanet interlocutoria vim habens diffinitiuę, vel diffinitiua mera, & in hoc secernendo aduertas, quod aut in procedendo fuerunt omnes illæ qualitates requisitæ seruatę puta libellus, & alia connumerata per Bar. in l. titia numero tertio & 6. ff. de accus. & Alex. in l. imperium, numero quarto, ff. de iur. om. iud. quæ ad essentiam diffinitiuę requiruntur, & tunc licet participet, vti de genere de interlocutoria (vt dixi) tamen nomen generis perdit, & mera dicitur diffinitiua, sin autem ommissa sunt, nihilominus quamuis principale negotium

20 (beside "pitulo primo, de constit.")

21 (beside "bens quæro.")

22 (beside "hexitari contingit")

finiat, quia id per indirectum facit, nomen interlocutorię vim diffinitiuę habentis acquirit, Corn. cons. ducentesimosexagesimo secundo, numero septimo, vers. & insuper, volum. quarto, Rip. in Rub. ff. de re iud. numero decimoquinto, vbi Alex. in fi. decis. Pede. prima, numero primo, Bar. in extrau. ad reprim. in verbo summarie, Ias. in l. admonendi, numero vndecimo, & duodecimo, vbi Castr. numero trigesimotertio, ff. de iur. iur. Aret. in §. fin. numero quarto, instit. de temp. & perp. actio. Et sic, quando fertur sententia in facto, de quo agitur, seruatis terminis de iure seruandis, & aliis solemnitatibus, erit diffinitiua. Sin autem non fuerint seruatę, præfatę solemnitates, quas ius exigit, tunc erit interlocutoria habens vim diffinitiuę quæ vt plurimum tales in hoc iudicio sunt. quia sæpius non contestatur lis, quod non est de essentia, & necessarium, vt latè, Contard. hic in opposi. numero quadragesimoseptimo, quadragesimooctauo, & sequenti cum add. Postea an appellare, quando ista sententia fertur, sit permissum, videamus, & doctores communiter dicūt, quod sic, vt hic Cagn. numero vigesimosecundo, & scrib. in l. titia per illum tex. ff. de accusat. Saly. in l. si ea nu. sexto, & nono, C. qui accus. non pos. vnde tam a perpetui silentii impositione, quam a declaratione, de amplius non audiendo, appellare quis poterit, quia si permittitur appellatio a breuitate termini, ac ab impositione perpetui silentii, seu comminatione denegationis audientię, vt supradictum est, ergo & multo magis ab ipsa met sententia impositionis perpetui silentij, & denegationis audientiæ, vt hic latè Cagn. numero vigesimosecundo, & Contard. in limit. numero quinquagesimonono, & in quæstione septima, numero centesimōquadragesimoseptimo.

23 (beside "& sequenti cum add.")

24 At hoc te non lateat, quod sententia in casu nostro nisi fuerit ab ea appellatum, secum executionem trahit, & id clarum est, nam si appellatio iudicatum suspendit, & ille, qui succubuit non appellando, passus fuit rem iudicatam, debet iudicato parere, alias si id facere recusat, puniri poterit, ac cōgi, vt de parendo iudicatis caueat, vt hic Cōtard. quæstione vigesimatertia, numero centesimoquadragesimooctauo, Bart. Bald. & DD. in l. miles, §. iudicati, ff. de re iudicata, Innocentius in capitu. cum nostris, col. penultima versiculo sin autem talia, de con cess. præb. l. harum, ff. si seru. vend. Gomes. in regulis. Cancell. super reg. de trien. poss.

possess. quęstio. trigesimaoctaua, Bar. in l. 1. §. fin. ff. de præt. stip. Sed an ex scripturis nouiter repertis sententia (de qua agitur) retractari valeat, latè tradit Boer. decis. 255. numero decimoquarto, & Bart. in l. Titia, in princ. ff. de accus. Et quamuis multis videa-
26 tur, quodammodo similis lex nostra, & l. si contendat, ff. de fideius. nihilominus inter ipsas differentię aliquæ sunt, quarum prima est, quia legis nostrę remedium intentans, in termino præfixo iura deducere cogitur, alias, (vt retuli) silentium sibi imponitur, At in dicta l. Si contendit agere statim tenetur, alias prius super exceptione proceditur, & deinde perpetuum silentium imponitur. Præterea in dicta l. si contendat, fatetur reus debitum, sed petit pronunciari super exceptione aliqua, suoque iuri innittitur, & in l. nostra, nec fatetur debitum, nec suo iuri innititur, sed tantum se super iure actoris fundat, vt in decis. Pedem. 151. num. 3. Socin. cons. 94. num. 6. Vol. 3. Vlterius petitur ex l. diffamari nullum diffamanti aduersus diffamatum ius competere, proũnciari, Alex. in l. si finita, §. eleganter, num. 16. ff. de damn. in fi. Socy. cons. 84. col. pen. vol. 3. Innoc. in cap. Abbate, de verb. sign. Couar. var. res. lib. 1. cap. 19. nu. 3. Et in l. si contendit, à iudice, vt super competenti exceptione, & super actione, de qua iam constat, vt pronunciet, petitur, quod secus est in facto, l. diffamari, dum ius tertio competere negatur, asserendo ex parte negantis, & sic diffamati, se liberum fore, Felyn. in capitulo significauit, numero 5. de testibus, Socv. cons. 94. col. prima, vol. 3. Abb. in c. si quis contra, col. 2. de for. comp. Rom. cons. 80. & cons. 412. Quamuis duo
27 hæc remedia in praxi pro faciliori causarũ expeditione ab aduocatis misceri possint, testatur, Couar. loco supracitato, & ob id referenda pręmissa cẽsui, tum quia, iura, iuribus concordari expedit, capit. cum expediat, in princ. de elect. in sexto, tum quia lex a lege magis particulariter loquẽte solet suppleri, dicta l. titia, ff. de accus. quod etiam procedit, si lex loquatur generaliter, & per dictiones vniuersales, Paris. cons. 157. num. 29. libr. 4.
28 Quomodo autem super præmissis sententia, vel decretum sint concipienda, habes doctrinam Ang. Aret. instit. in rubr. de except. num. 24. vers. secundo fallit. & Boer. decis. 255. numero nono, & hic Contar. q. 3. numero vigesimonono, & seq. Vnum quippe scias, quod si alicui ad agendum, vel excipiendum iudex terminum statuit, sese competentem pronunciare videtur, And. Barbat. in Clem. excommunicationis, numero
30 decimonono, de exceptio. Multoties apponunt Iudices in eorum decreto verba, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, ob id in facto nostro dicunt, ex nunc, prout ex tunc, si non egeris in termino, pronuntio te amplius audiendum non fore, vt per Cęp. caut. sexagesimaseptima, & Imol. in l. quandiu, columna secunda, vers. vltimo tangit, ff. de acq. hær. Nam operantur illa verba, quod vnum tempus alteri connexum videatur, videlicet præsens tempus in futurum, & sic è conuerso, Fely. in cap. licet causam, numero sexto, de prob. Paris. cons. nonagesimoprimo, numero sexagesimosexto, volumine secundo, Neguf. in trac. de pign. par. secũda, membr. 2. numero sexto, Tiraquell. in trac. de retrac. conuent. §. 2. Glos. prima, nu. 85.

Com. *Vrbis.*

Beatissime Pater, licet deuotus S. V. orator A. a multis annis citra sit in pacifica, & quieta possessione domus sitę, &c. & a nemine debuisset, vel deberet molestari, perturbari, vel inquietari, nihilominus, quia quidam N. oratorem nolle sinere possidere se iactat, & vociferat, contra omne iuris debitum, & quia valde oratoris interest, quanto citius via iuris se a præmissis iactationibus & vociferationibus eximi, & liberari, Ideo supplicat S. V. quatenus causam, & causas iactationis, & iactationum molestationis, & molestationum, nec non vociferationis, & vociferationum, alicui ex sacrę Rotæ Auditoribus, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas committere, & mandare. Cum potestate citandi, & inhibendi, &c. vt supra, ac aduersario præfato perpetuum silentium imponendi, prout iuris fuerit cæteraque omnia, & singula alia faciendi, &c.

Verbum, Molestare, vel perturbare se iactat, ommittitur, quia concerneret petitorium, & possessorium, Tunc vero apponenda venirent, quando super vtroque petitur commissio, sed si super possessorio, tantum, vt supra iacet concipienda.

Clausula pariter vna cum toto negotio, principali eisdem rationibus ommittenda; si vero capiatur commissio generalis, quæ vtrunque comprehendat ambas præfatas, ac quam, & quas cum incidentibus addi valebit.

Beatiſſime Pater lite, & cauſa vertētibus coram R.P.D.N. inter S.V. oratorē A. actorē ex vna, contra B. reum conuentū ex alia, vigore ſpecialis reſcripti S. V. cauſa. & occaſione, &c. ſuper qua diu fuit actū, &c. ſed quia præfatus B. vti reus, quorū munus, eſt fugere, iura producere nō curat, ac oratoris valde interſit via iuris quanto citius cauſam, & cauſas huiuſmodi terminari. Ideo ſupplicat S.V. quatenus eidē R.P.D.N. cōmittere, & mandare dignetur, vt præfixo aliquo breui, & peremptorio termino ad producēdū, ſeu produci faciendū oīa, & quæcunque vult, & poteſt, quo elapſo, & nil producto, ad cauſæ & cauſarum huiuſmodi expeditionem, procedat, partibus iuſtitiam miniſtrando, Cum poteſtate citandi, &c.

Siue ex diuerſitate negotii.

Verum quia præfatus aduerſarius prætēdit velle probare, &c. ſeu de partibus documenta prætenſa ad curiā trāſportare, vel trāſportari facere, licet nunq̄ ad executionē perducat, ſeu id effectualiter faciat, fugiendo, vt reorum moris eſt, & quia oratoris valde intereſt, ſe a præmiſſis quanto citius via iuris ſe eximi, & liberari, Ideo ſupplicat S. V. vt eidem iudici cōmittere, & mandare dignetur, vt p̄fixo aliquo breui, & perēptorio termino dicto B. ad exibendū, ſeu exhibi faciendum, ſiue probandū, quicquid vult, & poteſt per omne genus probationis, quo elapſo, & nihil quod releuat docto ad cauſæ, & cauſarū huiuſmodi, (ſi fuerit ordinarius dicatur) iuxta ſuas ordinarias facultates, ſi delegatus iuxta formam, & tenorem commiſſionis, vel commiſſionem in actis præſentatum, expeditionem partibus iuſtitiam miniſtrando, procedat, procedique mandet, & faciat. Cum poteſtate citandi, & inhibendi.

Datur commiſſio noſtra præſens, ſi quis habeat iactantes ſe illegitimum eſſe, mutata facti qualitate.

Ac ſi vocatus ad fideicōmiſſū, bona ante diem alienari videat facto narrato ſubdatur.

Verum quia ſua intereſt eueniente die fideicommiſſi bona libera habere, iuxta fideicommiſſi diſpoſitionem, & tenorem, ac ea ab emptoribus mediis litibus, & expenſis nō vindicare, ideo ſupplicat S. V. Quatenus eidē iudici committere, & mādare dignetur, vt præfixo aliquo breui, & peremptorio termino ad docendum bona præfata eſſe libera, quo elapſo, & nihil quod releuet docto, conſtito, quod fideicommiſſo præfato ſint ſuppoſita, non alienari poſſe, neque pignorari, mandet, & faciat ac perpetuum ſilentium imponat, Cum poteſtate, &c.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ad Papam, vel Sanctam ſedem Apoſtolicam in quibus cauſis totius orbis interponitur*
2 *Papa in cauſis beneficialibus, Eccleſiaſticis, ac animæ intereſſe concernentibus, omnia poteſt.*
3 *Deuoluta ad Rom. Curiam quando cauſa dicatur.*
4 *Appellatus quando appellante inuito in Ro. Curia cauſam appellationis proſequi poſſit.*
5 *Curialis cauſa, quando effecta dicatur.*
6 *Deuolutio cauſæ ad Curiam requirit appellationē interpoſitam aduerſario præſente vel intimato, Secus ſi aduerſarius abſens, vt ibi.*
7 *Cauſa, etiam ſi iudex, a quo in partibus appellationi non deferat, quando ſit Curialis.*
8 *Cauſa deuoluta ad Rom. Curiam, nunquam remittitur ad partes.*
9 *Cauſa ſemel effectu curialis, ſemper remanet curialis.*
10 *Papa ſolum cauſas in Rom. Cur. inſtructas, ad partes remittit non Signatura iuſtitiæ.*
Declara, vt infra num. 12.
11 *Appellans in appellati præiudicium, appellationi renunciare nequit.*
13 *Termini quot in cauſa appellationis de partibus committenda, conſiderentur.*
14 *Bellam. deciſ: quando loquitur abſque authoritate non credetur.*
15 *Deuolutio ad Rom. Cur. in materia cap. ſi beneficia, quare non habeat locum.*
16 *Tempus datum per iudicem, ad quem ad proſequendam cauſam, intelligitur, ad eam committendam.*
17 *Iudex a quo, non poteſt ad cauſam expediendā iudici ad quem terminum aſſignare.*
18 *Diligentia maior eſt in Ro. Cur. in appellationibus interpoſitis committenda quam ab illis extra eā.*
19 *Appellans et Curiā adiens pro cauſa cōmittenda, ſi in itinere impediatur ſeruatur illeſus.*
20 *Termino dato appellato ad Rom. Cur. pretendam nihil nouandum venite.*
21 *Cauſa condictionaliter executa citatione ad curiā dicitur deuoluta.*
22 *Cauſa an ad Curiam deuoluta dicatur ſi procurator abſque legitimo mandato de rato promittat.*
23 *Deſeritur cauſa ſemper coram iudice, a quo.*
24 *Beneficialis cauſa, vſque ad quam ſummam ſit curialia.*
25 *Beneficiales cauſæ parui momenti extra Rotam in Curia committuntur.*
26 *Cancellaria Papæ omnes cauſas de communi iuſtitia committit.*
27 *Appellationis interpoſitæ mentio ad Metropolitanum, ſi poſtea in curia committi cauſa petatur, eſt facienda.*
Declara vt ibi.
28 *Beneficiales cauſæ, quando alicui ex Illuſtriſſimis Cardinalibus committendæ ſint.*

Appel-

29 *Appellatio deuolutiua, respicit Principis personam.*
30 *Papa sibi maiorem potestatem semper reseruat.*
31 *Appellatio suspensiua, respicit personam iudicis.*
32 *Appellatio interposita in partibus per Procuratorem, non operatur deuolutionem ad Curiam non probato mandato.*
33 *Appellatio limitata, quando totum negotium ad Curiam deuoluat.*
Limita vt ibi.
34 *Pœnitentię locus an sit citatione in partibus non executa.*
35 *Appellatio extraiudicialis potius prouocatio ad causam quam appellatio dicenda, & non deuoluit causam ad Curiam.*
36 *Appellatio a futuro grauamine, non deuoluit causam ad Curiam.*
Amplia, vt nu. 37.
38 *Appellatio extraiudicialis quando faciat litem, & triennalem possessorem impediat.*
39 *Appellatio extraiudicialis, nisi causa committatur, non est habenda in consideratione.*
40 *Appellatio extraiudicialis, non facit beneficium litigiosum.*
Fallit. num. 41.
42 *Appellatio ab vno articulo, quando totam causam ad Curiam deuoluat.*
43 *Appellatio extraiudicialis ad eius existẽtiam plura requirit.*
44 *Causa in appellatione extraiudiciali, vel est probanda, vel probatio offerri.*
45 *Iudex per quot interpellationes constituatur in mora.*
46 *Deuoluta causa ad Curiam, per solam citationis scientiam dicitur.*
47 *Procuratoris constitutio ostendit scientiam deuolutionis causæ ad curiam, licet citatio non sit legitima exequuta.*
48 *Appellatione ad Papam interposita, causa est curialis effecta.*

De Commiss. Deuolut. Caus. ad Romanam Curiam, &c.

1 LAtis extra Rom. Curiam sententiis in Ecclesiastico statu in quibuscunque causis, ac extra illum iurisdictionem Ecclesiasticam, seu interesse animę concernentibus, Appellatur ad Sanctiss. Papam D. N. vel Sanctam sedem Apostolicam, seu ad Rom. Curiam, causę deuoluuntur, & quamuis multa quæ hoc capitulum tangunt, in commissione auocationis causarum dicta sint quia aliqua ibi pretenta fuerunt, omnia insimul colligendo hic non ommittenda statui, ea nem
2 pe ratione in præfatis causis ad Papam appellatur, quia omnium beneficiorum Ecclesiasticorum, spiritualiumque, ac interesse animarum cõcernentium, Dominus est de quibus disponere ad libitum potest, committendo, auocando, ac lites extinguendo, cuius est speciale munus, Butr. in ca. 2. nu. 1.
3 de constit. in 6. Cagnol. in l. fin. num. 20. C. de pact. Tunc vero ad Rom. Cur. cęterarum Matrem, & Caput mũdi per appellationem causa deuoluta dicitur, quando in partibus (vt dixi) ad Papã, vel Sanctã Sedem Apostolicã, appellatur, Ideo, si Iudex, a quo ad prosequendam appellationem terminum statuat, vel alias pars appellata eam acceptet, causa in Rom. Curia, & eo Tribunali, quo debetur, vel demandata fuerit, tractabitur. Neque sat appellanti erit, si ad effectum aliũ iudicem in partibus impetrandi, ad Curiam transmittat, quia ex prosecutione personali facta per appellantem; adeo interpositam appellationem approbasse præsumendum venit; vt causa in Curia postea necessario, sit tractanda, Abb. in cap. Nicolao, nu. 5. de
4 app. Vnde ex pręmissis, quandocunque appellatus ad Curiã peruenerit, per se, vel per procuratorem, eam appellationem, quam in partibus suus aduersarius appellans interposuit, illo inuito, dummodo de illa cõstet, licet non fuerit intimata, prosequi poterit, Rot. decis. sexta, de appel. in nou. & decis. 11 de elect. eod. lib. num. 1. & secundo, Innoc. in cap. cordi num. septimo, de app. & melius Bisign. decis. 18. eod. tit. in antiq. vbi a graua
5 mine, vel interlocutoria quomodocunque iuridice, siue in voce, siue in scriptis fuerit appellatum, cum, siue iudex appellationi detulerit, siue non, si pars appellata talem appellationem acceptauerit, propter solum consensum, quando ad Papam appellatur, quo mediante eius audientiam adire valẽt, libere causa est curialis effecta, vtque ad Cu
6 riam deuoluta dicatur, Aduersatio, siue illius procuratore præsente, opus est, vt in partibus interposita sit, & ideo tunc amplius illius intimatio non requiritur, quia certus, vlterius verificari non debet, Verall. decis. 100. par. 1. cum adduc. Secus autem si talis actus factus esset in partis absentia, quia intimatio requireretur capit. si tibi absenti, vbi Paris. de præben. & dignit. in 6. Bart. in l. pen. nu. 5. ff. de iur. iur. Bald. in l. inter eos, §. Apostolos nu. 5. C. de appel. nam in notoriis nec citatio, nec requisitio sunt necessaria, Dec. in l. fi. ff. de iur. omn. iudic. cum sit Romana de Appell. Mil. in suo repert. in verbo

Citatio, q 86. Barb. cons. 84. vol. 4. licet, si fiat citatio, non tollatur ob id deuolutio, satis autem ex tali citatione certificatus dicitur appellatus, sciens coram quo iudice comparere debeat, deci. 33. de app. in no. incip. quando Curialis, & quando iudex, neque ap-
7 pellationi detulit, neq; illã pars acceptauit, nihilominus si causa q̃ sui natura sit curialis puta beneficialis, siue spiritualis, deuoluet ad illã, quia respectu appellãtis reputabitur legitima, vnde amplius ipse appellãs suã appellationẽ impugnare nõ poterit, vt p Bisi-
8 gnet. in alleg. dec. Tales nẽpe causę deuolutę ad Curiã, vel in ea actitate, nunq̃ ad partes remittũtur, Vestr. in sua prax. lib. 4. c. 5. n. 12.
9 Quia semel effecta curialis (vt dixi) sem premanet curialis, & sicut deuoluta, in Curia tractatur, dec. 43. de App. in no. Nisi placeat
10 postea Pontifici ad partes eã remittere, q̃ fieri nõ potest p Signaturã iustitię, modo tamen dicendo, sed per solum Papam, de quo Grat. cons. 36. num. 1. vol. 2. & melius Bal. in l. si vt proponis, la prima, nu. 15. & 16. C. quo
11 & quan. Iud. Immo appellans, in appellati praeiudicium, huiusmodi appellationi, si res integra non sit, renunciare non valebit, vt habetur in decisione trigesimatertia, nume-
12 ro secundo, de appellat. in antiq. Tuncque per solum Papam ad partes remittuntur, quando hinc inde causae sunt instructae, & hinc inde in iurisdictionem consensum, & ita procedunt, & intelliguntur supradicta; Sed quando aliquis impetrasset commissionem, eaque in actis producta, & parte (vt moris est) citata, si antequam consentiat in iurisdictionem adeat eandem Signaturam, iustitiae, quae primam concessit commissionẽ, & causam auocari, ac ad partes alia cõmissione reformatoria nuncupata porrecta, remitti petat, tunc bene potest id, (si iustum videbitur) Signatura iustitiae concedere, quia cum non sit consensum in iurisdictionem, & res integra, eius est auocare, cuius fuit committere, sed si fuisset consensum, cessat eius auctoritas, & eo casu (vt dixi) ad solum Papam pertinet, quamuis Grat. alleg. consilio trigesimo sexto, & Bal. in dicta l. si vt proponas, quando causae sunt de paupere regno, vt dixi in cõmissione auocationis causarum, capitulo primo, ad partes multoties remitti soleant, decisio trigesimatertia, numero tertio, in fin. de ap-
13 pellat. in antiq. At quando labuntur tres termini, in capitulo statutum de elect. in sexto assignati, idest tria tempora videlicet, mensis incipiendus, a die, quo iter arripiendum erat, sequens tempus ad veniendum datũ, quod est arbitrariũ, & vlterius xx. dies dictum tẽpus arbitrarium immediate sequentes, per quos absens expectandus venit, quandocunque postea procedi; etiam post annum a tempore interpositae appellationis, & praedictorum terminorum lapsu computandum, & vltra, vna tantum parte adueniente, contra aliam partem absentem per audientiã cõtra dictarũ poterit procedi,
14 vt latè Bellam decis. 160. Licet quo ad decisiones Aegidij Bellamere, alias Rota tenuerit, quando sine iure loquuntur, maximè stantibus Rotae decisionibus in contrariũ, non esse attendendas, vt est decis. Put. 422.
15 prop. fin. parte prima. Cauetur in cap. statutum, de electio. in sexto, quod appellans ad Papam ab electione aliqua infra mensem iter arripere teneatur, vt ibi text. & in capitulo si beneficia, de praeben. eodem libro, quod si quis recipiat beneficium Papae reseruatum, ac si illud sciens dimittat, & primum recuperat, vel alia beneficia, ob id, si appellari contingat in casu dicti capituli si beneficia, non habebit locum deuolutio ad Curiam, ex quatuor. Primo quia, capitulũ statutum potest habere locum, vbi appareret obiectus in forma, vel in persona. Secundo inter eos, qui sunt sortiti vltimũ, electionis, postulationis, vel prouisionis effectum, per pacificam possessionem adeptam. Tertio, quando ex forma, vel persona potest per modum exceptionis electio impugnari. Quarto ratione coequalium, & coniunctionis personarum, prout de singulis, latè loquitur Oldrad. in consilio ducentesimoseptuagesimoquinto, per totũ,
16 quẽ si occurrat, poteris uidere. Sed terminus supradictus datus ad prosequendum, in intelligitur datus ad committẽdum, vel ad introducendam causam, Cap. Tholos. decisione 424. capitulo ex insinuatione, & capitulo cum sit Romana, de appellat. nam quo ad hoc inductio, & prosequutio, idem important, quia iudex a quo, assignare tem-
17 pus ad expediendam causam, neque. Iudici, ad quem, legem imponere valet, vt in dicto capitulo ex insinuatione, & quando assignatur tempus ad prosequendũ, sufficit iter arripere, Oldrad. consilio sexagesimo, per totum latè, quod habet locum, si fuerit actum extra Curiam, secus autem in causis in Curia gestis, quia iter Palatium versus arripere, non sufficit, sed tenetur facere diligentias, quas dicemus, & diximus in committendo causam in tempore, maior autẽ
18 diligentia requiritur in Curia, adeundo R. P. D. Regentem, vt dixi in capitulo de

Domino Regente Cancellariæ, & eius of-
19 ficio. At si in itinere appellans fuerit impe-
ditus, vel pluuijs, infirmitate, tempestate,
& inundationibus, carcere, siue alijs simi-
libus detentus, tunc constito de impedimē-
to, seruatur illesus, adeo quod secundus an-
nus sibi competit, & tale, vel talia impedi-
menta probantur iuramento ipsius, idem-
que censendum erit, si verè Dominus mi-
serit nuncium, vel procuratorem, qui po-
stea non iuerit, vt latè per Aufrer. in addit.
ad allegatam, decis. Cappel. Tholos. 424.
& decis. 445. Boer. decisione ducentesima
quinquagesima sexta, numero primo, Pen-
20 dente autem dicto termino, nil nouandū
est, quia ad Apostolorū instar, est pars ap-
pellationis, & an dicatur causa deuoluta
ad Curiam, si pars post appellationem
in ea commissam, & decretum citatio-
nem, facit illam ad partes remittere, di-
xi in commissione auocationis causa-
rum, pro quo vide Put. decisione 240. li-
21 bro secundo, per totum. Et mel. Achil.
decisione decima, de rescript. vbi causam
conditionaliter in Curia, post exequutio-
nem citationis introductā esse asserit, adeo
quod, impetrans possit pœnitere, & ei re-
nunciare, per decis. 17. nu. 2. de dol. & cont.
in nou. quod declaratur per Verall. dec. 252.
par. 1. dummodo ex parte citati non fuerit
constitutus procurator in Romana Curia,
quia isto casu etiam, quod citatio sit illegiti-
mè exequuta, nihilominus ad Curiā causa
deuoluta dicetur, nam cum citatus petierit,
& habuerit copiam intimationis, citationis,
vel appellationis, & ad causam prosequen-
dam constituerit procuratorem, satis de vo-
luntate constat, quod in curia causam pro-
sequi voluerit, & ita coram D. Antonio Au-
gustino tenuit Rota in vna Salamantina be-
22 neficij 27. Aprilis 1571. Pariter causa erit de-
uoluta ad Curiam, si procurator non habēs
Legitimum mandatum, obtēta citatione,
de rato promittat, ac principales ante sen-
tentiam talia gesta ratificaturos, quia tunc,
& causa deuoluitur, & sententia sustinetur,
at si non ratificat ante sententiam, non po-
terit dici causa commissa, Verall. decis. 254.
23 parte prima. Qando in causa beneficiali, vel
alia prophana est ad Curiam appellatio de-
uoluta, si deinde ob non prosecutionem de-
seratur, nihilominus remanet causa curia-
lis, quia coram iudice, ad quem deseritur,
maximè in beneficialibus, in quibus appella-
tio non interponitur solum vt reparetur gra-
uamen, immo principaliter, vt ad Curiam
deuolutionem operetur per intimationem
principalis, Bellam. deci. 520. in princ. ob id
causa semper coram iudice, coram quo de-
24 seritur, remanere debet, vt ibi Bellam. Si in
causa beneficiali commissione porrecta,
appellationis causa committi petatur, nisi
ad minus tunc beneficium, de quo agitur
ascendat ad annuos introitus ducatorum
decem de camera, in Curia committi
non deberet, ea nempe ratione, ne circa rē
paruam, magnis expensis, & laboribus par-
tes inuoluantur, vnde si minoris valoris erit
beneficium, solet ad partes causa remitti,
dato etiam, quod forsan in Curia reperire-
tur commissa, dummodo instet pro hoc
25 aliquis ex colligantibus. Verum, si tales
causæ tenuis beneficij in Curia remanerēt,
expresso ipsius valore, solent demandari
extra Rotam, & tunc potest R. P. D. Re-
gens Cancellariæ hanc commissinem, vti
cæteras beneficiales, extra Rotam signare,
vt colligitur ex regula Cancellariæ, &c. de
potest. Vicecancell. & Cancellariæ Regen-
tis, Rebuff. in sua prax. Sing. super tertia
26 parte sing. numero decimo octauo. Po-
test autem Cancellaria Papæ omnes cau-
sas, quæ sunt de communi iustitia com-
mittere, absque alio speciali mandato, Fe-
lin. in Rubr. de rescript. num. 9. versic. Se-
cundo nota, allegans Bellam. decisio. 602.
qui etiam id expresse dicit, sed caueat ap-
pellans, qui appellauit in partibus ad Me-
27 tropolitanum, & postea pœnitentia du-
ctus, causam in Romana Curia commit-
ti vult, etiam si appellatus in ea sit præ-
sens, facere mentionem in commissione,
quod fuit ad Metropolitanum appellatum,
quia alias tacendo propriam appellatio-
nem, redderet rescriptum subreptitium,
Rota in decisio. vigesima quinta, item si
reus, numero secundo, circa finem, de re-
script. in nou. & melius in decisione deci-
manona, Bisign. de appella. ita etiam, si fue-
rit ad alium inferiorem prouocatum, quod
verum est, & procedit, dummodo in-
tersit partis appellatæ. Secus si non intersit,
quia nullum ius habet, & ita declarat Fe-
lin. in rubr. de rescript. num. 12. reg. 6. ver-
sic. similiter non valet. Beneficiales nem-
pè causæ, dummodo summam 60. floreno-
rum non transcendant, solent alicui ex Illu-
strissimis Cardinalibus in Curia commit-
28 ti. Sed si transcendant, non illis deman-
dantur, & quatenus committerentur, es-
set commissio nulla, Felin. in Rubr. de re-
script. numero decimo, at suis temporibus
id forsan erat, nam hodie abiere in dissue-
tudinem floreni, quāuis forsan aliquę cau-

fæ committantur ex præmissis alicui Illustrissimo Cardinali, tamen, vt plurimum,
29 omnes Rotæ demandantur, Appellatio (vt dixi) multoties parit effectum deuolutiuũ solum, & multoties deuolutiuum, & suspẽsiuum, quorum effectus deuolutiuus respicit Principem, licet appellatio ex aliquo priuilegio etiã sit prohibita, vt exempli gratia, æquitum Hierosolomytanorum, ac aliorum similium. Sed appellatio passiua ob id non videtur a iure prohibita, ne liceat appellare, aut ne interponatur, vel sumatur ad Papam, qui illam substulit, cap. dilecti, el tertio, de appellat. & ita Rota censuit coram D. Seraphino in vna Pampilonensis iurisuisitandi 24. Aprilis 1583. decis. 196. numero quinto, parte secunda, diuers. capitulo pastoralis, vbi Canon de appellat. & ibi Butr. num. 5. Beallam. num. 9. Imol. num. 2. & octauo, Abb. num. 9. Dec. num. 5. quia quantumcumque alijs potestatem Papa tri
30 buat, non solum eandem, sed valde maiorem semper apud se retinet, vti videmus de fonte scaturiente aquas ad riuos, ex illo emanantes, capitulo quamuis, & capit. dudum, vbi Ioan. Monach. Ioan. And. & Doct. de præb. in sexto, effectus autem su
31 spensiuus respicit personam iudicis, vt in allegatis iuribus, & in dicto capitulo pastoralis, vbi Doct. de appellat. insuper. Appel
32 latio in partibus per procuratorem interposita, non operatur deuolutionem causæ ad Curiam, nisi de eius mandato constet, & de intimatione facta aduersario appellato, vt bene declarat Bellam. decisione 58. latè Achil. decis. 9. num. 5. de appel. vbi Rot. decisione 18. de appellatio. in nou. contra
33 rium tenens, reprobatur Appellatio, quamuis fuerit limitata, tamen totum negotiũ deuoluit ad curiam, quando est capitulum
34 connexum, Franc. in cap. si duobus de app. Pænitentiæ locus licet sit ante executam citationem, tamen quando semel citatio executa fuit, id fallit, quia tunc plene ad Curiã causam fore deuolutã, dicitur, per appositionem manus Papæ, vnde postea non potest amplius de Curia absque eius licentia (vt dixi) extrahi, Rot. decis. 48. num. 2. in fin. de rescr. in antiq. & Decis. Bisign. 13. eod. tit. Mohed. decis. 12. de app. Verall. decis. 169. nu. 3. & 4. parte tertia, Acchill. dec. 10. de rescript. ratio est, quia stante illius, executione, cessat penitentia, cap. quamuis, §. cęterũ de elect. in 6. vnde, dum ibi text. loquitur in sola præsentatione commissionis, tanto magis in facto nostro citatione executa, locũ habebit quod absque Papæ scientia amplius a curia extrahi nequat, quamuis, si pars cõtra tale rescriptum non opponat, id in dubium, & cogitandum relinquat, Felin. in c. ad audientiam, el secõdo, nu. 20. de rescr. dec. 48. de
35 rescr. in antiq. & Decis. 13. supra allegata, silentio non prætereaam, quod appellatio extraiudicialis, potius quædam prouocatio ad causam, quam appellatio est dicenda, & improprie tale portat nomen, Butr. in c. 1. n. 16. de rescrip. in 6. nihilominus ad curiam causam deuoluit, vt habetur Put. deci. 399. par. 3. per tot. At si dicta appellatio fuerit condi
36 ctionalis, non operaretur deuolutionem, exempli gratia, si dicatur appello, quatenus contrarium feceris, vt late Put. decis. 311. per totum, par. 3. Pariter si appellari contingat ab inferendo grauamine, vel comminato, cum clausula, ex nunc, prout ex tũc, quia non secuto grauamine, resoluitur appellatio neque deuolutionem operaretur, Put. decis. 313. par. 3. subdens num. 3. a die secuti grauaminis talem appellationem currere, & quãuis Cassad. decis. prima num. 4. & seq. de appell. teneat contrarium, tamen ibi eius dictum verum fuit, quia loquitur in appellatione extraiudiciali, & deficiebat intimatio,
37 quę nec etiam sat est. Quamuis præfata appellatio intimata, etiam appellato tacente, & non contradicente, non sufficiat, quia vltra id, requiritur necessario, quod causa committatur. Put. decis. 109. parte tertia, Bellam. dec. 520. vers. item quia, & dec. 521. in princ. Subdens post annum cũ dimidio, posse in tali causa deuoluta etiam per cõtra dictas procedi, Cresc. deci. 3. de App. vbi pariter ponit, quod si non constet, dum causa appellationis tractatur, de mãdato illius sufficienti, qui appellauit, appellatus absolutionem tantum, absque expensarum condemnatione consequi debet. Præterea, neque inducit litem ad effectum regulæ de subrogãdis collitigantibus, vt per Achil. decisione tertia, de appell. vbi numero quarto, Rota reprobat, decisionẽ Bellam. 749. contrarium dicentẽ, eo quia nihil allegat. Quod limita, nisi is, contra quem appellatur, sit pacificus possessor, quia eo casu, neque causam deuoluit, neque vim citationis habet, Achil. decisione quinta, eodem titu
38 lo, talisque appellatio, etiam extraiudicialis, parti legitimè intimata, causa tamen postea commissa, facit litem, quæ impedit triennalem possessorem, dummodo triennio post desertionem beneficium sit possessum, Mohed. decis. 104. & decis. 105. Gomes. in reg. de trien. possess. quæst. 14. numero quarto, & 10. At si interim intimari

non

non poterit, sat illam in valuis Ecclesiæ affi
gere erit, Cassad. dicta decis. 1. num. 6. de ap-
pellat. Achil. præalleg. decis. 3. modis, & for
ma relatis, in cap. 1. num. 96. de commis-
sione Auoc. caus. Sed extraiudicialis appel
latio, absque eo, quod causa committatur,
non est habenda in consideratione, quia,
nec litem inducit, nec litigiosum beneficiũ
facit, ratio est, quia (vt dixi) talis appella-
tio absque causæ commissione, solum est
quædam prouocatio, Boer. cons. 12. nu. 3.
volum. 3. Quod tu declara procedere, dum-
modo appellatus voluerit, nam isto casu,
quamuis extraiudicialis, & vniformis esset
interposita, & in appellantis præiudiciũ, qua
tenus intimata, causam, ad Curiam deuo-
39 lueret, Bellam. dec. 273. Vnde poterit appel
latus, quandocumque causam in Curia pro
sequi, etiam in appellati præiudicium, quia
erat respectu ipsius deuoluta, & illam appel
latus prosequebatur in Curia, & sic benefi-
cium litigiosum Domini dixere, nam sibi
præiudicauit, Put. deci. 517. numero secun-
40 do, & per totum, parte tertia, Si ab vno ar-
ticulo prouocari contingat, tunc totum ne
42 gotium, siue causam deuoluere ad Curiam
facit, si vnum, vel connexum sit negotium,
ab eodem fonte dependens, eá ratione, ne
diuersæ sententię ferantur, l. omnes, C. arbit.
tut. Specul. in titulo, de comp. iudic. ad § 1.
nu. quadragesimosexto, Oldrad. consilio
decimoseptimo, num. vndecimo, Dec. in
capitulo si vt Romana, numero quadrage-
simosecundo, de rescript. Felin. in capitu-
lo adhuc, el primo, num. tertio, vbi Franc.
primo not. de appellat. Boer. decisione se-
ptuagesima tertia, numero sexto, Ias. con-
silio centesimo octuagesimo septimo, co-
lumna septima, versic. Immo facit, volu-
mine secundo, Dec. consilio trigesimo
quarto, numero quarto, Lancellot. de at-
tent. appellat. pend. parte prima, capitulo
duodecimo, limitat. secunda, numero vi-
gesimo octauo, Ac pariter, si in commissio
ne appellationis aderunt verba, nec non
quã, & quas, &c. Cum incidentibus, emer
gentibus, annexis, & connexis, ac toto ne-
gotio principali, vt dixi supra in commis-
sione appellationis in Curia, in dicto ver-
43 bo. Sed vltra præmissa, plura extraiudicia-
lis appellatio, vltra intimationem habe-
re debet. Primo instrumentum appellatio-
nis, quod per notarium publicum fit con-
fectum. Secundo, quod sit coram probo,
vel probis hominibus, qui præmissa testifi-
cari valeant interposita, ac Tertio ad effe-
ctum, quod causam ad Curiam deuoluat, vt

44 parti appellatę intimetur, necesse erit, Rot.
decis. 486. num. 1. & 3. parte prima diuers.
Causaque in hac appellatione extraiudicia-
li debet probari, siue probanda offerri, Ro-
ta decis. 38. & decis. 44. num. 2. de appellat.
cum qua concordat dicebam Innoc. ibi al-
leg. & decis. 17. num. 13. secunda parte di-
uers. Vtque ad effectum, quod constitua-
tur iudex in mora, adeo, quod ab eo appella
to, causa ad superiorẽ deuoluatur, trina in-
terpellatio requiritur, decis. 259. num. 4. par
45 te secunda diuers. Fel. in cap. suborta, ante
num. 5. versic. Et istis adde, de re iud. Dec.
in cap. ex parte, el secondo, nu. 3. post Abb.
46 de appellat. Deuoluitur causa pariter ad
Curiam, per solam citationis scientiã, quę
per solam procuratoris constitutionem in-
ducitur ad illam causam prosequendam,
licet citatio non fuerit legitimæ exequuta,
47 Veral. deci. 252. nu. 1. & 3. par. 1. Nam clau-
sula in fine posita, quando militat eadem ra
tio ex verbis in pmissis relatiua, refertur ad
omnia præcedentia, cap. inquisitioni, in fi.
de appellat. decis. 92. nu. 5. par. 1. diuers. Cau
48 sa per appellationem, ad Rom. Cur. deuolu
ta, seu cõmissa, at appellans, qui ex sacri Cõ
cilij Tridentini dispositione, in capit. causæ
omnes 24. sess. omnia acta causæ, suis sum-
ptibus transportare tenetur, vt in spolio, oc
cupatione, intrusione, possessione confo-
ueat, vel quia reus, quorum proprium est fu
gere, acta transportare, non curat. Quare ap
pellatus Signaturam gratiæ, vt plurimum
adire solet, supplicatque iudici ad quem de
mandari, vt mora præfate actorum asporta
tionis non obstante, ad vlteriora procedat,
ac causam expediat, & quia absque actis fa-
cere id nequit, vt petitis occurratur, iudici
ad quem rescribere solet, quod appellanti
ad acta transportandum terminum præfi-
gat, quo elapso, & non alias transportatis,
suam inhibitionem moderetur, & ad par-
tes causam remittat, quod optimæ fit, ad ob
uiandum appellantis malitiæ, qui inhibitio
ne obtenta, iam exequuta, eodem statu
illæsus, absque laboribus, expensis, & litę cõ
seruatur, ac in supra relatis confouetur,
quæ praxis fundata videtur, in cap. lator, qui
fil. sint. leg. & in l. diffamari, C. de ing. &
manumi. quo ad termini præfixionem.
Et ideo non rescribit Signatura iudici ad
quem, vt ad vlteriora procedat, quia, nisi
omnia acta coram iudice a quo facta non
transportentur, omnia gesta per iudicem
ad quem erunt nulla Vant. de nullit. titulo
a quo vel quib. mod. &c. nu. 20. & 21. Iccir-
co talis sanatio nullitatis sententiæ latę, seu
pro-

proceſſus actis integre non trãſportatis, petitur ſepè in Signatura Sanctiſſimi, vt dixi in commiſſione ſana. nullit. licet acta omnia ordinariè præſumantur adeſſe, niſi aſſerens contrarium probet, Rot. diuerſ. deciſ. 63. numero quarto, par. 1. Et ſuper proceſſus productione, vnus ex collitigantibus ſe fundare nequit, cuius copia alteri parti non fuerit tranſmiſſa, & eò magis, ſi ad nonnullarum ſcripturarum productionem ſit deuentum ſpecialiter, deciſ. 445. num. 1. & 2. par. 1. diuerſ. vbi num. 3. firmat, acta facta in alio iudicio, etiam inter eaſdem perſonas non probare, niſi edantur, quia ſcripturæ tantum de actis ſunt, quantum partibus copia dari poteſt, ſubdens ibi num. 5. quod actus facti cũ procuratore fiſcali, non probant in iudicio ciuili, ad effectum, vt ex eis ſe mouere iudex poſſit, & debeat, Bald. in l. 2. num. 19. vbi Dec. num. 44. C. de eden. Fel. in cap. cauſam quæ, num. 14. de teſtib. Bar. in l. 2. §. hoc edicto, num. 5. ff. vi bo. Rap. Capic. deciſ. 103. num. 3. Sed acta producta parte non legitime citata, non annullant proceſſum, quando conſtat proceſſum primæ inſtantiæ productum fuiſſe, ex quo apparet de re iudicata, tunc vero ſunt nulla, quando, vel nõ fuerunt tranſportata, vel quando ſumus in diuerſa cauſa, Bart. in l. naturaliter, §. nihil cõmune, num. 33. ff. de acquir. poſs. Fel. in cap. Sanctæ Mariæ, nu. 6. de conſtit. Rot. diuerſ. deciſ. 688. num. 1. par. 1. Similiter, depoſitio facta in alio iudicio, & inter alias perſonas, ſiue ad diuerſum finẽ, nec valet, nec nocet, Soc. ſen. conſ. 8. nu. 6. vol. 1. Tindar. in tract. de teſtibus, par. 3. princ. cap. 1. num. 5. Dec. in l. 2. nu. 6. & ſeq. C. de edend. Iaſ. in §. item ſi quis, el ſecondo, nu. 19. inſtit. de actio. quare ſcripturę, quæ non ſunt in actis, vel de actis, perinde ac haberi debent, ſi in rerum natura non eſſent Vant. de nullit. in tit. de nullit. & inhabil. ex def. mand. nu. 62. Dec. conſ. 483. num. 4.

Commiſſionis formula hic non ponitur, quia exequutorialis ſupra poſita eadem eſt.

SVMMARIVM.

1 *Deſertio cauſæ litem extinguit.*

2 *Deſerta cauſa, an dicatur ſi per 18. annos in Rota nil actum fuerit.*

Diſtingue, vt num. 3.

4 *Deſerta cauſa ſtante non iure, quando dicatur.*

5 *Deſertio litis, & ceſſatio litis inter ſe differunt, & quomodo.*

6 *Calumnioſus litigans per quot annos præſumatur.*

7 *Lis in Romana Curia, ſpacio 30. annorum finitur.*

8 *Deſerta lis dicitur, ſi in tempore non fuerit appellatio proſequuta, vt ibi.*

9 *Deſerta cauſa, quando per annum, & quando per biennium dicatur.*

10 *Deſerta, quando dicatur cauſa, & per quot annos, ſi citato non reproducatur.*

11 *Deſerta cauſa erit, ſi appellans debito tempore proceſſum non præſentauerit.*

12 *Acta integre producta non fuiſſe aſſerens, probare debet.*

13 *Iudex non poteſt ſe fundare in productione proceſſus, cuius copia parti data non ſit.*

14 *Acta facta in alio iudicio, etiam inter eaſdem perſonas niſi producantur non valent.*

15 *Acta facta cum fiſco in cauſa criminali, non probant in cauſa ciuili.*

16 *Acta producta parte non legitime citata, quando proceſſum annullent.*

17 *Appellanti, ſi negligat trãſportare acta, terminus datur, quo lapſo, iudex ad quem inhibitionem moderar.*

18 *Deſertio cauſæ inducitur, ſi termino etiam breui præfixo eam appellans non proſequatur.*

19 *Deſerta cauſa dicitur ſi pro Apoſtolis redditum nõ fuerit.*

20 *Deſerta remanet cauſa, ſi appellans de iudice perquirendo diligentiam non faciat.*

21 *Deſerta dicitur cauſa ſi conuenta die pro Apoſtolis appellans non redierit.*

22 *Deſerta dicitur cauſa ſi a nõ admiſſione appellationis ab interloquutoria denuo appellans, non pro uocauerit.*

23 *Deſerta cauſa eſt, quando appellans in appellati præiudicium attentat.*

24 *Deſerta cauſa erit, quando poſt appellationem ſuſcipit appellans terminum ad ſoluendum.*

25 *Deſerta dicitur cauſa ſi coram iudice a quo ſimpliciter poſt appellationem appellans compareat, & num. 32.*

26 *Deſertio cauſæ, vbi in iure fundata ſit.*

27 *Deſertio cauſæ, quot modis excuſetur.*

28 *Commiſſionem in termino decem dierum ad deſertionem excuſandum ſufficit in Bancho curſorum eſſe.*

29 *Deſerta cauſa, quãdo in termino decem dierum datis Apoſtolis dicatur.*

30 *Deſertio cauſæ, quomodo in Ro. Cur. euitari poſſit.*

31 *Præſentata D. Regentis Cancellariæ poſita in cõmiſſione, tempus ad menſem prorogat.*

33 *Deſerta cauſa, quando dicatur, ſi commiſſio poſt decem dies fuerit in bancho curſorum.*

34 *Appellationi, quando comparendo coram iudice a quo non ſit renunciatum.*

Deſerta

35 *Deſerta cauſa non dicitur, quando iudex non culpa appellantis, ſed ſua, vel partis non procedit.*
36 *Lapſus termini ad docendũ de appellatione non operatur deſertionem, ſed exequutionem ſententia.*
37 *Sententia lata ſuper deſertione cauſæ eſt interloquutoria, quod declara, vt ibi.*
38 *Deuoluta ad vnum cauſa, ad alium appellare nequit.*
39 *Appellatio à pronunciatione deſertionis cauſæ nõ eſt deneganda, declara inhibi.*
40 *Appellatio extraiudicialis in beneficialibus cauſam ad Curiam deuoluit ibid. num. 38.*
41 *Sententia lata ſuper deſertione reuocari nequit, fallit, vt ibi.*
42 *Rota aduerſus decretum deſertionis cauſæ reponere ſolet.*
43 *Termini lapſus, in ſecunda inſtantia, primam confirmat ſententiam.*
44 *Deſerta appellatione, ac ſi non appellaßet habetur.*
45 *Deſerere, & derelinquere inter ſe defferunt.*
46 *Commiſſio appellationis in vltima die anni præſentata, ſi nil aliud factum ſit non excuſat a deſertione.*
47 *Deſerta cauſa iudex ad quẽ deſijt eſſe iudex, quia coram iudice deſeritur.*
48 *Deſertam cauſam iudex declarando ſententiam, in conſequens exequendam dicit.*
49 *Dies termini, quando computetur in termino.*
50 *Iudex appellationis, abſque noua commiſſione cauſam deſertam pronunciare poteſt.*
51 *Deſerta cauſa in appellatione extraiudiciali nihilominus cauſa remanet in Rom. Cur.*

De Commiſſione ſuper Deſertione Cauſarum.

1 DEſertionem cauſæ litem extinguere, dixere Lancel. de attent. lit. pend. in præfat. capit. 4. num. 287. & Gomeſ. ſuper reg. Cancel. de trien. poſſ. quæſt. 54. Et quare litigantes lites deſerant, tradit Fel. in cap. illud num. 9. verſic. temporum enim, de præſcript. ad quem te remitto. Quare multoties, ob procuratorum in curiam, vel alijs de cauſis, deſerta lis remanet, ob id ſi quis introduxit litem in ſacro Rotæ Auditorio, 2 vel alibi, & ſtetit in Rota per multos annos puta xviij. quod nihil fecerit in cauſa, an ex præmiſſis dicatur deſerta, adeo, quod in beneficialibus, abſq; vitio litigioſi illud cõferri valeat, ſicque alij litigantes, bona, de quibus agitur alienare, vel ſimilia facere poſſũt, & Caſſad. dec. 5. per tot. vt lit. pend. dicit, pro parte affirmatiua ſuo tẽpore Rotam tenuiſſe, ac inclinaſſe motam ratione, quia ſi ceſſatio per decem annos calumniæ ſuſpitionem inducit molto magis, quando tantũ tempus effluxum erit, quia ſi bonum ius agens foueret, cauſam pro derelicta habuiſſe, cogitandum non venit, cum nemo ſuũ iactare præſumat, quinimo dicendum eſt, quod liuore conſcientiæ motus, ſuique cõſcius, & ad cor rediens, de iure ſuo diffidens, nolens amplius collitigantem vexare a lite ceſſauerit, quod habetur pro conſenſu, ſtante temporis lapſu, & taciturnitate, 3 vt late in dicta deciſ. Sed poſtea denuo eodem dubio in Rota propoſito, declarauit talem Caſſad. deciſ. procedere, quando nihil per longum tempus actum eſſet, & de non iure mouentis litem conſtaret, aut alias ab initio de calumnia. At vbi de aliquo iure appareret, ſeu de probabili dubio ab initio, tunc Domini de Rota magis antiquis deciſionibus ſtandum fore tenuerunt, quæ nullo tempore litem finiri declararunt, moti ex regula, ꝙ de iure canonico inſtantia, ſaltim vſque ad 30. annos, duret, vt per Achil. deciſ. 7. vt lit. pend. ꝙ ceſſat, exiſtente aliquo actu poſitiuo, vel notitia noti iuris, & hoc quantum ad inducenda deſertionem, quia requiritur ad inducendam illã, vt ibi Achil. 4 num. 4. & Caſſad. nu. 4. At circa non ius, an cauſa pro deſerta habeatur, Rota tres caſus firmaſſe, eodẽ loco Achil. teſtatur, nu. 7. dicenſ. Primus, qñ ab initio non conſtaret de iure probabili, & tũc ſolus curſus temporis facit deſertionem præſumere. Secundus caſus eſt, qñ ab initio conſtat de iure probabili, & nondum conſtat de iniuſtitia illius iuris, & tũc ex ſolo curſu temporis, nec finitur nec deſeritur lis. Tertius caſus eſt, qñ hodie ex retro actis cõſtaret, de iniuſtitia illius iuris dubitabilis ab initio, & tunc denuo ſub diſtinguit, ꝙ aut ad effectum deſertionis præſumendæ, aut ad impediendum ordinariũ, ſeu calumniam inducendã, & primo caſu, ſi põt conſiderari aliqua coniectura poſitiua, ex qua poſſit dari vehemens opinio negligentis de ſua iniuſtitia, & eo caſu cõcurrente veritate erit locus, conſ. Ancher. 154. vt ex retro præſumamus. Aut verò non datur niſi negligentia, & curſus temporis, tunque animum durare etiam poſt longum tẽpus, præſumitur, & voluntatẽ non mutari, nec quem ſuum ius derelinquere, ſciens illud durare, vt latè ibi Achil. num. 7. ad fi. Quare id ſemper ẽt poſt ordinarij collationem probari poterit, quia ſicut proceſſus a Papa

poteſt

poteſt dare de lite, ita de non lite prouiſus ab ordinario, ut Achil. deciſ. 9. eodem tit.
5 Sed maxima eſt differentia inter deſertionẽ litis, & ceſſationem à lite. Nam nocet deſertio habenti bonũ, & indubitabile ius, vt tollat litis effectum, & propterea ex ſolo tẽporis curſu ſine coniecturis, niſi per triginta, vel ſi ex minori tempore, tunc requiruntur coniecturæ. Ceſſatio autem, quæ ſecundum aliquos appellabatur differre in litem l. deſtitiſſe, C. de iudic. vel illam non proſequi, l. non ignorat, C. de fruct. & lit. expenſ.
6 abſq; coniecturis, & per curſum decem annorum facit, quod lex calumnioſum litigantem præſumat, & ita Dominos de Rota in maiora parte tenuiſſe, teſtatur Achil. deciſ. 10. nu. 4. eod. tit. vt lit. pend. & dum Caſ
7 ſad. deciſ. 1. eod. tit. aſſerens, quòd in Curia triginta annorum ſpatio lis finiatur, vt in pſata deciſione ſupradicta allegata, num. 7. declaratur eius dictum procedere, quando conſtaret de iure, vel probabili dubio non proſequentis, alias ſi non conſtaret ad effectum calumniæ, vel diffinitiuę coniecturandæ, ex non iure, tunc ceſſatio per decem annos erit in conſideratione. Decem autem in hoc caſus connumerat Marant. in ſua praxi, par. 6. in verb. & qñq; appellatur, nu. 408.
8 Primo, ſi appellatio non fuerit in tempore proſequuta, nam tunc ẽt tranſit in iudicatũ, c. 1. de mut. pet. Rot. diuerſ. deciſ. 119. nu. 12. par. 2. puta infra annum, ſiue bienniũ, ex cau
9 ſa, Achil. deciſ. 12. de appel. Quod tñ declara de anno, quando committitur tantum cauſa, & nihil fit, quando emanauit citatio, vel inhibitio, tunc deſeritur, niſi per biennium, Thom. Faſtol. dub. 37. Achil. dec. 11. de appell. in nou. num. 1. Vnde, ſi poſt præmiſſa tacuerit per 25. annos, eodem modo liti renunciaſſe videtur, ac ſi expreſsè renunciatum eſſet, (vt dixi) quia de iure ſuo diffidere apparet, & ſicut ab ea receſſum per expreſſam renunciationem, cum extinctione erat, ita ẽt pari modo per iſtam tacitam, qa lis calumnioſa, litis effectu caret, Put. 245. nu. 1. & 3. par. 2. Sed cum ſuprà relata diſtinctione tranſeundo, recentius Rota cenſuit.
10 Præterea ſi citatio, cũ inhibitione exequuta non reproducatur per 30. vel 35. annos ad ſummũ, pariter cauſa cenſenda erit derelicta, vt idem Put. deciſ. 528. ſeu vlt. par. 2.
11 Caſſad. dec. 3. vt lit. pend. Secunda erit cauſa deſerta, quando in termino nõ pſentauit proceſſum, ideo, ſi appellãs, qui ex ſacri Cõcilij diſpoſitione illum integrè aſportare tenetur, iudici, ad quem non exhibuerit, vel exhiberi non curauerit, pariter cauſa remanebit deſerta, quia ſi conſtat de productione actorum, omnia adeſſe præſumuntur.
12 Adeo, quod aſſerens contrarium, ſuam intentionem probare tenetur, Rot. diuerſ. parte prima, deciſ. 63. nu. 4. nec iudex non poſſit ſe fundare ſuper productione proceſſus, cuius copia parti non fuerit data, & eo magis, quando pars deuenit ad ſpecialem productionem particularium ſcripturarum, deciſ. diuerſ. ead. par. 1. 445. vbi nu. 3. dicit acta
13 facta in alio iudicio, ẽt inter eaſdem perſonas, niſi producantur, non probare, quia tũc ſcripturæ ſunt de actis, quando copia parti datur. Hinc eſt, quod actus facti cum procuratore fiſcali in iudicio criminali, nõ probant in cauſa ciuili, ita, vt iudex ex illis moueri debeat, Bald. in l. 2. num. 19. vbi Dec. nu. 44. C. de eden. Fel. in cap. cauſamque, el primo, nu. 14. de teſt. Bar. in l. 2. §. hoc edicto, num. 5. ff. de vi bon. rapt. Capic. dec. 107.
15 nu. 3. & d. deciſ. nu. 5. Et in conſequens, ſi producantur parte non legitime citata, non annullant proceſſum, quando conſtat proceſſum primæ inſtantiæ productum fuiſſe, ex quo apparet de re iudicata, tunc autem ſunt nulla, vel quando conſtat non fuiſſe tranſportata, vel quando ſumus in diuerſa cauſa, Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu 33. ff. de acq. poſs. Fel. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ, nu. 6. de conſtit. Rot. diuerſ. par
16 te prima, deciſ. 168. num. 1. Et quia multi malitioſi, commiſſa cauſa appellationis poſſidendo, non curant tranſportare acta. Sed inhibitione ſequuta, ſilent, ideo ad conſulẽdum indemnitati appellati, commiſſio datur, in qua terminus ad tranſportandũ acta appellanti aſſignatur, quo elapſo, & ipſis nõ tranſportatis, iudici ad quem mandatur, ꝙ ſuam moderetur inhibitionẽ, vt alio loco abundantius dixi, quæ commiſſio videtur quodammodo fundata in c. a. lator, q fil. ſint
17 legit. Tertio, ſi iudex, a quo ad illam proſequendam breuiorem terminum ſtatuat, quia ſi in illo termino cauſam non proſequatur inducitur deſertio. Sed credo in hoc Marãt. erraſſe, & dicere voluiſſe ad cauſam committendam, quo caſu ſufficit iter arripere, vt dixi, quia iudex, a quo, qñ a ſe iuriſdictionẽ abdicat, non poteſt ad cauſam proſequendã, vel finiendam iudici, ad quem terminum ſtatuere, licet quando iudex, a quo ſtatuit breuiorem terminũ, poſſit appella-
18 ri, vt tangam. Quarto pariter cauſa remanet deſerta, ſi pro apoſtolis reditum nõ fuerit (vt dixi ſupra) quando de illis loquutus ſum, debet autem pro illis in termino iuris redire, ac infra 30. dies cauſam appellationis

committi

cōmitti curare, Veral.dec.38.par.1.Cresc.dcis.2.de appel.Inn.&dec.54.de appel.ī antiq.
19 Quinto pariter si non potuerit hēre copiā iudicis ad quē, licet diligentiā fecerit in perquirēdo. Vnde si stante absentia faceret protestationē, & eas, quas potuit diligentias, & ꝙ per ipsum non stabat, tūc durante absentia, talis protestatio erit sibi adiumēto. Sed si eo reuerso opportune nō instet pro expeditione, causa remanebit deserta, & appellatio quoq;, non obstāte priori impedimēto, Alex.consf.19.nu 3. & 5. vol. 1. Sextus casus,
20 si appellāti iudex a quo ad recipiendū apostolos terminum statuat pro tali die, & appellans pro tali die non comparuerit, tūc ēt erit deserta. Septimo, qñ appellauit ab in-
21 terloquutoria, & iudex appellationē nō admisit, nam si tunc a nō admissione nō appelletis causa erit deserta, quāuis in c.fi. de lo, & cont.in 6. caueatur, ꝙ si litigator quęrat recedere a iudice p appellationē ab interloquutoria, absq; alia citatione possit deuenire iudex ad sñiam, & processus validus erit
22 vt formaliter ibi ī tex. dr. Octauo, qñ appellans appellatione pēdente, aliquid attentat, vel innouat in pīudiciū aduersatij appellati, illū spoliando. Nono, qñ appellans post, in-
23 terpositā appellationē terminū suscipit ad soluendū id, ꝙ in sñia cōtinetur, quia, cū illi acquiescat, appellationē deseruisse cēsetur.
24 Decimo, & vltimo, qñ appellās post intersitā appellationē corā iudice a quo simpliciter cōparet, & ex hoc actu cēsetur cām deserere, ac similiter appellationi renūciare voluisse, c.sollicitudinē de appel. & quo istud vltimū intelligatr, & procedat, vide latè, & ēt circa pmissa.ibid. Marant.a nu.408. vsq; ad nu. 425. Talis aūt appellationis desertio, fundatr
25 in l.fi.§ illud, C.de tēp.ad appel.& in c.licet de sent.excō. in 6. Rot.dec.119.diuers. p. 2.
26 num.11. Sed desertio multis modis ratione inopię, & alijs excusari pōt, de qb. latè p Lācel.de attēt.appel.pēd.12. ampl.n.49.& seq. cuius dicta nō refero. Inter cętera ad desertionē excusandā sufficit in termino 10. dierū in bācho cursorū cōmissionē esse, vt p decis.Cresc.1.de appel.duplici nāq; rōne, qa p nō desertione ī dubio iudicādū venit, Castr. in l.1.nu.3.ff.si qs caut. Secūdo, quia tps decē dierū, nō ad psequēdā, neq; ad finiēdā cām, sed ad illā inchoādā datur. Vnde, illo durante, sat incipere est, & si ac cōmissione, vt ibi Cresc.nu.3. & decis.48.in antiq.de appel. &
27 dec.25.in nou.eod. tit. Et quāuis in termino decē dierū commissio nō sit in actis pręsentata, tñ eā in bancho cursorū fuisse, si probetur, excusat a desertione, quia iā causa inchoata dr, Canon.in c.psonas vbi Abb.nu.8. & Fel.nu.1.ver.circa tertiū, tenēres terminū ad prosequēdā appellationē dari debere extra Ro.Cur.nō in causis, q̄ in ea tractant, & ꝙ talis terminus, ēt per iudicē a quo prorogari possit, vt ibi Fel. vers. istū terminū, de appel.& in hoc sat est præfata diligētia, quæ ēt appellāti pderit, Bellam. dec. 357. Secus
28 aūt si datis reuerētialibus infra decem dies cā cōmissa nō fuerit, nec aliqua ex pfatis diligentijs facta, nā tunc erit deserta, Cęsar.de Gras.~~dec.4.de appel.~~& decis.3.de reb.Eccle
29 siæ, non alien. Præterea, si dubitatur, ꝙ in termino decē dierū commissio expediri nō possit, adit R.P.D. Cācellarię Regens, q in calce cōmissionis ponit psentatā: q̄ operatur, cū de diligētia appellātis cōstet, & rescriptum impetrare tunc nō valentis, ꝙ per
30 alium mensem tps illi currat, vt dixit Rot. decisione quadragesimaprimā, de appel. in nou. & Crescen. decisione octaua, numero quinto, eodem titulo, & est tantæ efficaciæ, quod a desertione excusat, vt per Vestr. in sua prax.libro tertio, cap.3. num.4. vt latius in cap.de Officio. R. P. D. Cancellariæ regentis, supra parte prima retuli licet, quæuis alia diligentia, etiam quod commissio non esset infra decem dies redempta, & in manu signatoris non sufficeret ad desertionem euitandam, Put. decisio. 228. par.1. Tamen idem Put. decis.389. par.2. & Cassad.decis.4. de appell.firmat, ꝙ pro de-
31 serta fuit appellatio habita, Quia ille, qui cō missione, obtinuerat, stetit per 23. dies ante quā illam de manibus Cursorū redimeret, non obstāte, ꝙ infra decē dies in ea p D. Regentē fuerit apposita præsentata, & ea forsan ratione Rota mota fuit, quia in totum 30. dies erant lapsi, quod verum non credo, nā Rota teste, eod. Put.dec.389.par.2.tenuit talem præsentationē a desertione appellationis vindicare, licet cōmissio steterit post pręsentatā R.P.D.Regētis factā, per 25.dies in bācho cursorū, vt vbi latè cū allegatis cō-
32 cludit. Solent autem cauti procuratores, ne vt dixi) cōparendo coram iudice a quo videantur renunciasse appellationi, si simpliciter id faciunt, protestari, quod per talem cōparitionem non intendunt appellationi interpositæ renunciare, de quo expresse protestantur, citra consensum in iurisdictionem, &c. vt dixit Abb. in capitulo sollicitudinem, numero tertio, de appellat. Achil. decisione decimanona, eodem titulo, & ratio est, quia si talis protestatio omittitur, fit actus iurisdictionalis, quod procedit, data validitate sententię. Secus autem si esset nulla, quia non inducitur, ob id eius cōfirmatio, Gabr.lib. comm. opin. tit. de sen-

Cassad. decis. 4 de appell.

 tent.

tent. concluſione ſecunda, numero tertio, & mulieris in tit. concluſione ſecunda, a numero quinto, ad fin. & concluſione quarta, numero octauo, de appellat. Tamen pręmiſſa declarauit Rota habere locũ in principali, non autem in procuratore, quia non põt domino præiudicare interpoſitę per eũ appellationi renunciando, Veral. deciſione vigeſimanona, parte prima, Felin. in capitulo gratum 7. limit. de offic. deleg. Alexand. conſilio vigeſimoſecundo, numero decimoquinto, volumine primo. Ni-
33 hilominus ſi poſt interpoſitam appellationem iudex illum grauauit, citando ad videndum ſe grauari, & regrauari, & appellans compareat, petatque terminum prorogari, non ob id renunciat appellationi, quia fecit propter metum cenſurarum, non autem animo renunciandi appellationi, vti non renunciaſſe præſumitur, cum iſte actus tendat ad remouendum grauamen, Dec. in d. c. gratũ, Innoc. in d. c. cum olim, el tertio, ad fin. de reſtit. ſpol. Gozad. conſ. decimo octauo, num. nono, Achil. deciſione vigeſimaprima de appellat. Tunc non di-
34 citur deſerta, quando iudex non culpa appellantis, ſed culpa ſua, vel partis non procedit, Caſſad. deciſione quinta, numero quinto, & nono, de appel. ceſſat namque eo caſu negligentia, ob cuius odium datur, & intrat deſertio, Cæſ. de Graſ. deciſione tertia, numero ſexto, de reſtitut. in integ. lapſus termini ad docendum, non operatur de-
35 ſertionem. Sed tantum, vt iudex ad executionem procedere poſſit, Dec. in capitulo perſonas, numero decimo, de appellat. Roman. conſ. 136. Rot. deciſ. 300. num. 4. par-
36 te ſecunda, diuerſ. Sententia ſuper deſertione cauſæ interdum pura eſt interloquutoria, interdum interloquutoria vim habẽs diffiniuę, deciſ. 42. numero tertio, de appell. in antiq. Quod declara procedere, quando pronunciatur deſerta appellatio a diffinitiua, Biſig. deciſione vigeſimaſecunda, numero ſecundo, de appellat. Subdens, quod licet pronunciatum ſit ſuper deſertione appellationis, tamen ſi appelletur, & iterum doceatur de diligentia appellantis, poterit iudex reponere, Rot. eodem tit. in antiq. deciſio. 42. num. 1. & ſeq. quod ſolum in Rota ſeruatur, vt in præfatis deciſ. Fel. in Rub.
37 de re iud. num. 11. Ob id requiritur citatio, Gabr. comm. opin. tit. de citat. concluſ. 1. numero 214. & ſeq. Quando ad vnum cauſa erit deuoluta appellare ad alium nõ poteſt.
38 Præpoſ. in rubr. de appel. num. 69. Appellatio extraiudicialis in cauſis beneficialibus parte præſente interpoſita, cauſam ad Romanam Curiam deuoluit, vt per Veral. de-
39 ciſ. 35. numero primo, & quinto, parte prima, ſi cãm fore deſertam iudex pronũciat, & ſuccumbens appellat non eſt ei commiſſio denegãda, deciſ. 42. nu. 2. in antiq. ꝙ procedit in appellatione a diffinitiua, vel diffiniuè vim habẽte, nã ſi ab interloquutoria, vel grauamine eſſet appellatum, mera diceretur interloquutoria, quia principale negotium non finit, & poſt ſe aliam expectat ſententiam, Rot. deciſ. 12. de appellat. in nou. Fel. in Rubr. de re iud. num. 11. Bellam. deciſ. 603. Miliſ. in ſuo repert. in verbo ſententia per quã pronunciari, &c. Et id verũ eſt, dummodo principaliter ſit ſuper appellatione pronunciatum, Bal. in l. poſt ſententiam, nu. ſecundo, C. de ſent. & interl. om. iud. cap. ſignificantibus, el ſecondo, de offic. deleg. quę ſententia ſuper deſertione reuo-
40 cari non poteſt, Rot. deci. 9. de appellat. in nou. niſi modo præmiſſo, quod non procedit, quando iudex appellationem non fore deſertam pronũciat, quia eo caſu cum nec negotium principale, neque inſtantia finiat, mera dicitur interloquutoria, deciſione vigeſima prima, de re iud. in nou. Fel. in rub. eod. tit. num. 11. verſic. Quia tamen nihil reſtat, &c. Et quando dixi, quod aduerſus tale decretum reponi non poſſit, fallit in
42 Rota particulariter. Lapſus temporis in ſecunda inſtantia confirmat primã ſententiam clem. ſunt. de appel. quia perit ẽt cauſa, licet in prima pereãt ſolum acta ordinaria, Batt. in l. cum lis, ff. de iudic. Innoc. & Doct. in c. cauſam de teſtibus. Deſerta ap-
43 pellatione, iudex ad quæ deſir eſſe iudex Pariſ. conſ. 108. num. 30. & ſeq. vol. 4. & habetur, ac ſi non appellaſſet, l. fin. §. illud, C. de temp. ad appel. Afflict. deciſ. 78. nu. 3. Cacher. deciſ. 109. nu. 14. Grau. ad Veſtr. lib. 3. c. 6. nu. 16. Ideo deſeritur corã iudice a quo & facit ſtatũ cauſę, perinde ac ſi appellatũ nõ foret, Afflict. dec. 78. n. 3. Veral. loco cit.
44 Deſerere, & derelinquere inter ſe differũt, Rebuf. in cõcord. Frãc. in rub. de collator. §.
45 1. in verbo, deſeritur Cõmiſſionis appellationis pſentatio penultimo die anni currentis facta, ſi nulla alia diligẽtia aderit, ad excuſandã deſertionem non ſufficit, Put. deciſ. 389. nu. 1. & 2. par. 2. Subdens, nu. 3. Quod qñ infra xx. dies quis inſtat poſt appellationẽ corã D. Cancellarię Regente pro Signatura cõmiſſionis, vt ad Banchum curſorũ deferat, id excuſare a deſertione, dec. 24. de
46 appellat. in nou. Quando deſertã cauſam iudex declarat, in conſequens exequendam fore ſententiam dicit, & remanere debet coram eo exequutio, coram quo deſeritur.

Regula

47 Regula, quod dies termini non compute tur in termino, simpliciter procedit, & vera est. Sed quando additur ab hac die, tunc quia istæc verba separationem significant illico currere incipit, vt bene per Castr. in lege prima, numero secundo, C. si quis cautio, &c. iudex appellationis, potest super desertione causæ, absque alia commissione, pronunciare, Rot. decis. 86. de appel. in antiq. vti etiam sententiam confirmare, Rot. de appellat. in nou. decisione decima
50 quarta, num. primo, & secundo. Pariter, si appellatio extraiudicialis fuerit legitime intimata, & causa remansit deserta, nihilominus negotium principale remanet in curia, Rota de appellatio. in nou. in decisione decimaseptima, numero primo. Immo
51 quod plus est, non solum desertam appellationem pronunciare valet, sed alteram partem in expēsis condemnare, præsertim, si negotium principale, fuit ibi demandatū cum incidentibus, & emergentibus, vt fit in Romana Curia, & pariter ab alijs Principibus, ratio est, quia huiusmodi desertio, est vnum incidens, siue emergens, de quo tanquā de principali est ante omnia cognoscendum, capitulo primo, & capitulo tuam de ordin. cogn. quod tamen declara, vt per Felin. in cap. ex parte, numero septimo, & decimo, de rescript.

Commissionis Formula.

Com. *Vrbis.*

BEatissime Pater, si aduersarius, vel N. in præinserta pro oratore se gerens, S. V. narrasset, prout non sine dolo, & fraude tacuit, ad perpetuo A. S. V. oratorem litibus fatigando, tres contra ipsum latas fore sententias conformes, vel duas, quę vigores statutorum Vrbis faciubt rem iudicatam, ac vt prætenditur appellasse, & quod per annum, & vltra nihil aliud in causa fecerit, adeo, quod deserta remansit, seu in iudicatum transitum fecit. Et quia parum esset, sententias, & rem iudicatam habere, nisi debitæ, exequutioni demandarentur, ideo supplicat S. V. idē orator, quatenus R. P. D. N. committere, & mandare dignetur, vt cōstito, quod causa sit deserta, vel de re iudicata, seu de desertione, ac quod alias exequutioni locus sit, mandata quęcunque exequutiua insuper necessaria, & opportuna, decernat, relaxet, & exequatur, ac exequi mandet, & faciat, vsque ad integram oratoris satisfactionem, tam pro sorte principali, quam expensis in causa factis, ac fiendarum occasionem, coram eo faciendis, easque taxet, & moderetur, ac quodcunque mandatum, seu mandata exequutiua quo decernet, relaxet, ac pariter, exequi mandet, & faciat, etiam sub suo paruo sigillo, regula contraria non obstante. Cum potestate, &c.

Istæc commissio est pariter in commiss. restit. in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuræ generale, ad prorogandam iurisdictionnem, an sufficiat.*
2 *Mandati procuræ productio coacte facta, non operatur consensum in iurisdictionem.*
3 *Principalis constituendo, procuratorem per acta notarij causæ, non consentit in iurisdictionem.*
4 *Copiam scripturæ exhibitę procurator petendo, nō consentit in iurisdictionem.*
5 *Protestatio neminem ex aduerso audiri, nisi docto de mandato legitimo, quid operetur, & nu. 7.*
6 *Mandatum procuræ si non opponatur, semper exhiberi valet.*
8 *Principalis, quando a procuratore certioratus præsumatur.*
9 *Commissio, an impetretur a non habente mandatum.*
10 *Commissiones in Rom. Cur. potius distributiones dicuntur.*
11 *Commissiones quare simpliciter, interdum expediantur.*
12 *Commissio præsentata, si postea absque procura, quis compareat, nulliter facit.*
13 *Commissiō absq; mandato obtenta, quando litem inducat.*
14 *Commissionis ratificatio, quando præsumatur.*
15 *Commissio admissioais ad cap. Odoardus, & cap. peruenit non impetratur, sine procura.*
16 *Commissio obtenta, absque procura, tollitur per actum contrarium.*
17 *Commissio præsentata, an exhibita procura postea ratificetur, & quando.*
18 *Commissio a coniūctis personis, absque procura impetratur.*
19 *Consensus procuratoris sufficit ad faciendum causam curialem.*
20 *Commissio restitutionis in integrum, sine procura non impetratur.*
21 *Commissio a non habente mandato obtenta, qua cautela tollatur a principali.*
22 *Commissio a non habente procura impetrata, si ratificetur a principali tenet.*
23 *Commissiones plures in eadem causa productæ, quæ ratificentur.*

24 *Commissio in actis praesentata communis est.*
25 *Signatura interdum vult videre mandatum commissionem petentis.*
26 *Conditionibus rescriptis, non impletis nulliter iudex procedit.*
27 *Iudex cum aliqua qualitate datus, prius illam cognoscere debet.*
- *Differt in hoc delegatus, ab ordinario.*
28 *Forma, quando per aequipollens adimpleatur.*
29 *Commissio appellationis tacita re iudicata, est nulla.*
30 *Commissio secunda tacita appellatione in partibus commissa, est nulla.*
31 *Commissio dari interdum in curia solet, cum termino ad faciendum ratificare principalem.*
32 *Lis ex sola commissione pendere, quo ad impetrantem dicitur.*

De Commissione impetrata, absque mandato consensu in iurisdictionem, eiusve prorogatione, & declaratione, &c.

1 Mandatum speciale ad prorogandam iurisdictionem requiri, & non sufficere generale, tenuere, Felin. in cap. P. & G. nu. 11. de offic. deleg. Paris. consilio decimoquinto, numero tertio, volumine quarto, Iac. de Sancto Georgio, in l. prima, numero trigesimosexto, ff. de iudic. Guid. Pap. decisione ducentesima octuagesima quinta, numero secundo, & decisione 426. numero primo Mohed. decisione nonagesima, incip. Capitulum, Ioffred. decisio. sexagesi-
2 masexta. Immo per productionem mandati procurae coactae factam, vt puta, quando in Rota, vel alibi agitur per contradictas, quia eo casu, si mandatum procurae non producitur, principali praeiudicatur, sicut caussata, ex quadam necessitate, non inducitur consensus in iurisdictionem, Innoc. in capitulo inter monasterium, versic. item quia, ibi nullam, vbi Felin. numero nono, versic. Quinta declaratio, de re iudicata, Ias. in l. si conuenerit, numero trigesimosecundo, ff. de iur. omn. iudic. Marsil. sing. ducentesimouigesimoseptimo, praecipuè id verum est, quando talis productio fit non in officio notarij causae, & in iudicis absentia, quia nullo pacto tunc operatur consensum in iurisdictionem, sec. Bald. in capitulo primo, numero sexto, de iudi. Immo quod plus est, si principalis met cōpareat simpliciter procuratorem constituendo, etiam absque vlla protestatione, vel declaratione in actis eiusdem notarij, in cuius officio pendet causa, neque adhuc in iurisdictionem consensisse, dicendum erit, quia hoc non obstante, quascunque exceptiones fori declinatorias obijcere poterit, Glossa in capitulo finali. in verbo saluis exceptionibus, de dilation. Rip. in capitulo primo, nu-
4 mero vigesimoprimo, versic. Ego valde dubito, de iudic. Consideratur autem notarius, ad instar ministri in rogando mandato, sicut quilibet alter notarius, non autem sicut notarius causae, cum actus sit diuersus, & côram omnibus iudicibus operari possit. Pariterque comparendo in iudicio, copiā petitionis, vel alterius scripturae cōtra comparentem, vel suum auctorem productae petendo, neq; in iurisdictionem consensum inducit, l. non videtur, ff. de iudic. Bart. in l. si conuenerit, numero secundo, ff. de iuris. omn. iudic. Felin. in capitulo inter monasterium, numero septimo, versic. Sed casus, & numero decimotertio, versic. Vndecima, de re iud. dato etiam, quod in initio causae, & ante litis contestationem cauisset de stando iuri, quia adhuc declinare iurisdictionem potest, secund. Innocenc. in dicto capitulo inter monasterium, versic. Supradicta citatio, Bart. in l. si conuenerit, numero secundo, versic. item si dedit, Ias. numero septimo, & numero trigesimosecundo, Felin. in dicto capitulo inter monasterium, in verbo quinta declaratio, Marsil. singul.
5 227. Videmus protestationes fieri, neminem ex aduerso audiri, nisi docto de legitimo mandato, adeo quod per exhibitionem, & ratificationem subsecutis, antegesta conualidari, nec ratificari possint, alias de nullitate, talis nempè protestatio operatur, quod si post decretū, & processum factum quis mādatum procurae producat, etiam cum gestorum ratificatione, non validetur processus, seu decretum nulliter antea factum, Lap. alleg. 81. in princip. Guid. Bon. deci. centesimaseptuagesimaoctaua, de procur. Grau. cons. 108. num. 1. Vant.
6 de nullit. ex def. mand. num. 117. Subdens, nu. 118. quamuis mandatum parte non opponente, vel eo iudice non requirente, possit quandocumque produci, vt ibi per eum quod verum est, nisi esset procurator in alia causa, vel generalis, ac illud poenes se detinuisset

7 tinuisset, quia tunc poterit producere, & præmissa fallunt quando per acta eiusdem notarij causæ, quis erit constitutus, procurator, nā tunc sufficit ad validitatē gestorū absq; aliqua repetitione. Ita tenuit Rota coram D. Orano, in vna Cornetana damnorum, & interesse, veneris 16. Nouem-
8 bris 1584. Principalis præsumitur a procuratore certioratus, decisione tercentesima nonagesimasexta, parte prima, numero
9 tertio, diuers. Videamus modo, an commissio impetrari possit a non habente mandatum, seu procuratore non existente, habemus, namque textum in l. vniuersis, C. de prec. Imper. offer. quod in tali rescripti impetratione concessi per Principem, non attenditur, an sit Procurator, nec ne, & ita firmant ibi Bart. & Ias. sed Abb. in capitulo nōnulli, § sunt, & ali per tot. de rescrip. expresse contrarium asserit, quod litteræ ad lites, sine mandato speciali nequent impetrari, alias impetrata nulla reddantur, ea motus ratione, quia multi nouum mercimonij genus faciebant, finitas iā lites suscitādo, nouas fingendo quæstiones, & ideo, ne reus, quandocūq; ab actore indebite fatigetur, ad hoc, vt lites potius extinguantur, quam amplientur, id fieri prohibetur, pro qua parte viget alia ratio, nam quemadmodum procurator absque mandato, seu eius fines excedendo, omnia nulliter agit; Rom. consilio tricentesimo trigesimo, numero quarto, versic. Secundo id facit absque auctoritate, capitulo cum dilecto de rescript. capitulo cum venerabili, de offic. deleg. capitulo Pisanis, de restitut. spoliat. capitulo fin. de præb. l. diligenter, ff. mand. ac similiter, si reuocatum fuerit mādatum, capitulo in nostra, de procurat. l. licet, C. eodem titulo Staphyl. de lit. iustit. capitulo postremo, numero sexto, sic pariter ita impetrans rescriptum, cum omni auctoritate careat, vt ibidem Abb. numero sexto, Subdens, non esse ipso iure commissiones præfatas nullas, sed per exceptionem annullandas, & sic, si pars non excipiat, valebit processus, tamen non obstante dicto Abb. & aliorum eius, opinionem sequentium, huiusmodi disceptationem fore antiquam asserit Mandos. in commiss. caus. super benefic. versic. postremo omissa, &c. Concludendo, vna cum Bart. & Ias. in alleg. l. vniuersis, hodie etiam a non habente mandatum commissionem impetrari posse Bellam. decisione 730. incip. commissio impetrata, vt latius per eundem Mandos. super reg. de annali, quæstione trigesima nona, numero secundo, & sequentibus, decisione sexta, numero primo, de iudic. in nou. & decisione sexagesima prima, fuit dubitatum, de appellat. eodem libro, ex ea moti ratione, quia istę commis-
10 siones in Curia, sunt potius distributiones, & modica per eas iurisdictio datur, sed tantum iurisdictionis exercitium, quod Papa etiam nullo petente committere potest, quia præsentatur in Curia per Cursores, & vtrique parti communes sunt, vt latius in dicta decisione sexagesima prima, numero primo, Cardin. in clemen. 1. 3. not. eodem titulo, & sic de consuetudine seruari, pariter dixit Rebuf. in titulo, de diff. cunct. sing. grat. & iust. numero decimo octauo, nam in Romana Curia, sine mandato ad impetrandum fiunt gratiæ, & dantur rescripta ad cuiuslibet suggestionem, & ita passim Signatura seruat, ob id ordo datus in dicto capitulo nonnulli, & in capitulo sunt. & alij, non est vsu receptus in ea, & quando fiunt citationes, aliaque sollemnia, de illis minimè apparet, nec in actis rediguntur, nec de actis fiunt; quia notarius non interuenit, sed omnia substinentur, quia secun-
11 dum narrata fit gratia, in qua semper intelligitur clausula, Si preces veritati nitantur, ad quarum verificationem, si lis agitur, partes postea in ius vocantur, & ideo Papa non capit aliquam informationem præter narratam per partes, quia sub condictione præfata tacita, vel expressa, si verę sunt preces, rescribit, cap. 2. de rescrip. l. vnic. vbi Sal. C. de decret. referu. Sed solum requiritur (vt dixi) in commissarijs, non in gratiosis, id autē colligitanti non multū præiudicat, quia si
12 lis tractatur in Curia, & commissionem impetrans, absque mandato compareret, nō solum nulla erit præsentata commissio, sed etiam totum iudicium actum, qa cum non constet plenè de mandato, lis non pendet de iure, neque de facto, Rot. decisio. 2. de rerum permut. in antiq. Cassad. decis. 6. de dol. & contum. & decis. 5. vt lit. pend. Veral. decis. 164. par. 2. tuncq; vigore talis commis-
13 sionis lis introducta dicitur, quando cōstat de aliqua ratificatione principalis, vt ibidem Veral. dec. 165. parte secunda, & ideo, quia commissio est actus extraiudicialis, absque mandato speciali potest expediri, cap. nonnulli de rescript. Rot. decisio. 6. de iudic. in nou. Cassad. decisione tertia, nume. 3. & 4. de procur. Rot. corā D. Litta in vna Oscens. Canonicatus, siue indulti 27. Nouem-
14 bris 1598. Subdēs ibi Rota, ex notabilibus impensis in lite factis, ratificationem præsu-

mi, l. Paulus, ff. rem. rat. hab. Cassad. dicta decis. 3. numero tertio, & quarto, de procurator, Sed supradicta limita non pro-
15 cedere in impetratione commissionis super admissione ad cap. Odoardus, vel capitulũ Peruenit, de solut. & fideiuss. quia illo casu requiritur mandatum speciale, Put. decisione octuagesimaseptima, parte prima, vt dixi particularius in commissione su-
16 per dictis capitulis. Immo stante declaratione, & sic contrario actu, non dicitur ratificata, quam si ratificare voluisset, vtique secundum eius tenorem litem tractasset, Veral. decisione secunda, numero quinto, parte tertia, & quod plus est, Si talis com-
17 missio a non habente mandatum, præsentetur in actis, non ratificatur per superueniens postea mandatum generale ad omnes causas motas, & mouendas, Put. decis. 373. libro tertio. Quod declara, dummodo non ratificauerit gesta principalis, ante sententiam, quando procurator de rato promisit; & ob id tenet talis citatio, vt per Veral. decis. 254. parte prima. Sed bene ea obtenta, de mandato procuræ docere sat est, alias reus ab instantia iudicii veniret absoluendus, Rot. diuer parte tertia, decis. 115. numero primo. Si vero transmittatur principali breue extra Curiam, tunc poterit eo vti, vel non, quod in eius arbitrio repositum erit, & sic poterit ei præiudicare, cum suo fauori renunciare vnusquisque valeat, l. penult. C. de pact. cap. si diligenti de for. comp. Milis. in suo repert. in verb. gratia, septima quæstione quinta, Domin. in capitulo fin. de appel. in sexto, decis. 6. eodem titulo, in nou. & quamuis Ias. & Doct. in l. licet, numero 12. C. de prec. imp. offic. mãdatum speciale requiri asserant, tamen ibi loquuntur in casu particulari, puta in seruo necem sui Domini vindicare volente, quoniam, cum sit eius persona inhabilis, absque speciali mandato id facere non valet, licet Abb. in dicto §. sunt, & alij teneat, quod cõ-
18 iuncta persona, absque mandato rescripta impetrare possit, vti fil. famil. in patria potestate constitutus, de quo per Aegid. decis. 730. & qui dicantur isti coniuncti, vid. latè
19 Abb. ibi nu. 10. Nihilominus si procurator habens mandatũ consentiat, vt causa in Curia tractetur, licet alias in Curia tractãda nõ fuisset, quamuis esset remissibilis ad partes, non erit postea remittenda, Bellam. decis. 306. Rot. in antiq. decis. 13. de rescrip. Quod
20 tamen fallit in petendo rescriptum restitutionis in integrum, quia absque mandato speciali impetrari nequit, Cassad. decis. 2. nu. 2. de procur. vt latius sup. in com. rest. in integr. dixi Cautela circa præmissa est, vt il-
21 le, cuius nomine obtenta fuit commissio, cõpareat coram iudice, cui dirigitur, & medio iuramento, eam a non habente mãdatum nulliter, ac contra eius voluntatem fore obtentam, asserat, quodq; ea vti neque vult, neq; intendit, immo illi expresse renũciat, licet ab eodem non habente mandatũ producta sit, quia fauori suo renunciare, vnusquisq; potest, l. qđ facere, C. de legibus, & sic stante nullitate mandati insanabili, nihil ei nocebit producta cõmossio, c. in nostra, de procur. l. licet, C. eod. tit. Staphyl. de lit. iust. cap. postremo, num. 6. Eritque perinde ac, si non esset in rerum natura, immo si secus fieret, omnia in causa gesta, vna cũ sententia essent nulla Staphyl. vbi supra, in cap. secundum num. 10. & super hoc aticulo latius dixi in commissione sanatoria nullitatum, & hanc cautelam tene menti, quia sepissimæ accidere solet, Tũc autem tenet
22 commissio a non habente mandatũ impetrata, secundum Curiæ stilum, quando postea per illum, sub cuius noĩe impetrata fuit approbetur, tacitè, vel expresse, per processum ad vlteriora legitime, l. licet, ff. de iud. c. nonnulli de rescript. Ratio (vt supra dixi) est, quia talis commissio pro absente impetrata, vel ignorante, vel a non habente mandatũ, non valet, quouisque ille sciuerit, & acceptauerit, Bellam. decis. 583. Quãuis principalis, vtendo cõmissione, & inhibitione a non habente mãdato eius nomine obtẽtis, ratificet, ea, quæ enunciantur dispositiuè, nõ narratiuè in ea, vel eis, vt latè Fel. in c. cũ venerabilis, nu. 23. de except. Alex. cons. 16. nu. 22. vol. 5. Lancel. in præfat. de attent. lit.
23 pend. n. 757. p. 1. Immo si duæ fuerint, vt supra, nomine meo impetratę cõmissiones, vna directa A. C. & altera, vt puta Vicario, & ego approbo illam Vicarij, reprobata censetur illa A. C. vt per Aegid. decis. 184. Et in
24 hoc fallit regula, ꝙ commissiones in actis præsentatæ, etiam parte ad dicendum contra citata, sint communes, adeo, quod impetrans colligitante inuito illi renunciare non possit, vt per Fel. in rubr. de rescrip. num. 3. Sarn. in reg. de annali, quæst. 14. Verall. decis. 164 num. 3. par. 1. Sed caue, ne post commissionem actum deinde facias, in quo causam, quam procurator gessit ratifices, nam tunc vana supradicta erunt, quia omnia sic in commissione acceptata, & inserta, plene contra sic ea vtentem, probarent, vt latè per Gabr. lib. comm. opin. conclus. 4. de cõfess. Nihilominus aliquãdo vidi

25 vidi etiam mandare in plena Signatura iustitię, in vna Tullen. Iurisdictionis, proponēte R. P. D. Iacobo Caualerio nob. Romano 19. mensis Decembris 1596. retineri cōmissionem, donec doceretur de legitimo mandato illam impetrare tentantis, vbi in causa iurisdictionis, quam Archidiaconus prætendebat priuatiue quo ad Episcopum, Archidiaconus succubuerat, deinde porrigebatur commissio nomine parrochianorum contra Episcopum, & quia pro Episcopi parte asserebatur iam lis finita, & Aduersarium vti nomine parrocchianorum ad causam denuo intrigandam, & suscitandam insurgere, de quorum mandato non constabat, qui etiam non poterant præscribere exercitium iurisdictionis priuatiuæ contra ordinarium, vt per Rot. decis. 514. nume. 2. parte prima, diuers. stante dispositione Sacri Concilii Tridentini, auferente actum iurisdictionis ab inferiore, eamque ordinario consolidante, vt sess. 25. cap. causæ omnes, & nihil subditorum magis vnum, quā alium habere superiorem intererat, ad dec. Achil. 11. de sent. & re iud. ob id, quia visa fuit calumniosa, ad turbandam iurisdictionem ordinarium Episcopi, cui ius assistebat R. R. P.P. Domini mei Conuotantes, intra quorum numerum (licet minimus oīum) a multis ante annis sum, vnanimiter illam retineri voluere, donec appareret de patrocchianorum mandato pro illa obtinenda, & sic etiam in aliis similibus casibus, si occurrant, fieri poterit, secundum facti qualitatem arbitrio Dominorum, qui Signaturæ præsunt, iudicandis, in quo dari non potest generalis certa regula, Signatur sæpe com-
26 missio cum aliqua ex clausulis conditionalibus, vel limitatiōne, vt puta, dimissa possessione, refectis expensis, vel aliis similibus, tuncque Iudex, cui dirigitur, curare debet, vt conditiones præfatę in commissiōne expressę, ante omnia impleantur, alias si id negligat, seu in causa procedēdo ommittatur, nulliter erunt omnia, quia commissio limitata, limitatione non seruata, nullum producit effectum, & nullam tribuit iurisdictionem, Put. decis. 268. numero tertio, lib. 3. Sarnen. in comp. tit. Sig. de non iudican. iux. for. commissionis col. 2. vers. sed contra, quodque circa hoc vide relata per me, in cōmissione dilationum, & moratorum capitulo primo. Præterea, si committatur causa
27 alicui sub prætextu certę qualitatis, sine qua non esset iudex, debet prius cognoscere super illa qualitate, ac si opus fuerit, terminum ad illam probandam præfigere, late Afflic. decl. 297. & in hoc, vt dicit Vrsil. ibi in addit nu. 3. est differentia inter ordinarium, & delegatum, quia in delegato, si negetur qualitas, de ea debet ante omnia cognoscere, vel pronunciare se competentem expressæ, vel tacite procedendo ad vlteriora, Quamuis
28 cōditio, & forma possit adimpleri per ęquipollens, quādo forma respicit effectum, etiā si adesset iuramentum, & decretum irritās, Bru. in tract. de for. & sol. in tit. de implic. & obseru. for. concl. 15. & seq. vers. ad idem facit quia lex. decis. Pedem. 92. num. 15. Ias. in l. 1. n. 15. vers quarto adde, ff. de vulg. & pup. & in l. cum qui, §. si iuraucro, ff. de iur. iur. Rom. cons. 433. num. 3. Paris. cons. 97. num. 18. vol. 1. & cons. 33. num. 34. vol. 2. Cassad. decis. 2. num. de iud. & dec. 1. de dol. & cont. & decis. 26 super reg. Cancel. Sarnen. in reg. de annal. q. 30. vers. est bene verum Put. de-
29 cis. 252. vol. 2. Erit etiam nulla commissio appellationis, si aderit in causa res iudicata, & de ea non fiat mentio, quod etiam procedit, existente causa commissa super attentatis, Put. decis. 301. num. 4 lib. 2. sed id declara, vt in d. decis. & si ordinarię exceptiones tāgentes negotium principale contra commissionem appositæ non attendantur, nec admittantur. Tamen istęc exceptio rei iudicatæ, transactæ, seu finitæ, bene attendenda, & admittenda veniret, decis. 61. num. 2. de rescrip. in antiq. & est tex. in cap. 1. vers. nisi, de re iudicata, de lit. contest. in 6. vbi DD. Innoc. in cap. super literis, num. 9. & 10. de re-
30 scrip. Pariter nulla erit commissio, & subreptitia dicenda, si nōn fiat in ea mentio causę appellationis iam in partibus commissæ, capit. cæterum, vbi DD. de rescrip. Innoc. in cap. ex literis, pōst princ. de offic. deleg. nam si fuisset causæ pendentia in partibus narrata, vtique non rescriptum foret, & ideo ad talem subreptionem tollendam, non sufficit allegare ignorantiam procuratoris existentis in curia, de tali commissione in partibus, Oldr. cons. 357. num. 37. in fi. Soci. cōs. 164. num. 2. vol. 2. Crauet. cons. 80. num. 12. Commissio solet in curia dari, cum termini præfixione ad faciendum ratificare principalem, quando procurator promisit, quod principalis ratificabit, quo elapso, nullam iudici competere iurisdictionem pronuncietur, nec litem fore introductam, vt late
32 Cassad. super reg. Cancell. decis. 40. num. 6. Et lis dicitur quo ad impetrantem pendere, ex sola commissione, & decreto citationis, si decretum citationis obtinuerit, valide, Cassad. decis. 6. num. 3. super reg. Cancel. et, quo ad actorem, & citato, vt ead. decis. n. 13. & decis.

& deciſione trigeſimanona, ſuper dd. reg. numero ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ continentes, quæ dicantur, & quę requirant vt tales ſint.*
2 *Identitas cauſarum quomodo conſideretur.*
3 *Continentię cauſarum ante litis conteſtationem op ponenda eſt.*
4 *Cauſę continentię quando non diuidantur.*
5 *Iudex poſſeſſorij, eſt iudex etiam petitorij.*
6 *Cauſę continentes dupliciter dicuntur, & nu. 10.*
7 *Iudex qui contra vnum pronunciauit in eadem cauſa contra alium ſuſpectus eſt. Declara vt num. 9. & 12.*
8 *Animi perſeuerantia ex ſubiecto præſumitur.*
11 *Conceſſo aliquo, vel prohibito omne, ad id neceſſarium conceſſum, vel prohibitum cenſetur.*
13 *Connexitas conſideratur etiam ratione perſonę.*
14 *Cauſæ Dependens quando dicatur.*
16 *Cauſa emergens, quę ſit.*
16 *Cauſa incidens qualis dicatur.*

De Commiſ. ſuper vnione Cauſ.

PEndente cauſa vel cauſis in diuerſis Tribunalibus contra aliquam hæreditatem, diſcuſſionem bonorum, perſonam, vel ſimilem, ne diuerſas fieri expenſas contingat, in eiſdem ſcripturarum productione actibus, aduocantis, & procuratoribus, quæ omnia in creditorum, ſeu hæredem damnum redundarent, eo ſub prætextu, ne continentię cauſarum diuidantur, ac ne coram diuerſis iudicibus, pro eadem re vexentur, datur commiſſio, in qua patitur, omnes pendentes cauſas a quibuſuis iudicibus auocari, ac auocatas vniri, & vni iudici cõmitti, quod ad Signaturam gratiæ facere pertinet vt plurimum, quia derogatur priuilegiis, tollũtur conſenſus in iuriſdictionem, & alia fiunt, plenitudinem poteſtatis requirentia, ob id, primo, quæ ſint cauſę continentes, videndũ cenſeo. Quæ tales dicuntur, quando vnam & candem rem concernunt, vel cognitio vnius, ad alterius cognitionem confert, Fel. in cap. ſignificauerunt, nu. 8. de iud. prętereea opus erit, vt continentes cauſæ dici valeant,
2 quod inter eas detur idẽtitates, quæ ſit, vel reſpectu actionis, vel rerum, vel perſonarum, quæ in aliquo ex eis ad inducendam continentiam, vel connexitatem concurrere debent, Alber. in l. nulli, C. de iudic. Afflic. dec. 34. num. 13. quod ex exemplis per Iaſ. adductis in d. l. nulli n. 3. colligit, & per Menoch. de Arbit. iud. lib. 2. concl. 371. per tot. Natt. conſ. 135. num. 1. & ſeq. vol. 1. nec identitas cauſarum ex identitate exceptionis rei conſiderari debet, ſed tantum (vt dixi) ex identitate actionis, rerum, ſiue perſonarum, & ita Rota cenſuit ſub die 24. Nouembris 1581. in illa Rom. Caſalis corã S. D. N. Clem. VIII. tunc Sacrę Rotę Auditore approbando, doctrinam Iaſ. in d. l. nulli, nu. 6. C. de Iudic.
3 talis nempe cõtinentię cauſarum exceptio, ante litis conteſtationem opponenda venit, alias non admittitur, Grau. conſ. 60. nu. 5. & conſ. 258. nu. 7. verſ. præterea, ſed pro vlteriori clauſulæ intelligentia dicunt, Franc. Aret. in conſ. 29. num. 24. verſ. nec obſtat, & Bar. in d. l. nulli, in princ. Quod continentia cauſarũ
4 tunc non debent diuidi, quando pendet iudicium prius motum, Exempli gratia, plures ſunt hæredes, ac contra vnũ ago coram vno iudice, tunc ratione connexitatis, non potero alium hæredem coram alio iudice conuenire, ne ſuper eadem re, plures, ac diuerſę ſententię ferri contingat, quia idem regiſter eſt fabricandus, & ideo ne inconueniẽs ſequatur, vni iudici cauſę omnes erunt demandandę, Dec. conſ. 12. num. 17. verſ. & ne ſequatur abſurdum vol. primo, & idem Soc. in cap. fi. nu. 3. verſ. & ne ſequatur abſurdum de mut. petit. Fel. in cap. 1. col. 4. verſ. & ne continentiæ cauſarum de præſcrip. Et ſimiliter ſi hęres peteret, vt cauſæ in multis Tribunalibus pendẽtes præuia auocatione omnes vni iudici vniendo, demandarentur, quia cum reſpectu eiuſdem hęreditatis connexę iudicentur, non erit deneganda eo caſu cõmiſſio, ſtante eadem cauſa defenſionis ex præmiſſis in omnibus Staphil. de lit. iuſt. citatio perſonalis nu. 10. & de hoc in ſimili
5 habemus tex. in cap. fin. de iudic. vbi iudex, qui in poſſeſſorio pronunciauit, debet etiã de petitorio cognoſcere, ne continentię cau-
6 ſarum diuidantur. Dupliciter quippe cauſæ continentes dicuntur, Primo quando ſub vna actione generaliter plures ſpecies, & plura capitula cõprehenduntur, ſecundo quãdo ſuper eadẽ re agitur, licet diuerſis actionibus, Bar. in d. l. nulli num. 1. Immo quod plus eſt, Sec. Bar. ibi nu. 3. ſi cauſę fuerit finita, ratione continentiæ eadem cauſę coram eodem iudice, & non coram diuerſis, tractãdę veniunt, ac expediendæ. Quod ego tanti doctoris Bartoli pace, nec verum neque ita
7 loqui textum credo, quia ſi iudex habet cauſam, puta inter Titium, & Caium, ac in fauorem Titij pronunciet, alteri ſimilem cauſam habẽti, ex finali ſententia lata in eadem

cauſa,

causa, & materia, adeo suspectus ex sui animi preambula declaratione pronunciando, factus est, quod intrante firmissima presumptione de non mutatione opinionis, merito suspectus recusari poterit, quia lex multum suæ latæ sententiæ iudicem fouere presumit, adeo quod stultum dicere, ac cogitare erit, quod respectu vnius in eodem facto vnum animum, & alium mutando sententiam, habere vellet, Iccirco dixit Butr. in capitulo causam, el 2. de re iud. quod si iudex delegatus habet causam vti priuatus, ac vti delegato similis causa sibi demandata postea fuerit, tanquam suspectus recusari poterit, quia
8 animi perseuerantia in eodem subiecto presumitur, Innoc. in cap. Irrefragabili, in princ. de offic. ord. Moder. in capi. cum speciali; in princ. de app. Tamen pro huius dubij decla
9 ratione distinguendum puto, quod aliquando vna causa finita, Iudex qui de illa cognouit, non remanet suspectus in alterius causę illi annexę cognitione, & tūc (vt diximus) de possessorio, & petitorio ac de meritis informato, ne continentię diuidantur, poterit sibi cōmissio dirigi. Si vero fuerit suspectus, tūc iniquissimum videtur, quod ratione diuersarum personarum coram eo causa, licet cōnexa, tractetur, vel coram illo, quis comparere cogatur, quia (vt dixi) in principio Commissionis de iudicum suspitione, coram eo litigare durissimum erit, ca. quia suspecti 3. q. 5. vt dixit etiam tex. in capit. cum inter, de
10 excep. Præterea, tribus alijs modis causas cōnexas dici testatur, Imol. cons. 139. nu. 2. & 6. primo Aut ratione contractus, vel quasi contractus, actionis, vel obligationis iucundę, aut condemnationis sequendę, & istęc. cōnexitas donec apparet, manet sub primæ causæ cognitione, cap. accessorium, de reg. iur. in 6. Quia omnis intentio, & articulus, qui causam præpositā respicit, vel coadiuuat, dicitur pertinere ad antiqua, vel præcedentia, capitula, vnde intrat regula, Quod cum quid conceditur, vel prohibetur, omne id, per quod ad id peruenitur, censetur concessum, vel probitum, Bar. in l. 2. ff. de iur. om. iud. l. cum principale, ff de reg. iur. de quibus idem est iudicium, ca. cum singula, 8. dist. c. quo iure 21. dist. cap. si laicus, & cap. ordina
12 tus, 58. dist. Secundo modo consideratur cōnexitas ratione actionis, vel obligationis, vnde contrahitur stipulatio, §. item ex vno nascitur, instit. de verb. oblig. Tertio modo ratione condemnationis, vel executionis obligationis; quando de vno, ad aliud infertur, sed præfatę connexitates tunc non sunt considerandę, quando non sunt proximę causæ principali, quamuis aliquam habeant cum illi connexitatem, vt ibi Imol. num. 6. Cui
13 Quartus addi potest modus, ratione psonæ seu rei, vt dixi supra de herede, vel hereditate, & de his connexis, late tractant Mandos. in 11. reg. reuocat. q. 12. nu. 3. & 5. Dec. in ca. si duobu, sn. 19 de appel. asserens, illa esse cōnexa, quę ex diuersitate factorum separationem non recipiunt, ac vnius cognitio, ad alterius cognitionem tendit, vt idem Deci. consl. 33. nu. 7 Boer. decis. 33. numero quarto, & seq. Paris. consil. 66. nu. 13. cum plur. a-
14 lijs seq. vol. primo, Depēdens autem causa, tunc dicitur, quando res iudicata in vna, in alia exceptionem parit, Ias. consi. 9. numero 5. & 6. vol. primo, Deci. d. consi. 33. nume. 4. post med. vers. nam cum istorum, Capic. decisio. 122. in fin. Aymon. consi. 81. num. 5. & consi. 80. nu. 1. Put. decis. 98. parte prima, Gabr. lib. com. opin. tit. de iudi. concl. prima, nu. 35. ac dicitur etiam illa dependens, quæ a negotio principali originem trahit, illudque tangit, ac quando negotium principale pendet in necessarium consequens, opus est (vt dixi) quod de dependenti cognoscatur, Ruin. consi. 164 numero decimo vol. quinto, Angel. de Malef. in verbo emergentibus, & continentibus, Boss. in tit. de for. compet.
15 nu. 117. in prac. crim. Emergens nempe causa illa dicitur, quæ respicit processum, & ordinem litis, caditque in naturam exceptionis dilatoriæ quando agitur, an dilatio sit danda, an testes admittendi, vel iura, & si oppono scripturas non esse in forma probanti, quem non procuratorem, vel libellum ineptum, Bal. Castr. Sali. & DD. in l. 1. C. de ord. iud. Socc. iun. cons. 136 nu. 2. vol. 2. Lap alleg. 82. Incidentes causæ, & emergen
16 tes illæ censetur, quæ sunt eiusdem qualitatis, vt est causa iudicialiter agitanda, de quo est decis. Bellam. 328. Cassad. decis. vltima, num. 13. de caus. poss. & propr. & de his annexis, & connexis, late meminit Abb. etiam in tribus Apostillis, in cap. præterea, num. 6. in verb. cōnexa, de consti. Fel. in c. sedes, col. 3. vers. pro hoc vltimo, de rescrip. Boss. in prac. crim. in tit. de remiss. mere publ. nu. 30 &c.

Com. Tenor Vrbis.

Beatissime Pater, de anno 1603. proxime preterito, defuncto N. suo vltimo condito testamento, in quo deuotum S. V. oratorem P. hæredem instituit, post multa in eo disposita, sub die 10. mensis Maij dicti anni, per acta D. notarij, multi asserti præfati N. creditores, insurrexerunt, agendo contra bona hæreditaria

hæreditaria coram A.C.vrbis Gubernatore Vicario in Curia capitolina,& forsan alijs vrbis tribunalibus, in maximum eorum prę iudicium, quia quo maiores expensę fiunt, eo minus hæreditati soluendo remanebit, nec S. V. orator qui cum beneficio legis, & inuentarii illam adiuit,potest pro eadem hęreditate corā tot diuersis iudicibus sumptus sustinere ac iura tueri, stante copiarum, quæ in forma probanti coram vnoquoque iudice sunt producēdę,multitudine,& quia interest non vexari coram tot diuersis iudicibus,& tribunalibus pro eadem re, & causa,idem supplicat S. V. quatenus præuia auocatione causæ, & causarum huiusmodi occasione hæreditatis supradictæ coram quibusuis iudicibus Romanæ Curię pendentibus, in statu, & terminis quibus reperitur, vnaquęque, vel reperiuntur, omnes ad se auocare, illasq; sic auocatas, & in simul vnitas, alicui Rom. Cur. iudici ordinario committere, & mandare,audiendas,cognoscendas,decidendas, & fine debito terminandas summariæ omni, & quacunque appellatione Remota cum suis incidentibus,dependentibus annexis,& cōnexis,quam & quas, ac toto negotio principali. Cum potestate autem, &c. vt supra.

Priuilegiis,&indultis,p̄fatis tribunalibus, vel vnicuiq; personę vel loco concessis,etiā in corpore iuris clausis, ll. statutis vrbis,etiā iuramento vallatis cęterisque contrariis.

Et idem dicatur in causis discussionum, mutatis facto,& aliis, secundum occurrentiam.

Multoties datur ista commissio firmis remanentibus notariis, ne illis præiudicium inferatur.

SVMMARIVM.

1 *Commissio admissionis ad causam pro interesse, solet dari ordinarie in Curia, & quomodo.*
2 *Commissio admissionis pro interesse datur in statu, & terminus,quibus reperitur, consito de interesse, & prout de iure.*
3 *Tertius nisi docto de interesse,ad causam non admittitur.*
4 *Tertius absque commissione admittitur ad causam.*
5 *Tertius ex clausula omnesque alios,ad causam admitti valet.*
6 *Tertius in causa beneficiali pro canonizatione sui iuris, ad causam potest venire.*
7 *Tertius quando dat exceptiones obiectiuas.*
8 *Tertius possidens impedit executionem, etiam instrumenti.*
9 *Tertius ad impediendam executionem causa ad causam admittendus.*
10 *Tertius summarie de interesse docere tenetur.*
11 *Tertius ad tres effectus venire ad causam potest, vt hic.*
12 *Tertius quando impediat,ne in causa agatur.*
13 *Tertius lite contestata ad causam veniens, an impediat ne agatur.*
14 *Tertius veniens vt causæ assistat, quid teneatur probare.*
15 *Tertius an data principali dilatione, noua iura producat.*
16 *Tertius appellās, obtenta commissione, quid operetur.*
17 *Alienatio rei litigiose facta per tertium, quando teneat.*
18 *Tertius veniens ad causam, quando executionem impediat.*
19 *Tertius sciens,& non appellans,patitur rem iudicatam.*
20 *Tertius quando docere de sua possessione debeat.*
21 *Magnus Magister Hierosolymitanus, executionem sententiæ latæ contra æquitem, non impedit.*
22 *Tertius in omni instantia venit ad causam.*
23 *Tertii ius secundum naturam negotij principalis regulatur.*
24 *Tertia sententia,quando sit prima, vel tertia contra tertium.*
25 *Causa quando de cameræ Apostolicæ interesse agitur, in camera tractatur.*
26 *Causa quando a fisco quis ius habet, est cameralis.*
27 *Causæ feudales, sunt camerales.*
28 *Causa,vbi de patrimonio Apostolorum, Petri, & Pauli agitur, est Cameralis.*
29 *Camera Apostolicas causas,in quibus habet interesse,etiam instructas,auocat ad se.*
30 *Causa, licet ortum a camera habuerit, remoto eius interesse, extra cameram tractatur.*
31 *Causæ religionum, Illustrissimis Card. protectoribus remittuntur.*
32 *Tertius, si ad causam pro suo interesse non admittitur,potest appellare.*
33 *Tertius quando in commissione nō comprehensus.*
34 *Tertius quando appellans audiatur, & trium conformium executionem impediat.*
35 *Appellationi inhęrens, se partem in iudicio facit.*
36 *Excipiens de iure tertij,clare de illo probare debet.*
37 *Tertius non patitur iudicium ex clausula quam,& quas, & omnesque alios non docto de interesse.*
38 *Tertius an in causa spirituali pro suo interesse ad scandala vitanda admittatur.*
39 *Appellatio probibita litigantibus, tertio non denegatur.*
40 *Sententia contra Tertium lata, prodest, sed non nocet alio tertio, etiam in re communi.*
41 *Tertio, si appellat, & appellatus non agant, an sit commissio danda.*

Tertio

42 *Tertio quando res iudicata nocet.*
43 *Executio contra hæredem, vigore sententiæ latæ contra defunctum, non fit, nisi ipso citato.*

De Comm. quando tertius ad causam admittatur.

Lite pendente inter aliquos, insurgit interim tertius, & pro suo interesse ad causam admitti cupiens, porrecta commissione, eidem iudici, coram quo lis pendet, vt in statu, & terminis, quibus causa reperitur, illum admittat, committi petit.

1 Concedi namque passim huiusmodi cōmissio, admissionis pro interesse nūcupata, per Signaturam iustitię solet, sed in statu, & terminis, in quibus causa reperitur, addita
2 clausula, prout de iure. Et constito de interesse, nam virtus ambarum clausularum talis est, quod Iudex antequam petentem ex præfato rescripto ad causam admittat, de interesse gustare debet, alias petens erit exclusus a tali admissione, & iudex nil nouabit, ea ratione, quia non est quis ex gratia admittendus, Io. Andr. in ca. si cum de præb.
4 in 6. Quare si ius id concedit, licet simpliciter absque alio rescripto admitti possit ad causam, vt habetur in cap. si is contra quos, §. quod si secus, vt lit. pēd. in 6. Eo magis nō veniunt pręces deneganda. Sed forsan præsens commissio superflua dici poterit, quia aut coram ordinario iudice causa pendet, & de iure tertius ad eam pro suo interesse admittitur, aut coram delegato, & pariter vi-
5 gore clausulę, omnesque alios sua quomodolibet coniunctim, vel diuisim interesse putantes, poterit instare ad eam admitti, Innoc. in cap. veniens, el primo, vers. nam hic illa, de testibus, Abb. in ca. veniens, el 2. nu. 8. ibi Fel. num. 16. eod. tit. & quod coram delegato ad causam venire valeat, licet in commissione expressus nō sit, etiam fines tenuit
6 clausula omnesq; alios Rota, ex decis. Pur. 166. per tot. par. 3. & similiter in beneficialibus, etiam quo ad canonizationem sui iuris, dixit Achil. decis. 4. de excep. nam per regulam, quod non præsumitur scientia litis, l. verius, ff. de prob. istum nullam habuisse notitiam concludēdum est, vnde, si postea causam, in qua sua interest agitari videt, inuitus
7 ad sui defensionem iudicium petit, Cassad. decis. 1. de except. vbi tractat etiam, quando tertius iste dare exceptiōes obiectiuas queat & videre registrum, & quando possit, vel non testes producere, Afflic. decis. 235. per
8 tot. Sed si tertius iste possideat, tunc impedire executionem valebit, etiam si vigore instrumenti illam habentis paratam agatur, Alex. in l. a diuo Pio, §. si super rebus, nu. 28. vers. & bene facit, ff. de re iud. Fel. in ca. cum super, num. 15. vers. amplius, eod. tit. Galles. ad obl. in form. cam. par. 2. q. 2. numero 3. ratio est, quia interuertitur eius possessio, vel etiam ius suum lęditur, Innoc. In cap. veniens, el 2. nu. 3. vbi Io. And. num. 4. Butr. nu. 10. Abb. nu. 6. de testib. Fel. in c. cum super, de re iud. Couar. pract. qq. c. 16. num. 2. vti vid.
9 demus, fideiussori non nocere sententiam latam ipso non citato contra principalem, neq; absque nouo processu posse contra eū exequi, Roncag. in l. ex duobus, nu. 29. & 36. C. de duob. reis, Guid. Pap. cons. 12. num. 2. vers. præterea quia si sententia, At si per cōtradictas pronunciatum fuerit, sine difficultate procedit sit maxime si appellari omissum, quoniam in casibus, quibus nocet tertijs, nō habetur in consideratione contra tertios, si instantia caruit defensione, non obstāte quod fuerit processum cōtra legitimum contradictorem, l. ex contractu, vbi Glo. & DD. ff. de re iud. Pinel. in l. 1. par. 3. num. 50. vers. limitatur quarto, C. de bon. mater. Molin. de primog. liber. 4. ca. 8. nume. 10. Rota coram D. Orano, in illa Illardensis iuris deci
10 mādi, veneris 18. Aprilis 1597. At cautus sit iudex, quando executionem tertius iste impedire intendit, vt minime ad causam illū admittat, nisi euidenter de interesse constet, alias a limine iudicii eum repellat, quia id tali tempore potius ad calumniandum facere videbitur, quam alias, Tiraq. in trac. de const. par. 3. limit. 13. num. 14. Card. cons. 7. Fel. in d. lib. c. cum super, nu. 13. de re iud. & quāuis summaria causa dicatur, tamen pariter
11 de interesse summarie apparere, antequam in causa audiatur, debet, cap. veniēs, el 1. vbi Abb. 4. col. vers. nunc restat, in fin. & Fel. col. 6. de testib. Maran. de ord. iud. par. 4. in verbo vt iudicium mercatorum, n. 78. ad quod nō requiritur integra probatio, quia semiplena sufficit, vt per Fel. in d. c. veniens, num. 13. de communi attestans, & in d. c. cum super, nu. 16. de re iud. Couar. prac. qq. c. 16. n. 5 vnde, sicut loco supracitato refert Marant. nu. 179. de mente DD. in c. veniens, el 2. de testibus si in hoc iudicio, in quo summarię de interesse constare debet, per semiplenam probationem apparebit, non erit testium repulsa attendenda, sed vt distinctius, & breuius
12 procedamus, præsupponendum, ad triplicem effectum tertium ad causam per alium

ceptam

ceptam venire posse Primo, vt aliquis, qui iā illam cepit, vlterius non agat, Secūdo liti, & causa pro eius interesse assistendo, ac vt ex probationibus, & iuribus productis ad victoriam tendat, iuxta illud adagium omnibus notum, inter duos litigantes, tertius gaudet. Tertio, quando post latam sententiam ad causam venit, vt eius executionem impediat. Quamuis quartum effectum addat Benint. decis.75.n.5.allegans Afflict. dec. 135. nempe principaliter, vt causam de nouo incipiat, ac de nouo omnia faciat & an, & quādo ad perseuerādum in iudicio cogi valeat, ibi tradit Benint. Primo itaque, quando insurgit tertius iste ad impediendum ne quis agat, si ille, qui cępit est principalis, impedire non poterit, Alex.consi.60.col.fi. vol.5. c. sępe, ff.de re iud. At si non pertinet principaliter ad eum, qui causam cępit, sed in consequentiam, & ad tertium illum principaliter, tunc, aut tertius iste venit ante litis contestationem, & impedire poterit adhibita causę cognitione, quæ in hoc articulo venit quoque adhibenda, vt dixi Put. decis. 375. lib. 1. & quāmuis contra eum causa non sit commissa, sed in dispositiua tantum mētio fieret cōtra intrusos, & intrudendos, tamen, quia in parte potestatiua, quæ talis dicetur illa, cum facultate citandi, & inhibendi, omnesq; alios, vel dictum aduersarium, & omnes alios sua communiter, coniunctim, vel diuisim interesse putantes, sicuti impetrans, commissionem alios citare facere actiuę potest, ita etiam, & passiue citari illius vigore,
13 Put.deci.385.lib.1. Sin vero tertius iste post litis contestationem superueniat, & denuo subdistingue, aut (vt dixi) causam ignorauit, & impedire potest, aut sciuit illam agi, & passus fuit, & illo statu impedire nequit, sed bene assistere valet, & ita formaliter dixit, Bart. in l.si prçlusorio, §. sed, & agere, nu. 1. ff. de Appel.Boer. decis.79.num.3.Secundo casu
14 principali, quando venit, vt causæ assistat, tunc (vt dixi) de eius interesse summarię cō stare, & probare debet, & non sufficit ad hoc iuramentum, sed requiruntur semiplenæ probationes, vt ibid. Marant. loco cit. ex dictis per Bar.in l.a diuo Pio, §.si super rebus, num.2.ff.de re iud.Rot.de iudic.decis.11. in antiq.l.3.§.sciendum, ff.ad exiben. capit. veniens, vbi Fel.col.2.in verbo audiēdus, n. 5. de testibus, qui late factum hoc differens, multa cumulat, quam videas, si occurrat, quia eius dicta non refero, vel saltim sufficit vt de eius interesse apparenter probet, Put. decis.166.in fi.parte 3.alias sequeretur absurdum, si præmissa non militarent, quod esset in cuiuslibet tertii potestate, commissiones impetrando, earum virtute, in causis, vt im-
15 mortales fierent, machinare (vt dicam) Sed an in facto nostro iste tertius post actori datam primam dilationē producere iura possit, & an ex actis ab eo factis lędatur, ponit Bar.in d.§.sed, & agere, num.3. 4. & 5. vnde bene praxis inoleuit, ꝙ non solū in nostra cōmissione addatur clausula cōstito de interesse, verum etiam, & aliam, prout iuris fuerit, ad causam, in statu, & terminus, quibus reperitur, admittat, vt per Mandos.in commis.admissionis pro interesse, in verbo pro suo interesse, Innoc.in cap.super his, n.7.de
16 accusat. ca. veniens, el 2.de testibus. Tertius vero appellans, ac nouam obtinens commissionem, facit, vt tertio litis status non noceat, quemadmodum declarat Cassad. dec. 1.num.3. & per tot.de excep. & Appellatio. interdicta collitiganti, non erit tertio prohibita censenda, Fel.in d.c.veniens, col. 2. vers. prima conclusio, Menoch. de adipisc. possrem.4.num.844. & duob. seq. Alias tertius
17 possidens succumbere in lite dubitans, bona, de quibus agi cōtingebat, alienauit, & sic in creditoris fraudem, vel collitigantium, & quamuis reuocatoria tunc agi possit, dūmodo reali actione actum non fuerit, tamē id non procedit, quando in executione sententiæ statim ferendę factum esset, Ias. in l. a Diuo Pio, §. si super rebus post numerū. 10. & ibi Hercul. col. pen. ff. de re iud. quia illo casu in fraudem sententię, & executionis id factum præsumitur, quando lis esset talis, in qua de facili speraretur executio, & condemnatus, alia bona, præter alienata, in quibus executio fieri posset, non haberet, Castr. in d.§.super rebus post nnm. 8. vers. vbi Bal
18 dus notabilius, & vers. & poterat dici, Tertius & vltimus est casus, quando ad impediendam executionem tertius insurgit, & tunc aut res, de qua agitur, a nemine possidetur, seu vacans est, vti exemplificari potest in beneficio, & pariter si incōtinenti de suo interesse tertius iste docebit, executio erit retardanda, etiam quando appellatur a mandato de exequendo, si super iure, de quo opponitur, venit discutiendum, Veral. dec.40. par.1. Alex. in d.§.si super rebus, nu. 10. Put. deci.326.par. 2. Aut res ab alio per sententiā victo possidetur, & eo casu, non obstantę obiectione istius interesse habere asserentis, executioni demandabitur, vnde illam minime impedire poterit, quia si (vt dixit) debet venire in statu, & terminis quibus reperitur causa capitulo primo, vt lit.pend. in 6. Felin.in capitulo, cum super, num.15. de re iud.

iud.appellando a sententia,si illa est,quo ad mortuum vltima,debet etiam contra illum tertium eius executionem impedire, non valentem,exequi,Put.decis.71.lib.3. Achil. deccisio.13. de Appellatio. Mohed. decisi. prima, quod etiam procedit, quando agitur ex obligatione de stando vnicę sentētię, vt Rota obseruat quando possessor,qui obtinebat,habuit remissoriā,& de stando vnicæ consensit,ac se obligauit,vel sequestro assensit,Put.decis.43.lib.1.& decis.305.lib.2. Ioa. Paul.decis.117.& sic,si vltima contra defunctum erat,in illo statu,pariter contra appellantē,vel ab illo ius habentem,talis erit repudanda,Mohed.dec.103.Put.dec.11.lib.3. Interdum autē subuenitur isti tertio per cautionē ab illo,q obtinuit præstandā, vt cōtra aliū petitorē indēnis seruetur,& pręfata cautio operatur,ne tertius valeat post illā pręstitā executionē impedire,Fel. in d.c. veniens, col.2.l.si is a quo,& l.seq. ff. de re iud. Cresc. dec.11.de rescrip.de quo late p Menoch.d. recuper.pos.rem.1.nu.327.& seq. Ratio diuersitatis illa affertur, quia vbi transfert res vacans in alium,tunc petentis condictio deterioratur,quia leuius petitur res vacās,quā possessa,ob id sententia, si contradictor sua interesse probet, vbi de vno in aliū possidentē transfertur dominiū, nō mādatur executioni,quia non potest tūc petitor, quoad cōdictionē deteriorari, vt notanter tenuit Innoc.in d.c.veniens,el secundo, nu. 1. quē sequitur Bar.in d.l.a diuo Pio,§.si sup rebus,n. 7.& Boer.dec.79.nu.1.ac de relata cautione n.3.Immo prędictū tertiū appellantē audiri non debere,credo in prenarato casu,quia,si non grauatur,repellitur ab appellādo,Bald. in l.post sententiā, nu.6.C. de sent. & interl. om.iud. Dec.post alios ĩ c.si duobus,in prin. vers.dictū tamē de app.& cessante grauamine,a quo ortum habet appellatio,pariter,& ipsa appellatio cessare debet,Tiraq. ĩ trac.de caus.ces.par.1.n.39.Ideo cū per cautionem, quæ sequestri est medicina,fit ei consultum cōqueri nō potest, Franc.Curt.in trac. de se

19 quest.q.14.nu.55.l.fin.ff.de ord.iud.Nihilominus debet,& potest de iure tertius in causa interesse habens, vel pro suo interesse, a sententia cōtra aliū lata appellare,alias si habita de illa notitia id facere prætermittat, lata sententia pariter in iudicatū contra illum trāsibit late, Couar.prac.qq.c.15.p tot.DD. in l.sępe,ff.de re iud.& in c.super, vbi Feli. n. 12.in fi.eod.tit.&appellationē a tertio interpositā prosequi Felin. in c. veniens,nu.5. de testib. ꝙ tamē declara vt per eundē Feli. ibi nu.8.9.&seq.vbi ample articulū hūc tractat, ꝙ nullā apud scribētes difficultatē habet,sed in hoc pariter tertius de suo interesse statim docere debet,alias veniret repellēdus,& audientia illi a iudice deneganda.Couar.in eodem titu.cap.8.nume.1.& 2.Itaque quando de istius terti calumnia constat,neq; appellans auditur, neque ad causam admittitur, capitulo sciscitata, vbi DD. de in integr.restit.l el.in d. c.veniēs, n.4. Card.in clem.1.q. 4.de re iud.Et hoc te nō lateat,ꝙ si tractatur de supersedēdo in executione Breuis, dilatio danda erit,Sed qd si tertius reperit in pos

20 sessione post decretū executorialis contra eū,q est pbatus possessor per testes,& per veras probationes nō aūt p cōfessiones, vel inditia an teneat probare se ante litē motā fuisse in possessione,& Rota ea mota ratione dixit,ꝙ sic,qa probationes factæ nō obstāt,qa si ille,contra quē erāt decretę executoriales reperiebat in possessione tēpore iudicij moti,necessario illū tūc tēporis possidere nō potuisse cōstat,cū eodē momēto duo in solidū possidere dicendū nō sit,& nisi intrusus,lite pēdente,pbetur,possessor erit cēsendus,alias nunquā locus executioni esset, vt bene per

21 Achil.dec.21.de pbat. Rursus fertur sentētia cōtra pceptorē religionis Hierosolimitanę,q̄ in iudicatū trāsit,& qñ p eius executione instatur,Magnus Religionis magister vel alij,executionem impedire satagentes, occurrūt,eo medio,qa snia contra pceptorē tēporalē lata, nō potest magno Magistro,neque religioni ppetuo pmanēti,pręiudicare, quēmadmodū snia lata contra hęredē, non afficit fideicōmissariū,Ias.in l.decē vbi Crot. num.37.ff.de verb.oblig. Alex.in l.si de vno quoq; circa fin.ff.de re iud.Achil.dec.3.eod. tit. At negotio discusso, Rota contrariū tenuit,qa pceptores sunt legitimi pcuratores, & Ecclesiarū defensores,licet in Ecclesiastica dignitate causa administrationis cōstituti non sint,vt abunde per Achil.dec. 11. de re

22 iud. Apponuntur vlterius in commissione nostra alia verba, in statu, & terminis quibus reperitur, & id ex dispositione capituli si ij,in fin. vt lit. pend. in sexto, vbi Glosa in verbo in illo statu, & ideo illa verba apponi mandatum fuit, vt fraudibus obuiaretur, quia multoties causę perducebatur vsque ad finem, & postea alteri iura cedebantur, quo mediante, denuo lites incipiebant, in cuius expeditione deinde alia similis cessio fiebat, sicque in infinitum, postea lites protrahebantur, absque eo, quod illis vnquam finis esset, ideo Sanctissime summus Pontifex ibi illa addi verba statuit, quæ tantæ sunt importantiæ, quod in eo statu admissus, si bene terminus ad articulandum tentus fuerit, minime ad obie-

ctos dandos, admitti poterit, quia si statu litis beneficio gaudet, debet cum suis qualitatibus in illo agere, nam alias erat in sua potestate vigore clausulæ omnesque alios (vt præmisi) comparere, at quia prius, vel non venit, vel non curauit venire, modo præmisso, statu causæ, cum suis qualitatibus arctatur, capitulo quod damnum, de reg. iur. in 6. l. secūda, §. quod diximus, ff. si quis caut. Cassad. decis. prima, numero tertio, de except. Rot. in antiq. decis. vndecima, de rescript. Oldr. cons. 255. numero quarto. Vnde si sciuit litē motā, testes examinatos, ac rē publicatas depositiones, nō poterit, nisi sup nouis articulis audiri. Secus si ignorauerit, qa licet testificata sint dicta, tam sup eisdē articulis, quā super directo cōtrarijs, nouos inducere testes poterit isto etenim casu oia gesta per ipsum reū approbare videtur, ac illis met terminis, quibus principales litigātes vtuntur, arctari, vt late Afflic. dec. 235. & Rota Bonon. decis. 75. Oldrad. Alleg. cons. 255. nu. 4. Quod in omni instātia id sibi locū vēdicare, asserit, quia si pendet cognitio appellationis, nō potest dici causa finita, nā agendo potest error facti corrigi, & per consequēs, iste tertius obtinere, vt ibi Oldr. nu. 5. deci. 20. de rescrip. in nou. Butr. cōs. 9. Gemin. cons. 120. col. 2. Alex. cons. 82. nu. 6. vol. 1. vbi etiā dicit, ius istius tertij regulari secundum naturam iuris principalis, Ancher. in cap. 2. in fi. vt lit. pend. in 6. Alber. in d. l. sępe, ff. de re iud. Ancher. cons. 182. Afflic. dec. 15. & illi prodest, qui alias ex sua persona non posset comparere, Gom. cons. 53. nu. 9. vol. 3. ob id, si tertius venit ad causam beneficialem, litē, causamque pariter suscipere tenetur, in eisdem statu, & terminis, quibus reperiebatur tempore obitus sui antecessoris, Dec. cons. 89. n.
25 1. Put. dec. 71. par. 3. per tot. Sed vnā quæstionem tangit Mandos. in cōmissione admissionis pro interesse in statu, & terminis, &c. de qua nūc tractamus, pone, dicit ipse, quod tertius, in tertia instātia veniat, & ad causam pro suo interesse admitti obtineat, succumbatq;, an ista tertia sententia contra primū litigantem lata, qui per duas alias succubuit, erit pariter tertia contra supradictum tertiū sic admissum, vel prima, & Domini de Rota dixerunt in hoc, quod si agi causam sciuerit contra istum admissum similiter tertia erit, secus autem si ignorauerit, vt ibi Mandos. nihilominus si iste tertius in tertia instātia ad causam venerit, & vigore commissionis petat in statu, & terminis, in quibus reperitur admitti, & in specie seruatis terminis substātialibus, perinde ac si præfati termini ipsius intuitu seruati forent, quatenus contra ipsum feratur sententia, adeo suam sententiā facit, quod iam contra se tres reportasse, dicendum erit, vnde amplius appellare nō valebit, quia in illo statu, quo venit, sententias suas fecit, vt paulo ante dixi, ex Put. decis. 71.
26 par. 3. nu. 6. & 7. Commissio, vbi de Cameræ Apostolicæ interesse agitur, eidē Camerę venit demādāda, quāuis camera habeat magna priuilegia in similibus, illam reassumendi, vti etiā quando fiscus succedit in hæreditate alicuius mortui absq; hæredibus, vel similibus, nam talia eius sunt priuilegia, etiam de iure cōmuni, ꝙ ad suum forū, quando interesse hēt, causas trahat, l. ad fiscū §. si quis C. vbi caus. fiscal. l. 3. C. de iur. fisc. lib. 10. vbi Glos. Bar. & DD. Et maxime, quando quis a
26 fisco ius habeat, nā lite fisco tūc denunciata, mutare tenetur iudiciū, & eorum ipsius fisci iudice agere, Iul. Clar. in prax. crim. q. 78. vers. itē in fiscū Paul. de Castr. cons. 390. vol. 2. late Borgn. Caualc. dec. 8. n. 2. 3. 18. & seq.
27 Et tanto magis, si agi de feudis contingat, vel aliis cameralibus iurisdictionibus, vt expresse cauetur ex Bulla Pauli tertii, de qua in Bullario, nu. 77. ac Pii Quarti, eod. Bullario,
28 num. 44. Sicut ēt quādo agitur de patrimonio Beatorū Petri Apostolorū Principis, & Pauli Doctoris gentiū, quia pariter coram, procuratoribus Cęsaris, ad quorum instar sunt hodie Domini Clerici Camerę, in Camera Apostolica causa tractanda erit, tot. tit. ciuil. caus. fiscal. l. 1. C. de fid. instr. libr. 10. Ant. Peregr. in trac. de priuil. fisci lib. 6. tit. 1. in princ. idq; ēt extēdit, si agi cōtingat de bonis, ex quorū amissione ius collectādi Camera pderet, qa cū pariter tūc agat de illius in-
29 teresse, causa in Camera erit tractāda, Bal. in c. 1. n. 5. q̄ sit regal. Ias. cōs. 100. col. 1. vers. causę aūt fiscales vol. 1. Et in sūa, id verū est, ꝙ si secūdario ēt de eius interesse appareret, dato ꝙ corā alio iudice causa instructa sit, vigore supradictę Bullę Pii Quarti, nu. 44. in Bullario poterit illā ad se auocare, & multa de hac materia ponunt in reformatione eiusdē Pij Quarti, de qua in d. Bullario, n. 70. q̄ videas,
30 Et q̄uis oītū a Camera causa habuerit, si exclusio camerę interesse īter tertios agi cōtingit tales causæ neq; in Camera agitari, neq; in illa tractari solent, sicut in similibus fieri
31 videmus in multis causis religionum, quę ex vrbanitate quadam, ad Illustrissimos & Reuerendissimos Cardinales earum respectiue protectores cognoscendas, & eorum arbitrio Religiosos puniendos remitti solent. Tertius veniens ad causam pro suo
32 interesse (vt dixi) si non admittatur, poterit appellare, & tunc impedit executionem trium conformium, Oldr. cons. 254. Innoc. in cap.

in cap.cum super,de re iud.Bal.in l. a sententia C. de App.Oldr. in cons.254.Innoc.in c. cum super,2.col.de re iud. Alex.in l.a Diuo Pio,§.si super rebus, ff. eod. tit. Quando in
33 commissione non adest clausula contradictores,vel alia, omnesque alios, &c. contra tertium procedere iudex non poterit, Abb. in capitulo pro illorum, numero nono, de probat.lo. Monac.in capitulo primo, nu. 7.
34 & 8.de concess.præb.Vbi Gemin.num.11.& Franc.numero sexto, Tertius,si latæ sententiæ notitiam habens, appellet, constito de aliquali interesse,erit audiendus, capit. cum super,vbi Fel.numero vndecimo,de sent.& re iud.Lancell.de attent.par.2. cap.12. limit. 50.num.171. & talis appellatio etiam trium conformium executionem impedit, Gab. lib.com.opp.de exeq.rei iud.concl.1. num. 15.Vant.de nul.in tit. quis,de null. dic. poss. numero 19 Lancell.vbi supra ampl. 14. numero secundo,& sequitur Bar.in l.si quis libertatis,de petit.hered.Boer.decis.79.nu. 3. Bar.in l.si præiudicio,§.sed,& agere num. 2. ff.de app.Natt.cons.377.numero primo, capitulo si super beneficio, vbi Fel. n.10.de re iud.Vant.de null.quis de nul.dic pos.nu.19. Afflic.decis.15.num. 30. Tamen declara ad hoc vt executionem præmissa appellatio retardare possit, quod debet iste tertius in continenti docere de iure suo, ac in promptu probare,Boer.decis.29.in princ. Lancel. de attent.amp.14.num.24. Appellationi in-
35 hærens,sicuti facit prænarratus tertius,se partem in iudicio facere,dicitur,Rot. decis. 52.
36 de appell.in no. Immo contra istum tertiũ, etiam intrabit regula,nil nouati appellatione pendente,Lancell.tit.de attẽt.a tertio,capitulo tertio, numero 64. cum add. Vnde si
37 aliquis de iure tertii excipiat,debet de illo clare,& liquide docere,Bar.in l.2.nu.2.ff.de except. Sarn.in reg.canc.de nõ iudican.&c. q.1.col.2.& sup.reg.de public.q.7.Paris.cõs. 47.num.98.vol.4. At quando tertius pariter
38 ad causam vigore clausulę,quæ ordinariè in commissione apponi solet,omnesq; alios, tam coniunctim,quam diuisim,quomodolibet sua interesse putantes,venire voluerit, nisi de interesse doceat,non poterit procedi contra eum,Put.decis.242.parte 2.& saltim summarie de illo probare suum erit,Bisign. decis.1.de rescrip.alias non venit audiendus. Tiraq.de constit.par.3.limit.13.nu.14. vnde bene per Signaturam in tali Commissione additur,dum tertius ad causam admitti pe-
39 tit,clausula,Constito de interesse,& an pro suo interesse quis in causa spirituali,ad vitanda scandala sit admittendus,late tradit Mandos.in commis.admis.pro interesse,in verbo causam , quem videas Appellatio prohibita,quo ad litigantes,non censetur quo ad tertium,Feli.in ca.veniens, el 2.col.2,vers.1.
40 conclusio,de test. Menoch. de adipisc. poss. rem.5.nu.855.& seq. Tertio sententia in re cõmuni ad fauorẽ vnius Socii lata,prodest, sed nõ nocet,l.si de cõmuni,ff.si seru. vend. Glos.in l.2,ff.quib.res iud. nõ noc. Innoc. in c.causam in fine,q fil.sint leg. Alex.cõs.186. nu.11.vol.2.& in l.sępe,n.52.ff.de re iud. Rota corã D.Orano in vna Illardẽsis iuris decimandi,veneris 18. Aprilis,1587. Quid si nec appellans,nec appellatus agãt,an tertius ap-
41 pellationis cõmissionẽ obtinere possit, ant audiẽtia sibi veniat denegãda, de quo vt breuitati consulam distingue vt per Zabarel. in
42 clem.cõstitutionẽ,§.sane,n.4.& 5.de elect. &an,&quãdo res iudicata tertio noceat,vel alijs,accede Fel.in c.qñ & seq.de re iud.Tan
43 dẽ re nõ lateat,ꝙ executio sentẽtiæ latę contra defunctum, contra hęredẽ,nisi ipso citato, fieri nequit, Feli. in c. quia n. 4.de iudic.

Com. *Formula.*

Beatissime Pater lite, & causa pendente in Sacro Rotę Auditorio inter A.actorẽ ex vna,& B.reum conuentum ex alia, causa & occasione quarundam terrarum vel bonorum sitorum in territorio Reatino in loco dicto de valle viua,iuxta suos cõfines,causa,& occasione de quibus in actis cum S. V. oratori,C. valde ĩtersit de iuribus suis experiri,ideo dignetur S.V. eidẽ R. P. D.N.Rotæ Auditori committere, & mandare vt præfatum oratorem in causa, & causis præfatis in statuq;,& terminis quibus reperitur pro suo interesse, & prout de iure, admittat, & audiat,aliaque circa pmissa quõlibet fuerint necessaria,& opportuna faciat,& exequatur, Cum potestate citandi,& inhibendi, &c.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ vnde dictæ antiquitus erant.*
2 *Feria quęlibet dies pręter Sabbatum, & Dominicam dicuntur.*
3 *Feriæ vnde dicantur.*
4 *Feriarum tres sunt species.*
5 *Mandosii opinio quod duę sint species feriarum reprobatur.*
6 *Concilium Ephesinum nil die fieri statuit die Dominico, & in alijs diebus honesta.*
7 *Dominicus dies a Resurrectione Domini cepit.*
8 *Martirum Natiuitas eo die,quo mortem subierunt vocatur.*
9 *Festa venerari, ac obseruare, vtrunque ius, præcipit.*

10 *Feriati dies, & festa quæ in iure sint.*
11 *Ferijs ad honorem Dei institutis, non renuntiatur, etiam de partium consensu.*
Sed alijs sic.
12 *Festiui dies solemnes religionis causa instituti dicuntur.*
13 *Sabati dies pro quolibet die accipi potest.*
14 *Feriæ in honorem Dei, & Sanctorum quare appellentur solemnes, & sint.*
15 *Feriæ repentinæ quæ dicantur.*
16 *Papæ in terris honor dandus est, vti Dei vero Vicario.*
17 *Papa Sanctissimus dicitur, & præsumitur.*
18 *Ferię indictæ ob recuperatā Ferrariam in vrbe, & quę S.P.Q.C. fiant anno quolibet S.P.Q.R.*
19 *Ferijs durantibus, iudicis officium conquiescit.*
20 *Ius in omnibus diebus, præter feriatim redditur.*
21 *Ferię quare in Ro. Cur. inducantur.*
22 *Ferię messium, & vindemiarum quanto tempore ducent, & quare inductæ, & nu. 32.*
23 *Feriæ vindemiarum, an vbi vinum non recolligitur esse debeant.*
24 *Ferię messium, & vindemmiarum quare ad viuentium necessitatem inductæ dicantur.*
25 *Aestas, & autumnus indulgentior anni pars dicuntur.*
26 *Feriæ aut citius aut tardius secundum locorum, & temporum varietatem inducuntur.*
27 *Ferijs derogare possunt prouinciarum Præsides, & Gubernatores earum.*
28 *Sententia feriarum tempore lata, est nulla vti lata contra absentem.*
29 *Sententia lata ante ferias, feriarum tempore exequi potest.*
30 *Causę quando durantibus Ferijs expediri valeant, & quomodo.*
31 *Sententiam ad diem tenti termini retrotrahitur.*
33 *Ferię quare in Rom. Curia sint trium mensium continue.*
34 *Feriæ non sunt rusticorum fauore, sed publico inductæ.*
35 *Ferijs pendentibus causa possessorij expediri potest.*
36 *Feriæ in causis electionum cessant.*
37 *Procuratoris, vel aduocati absentiam allegans an dilatio concedenda.*

De Commissione Derogationis Feriarum.

1 Feriarum diem solemnem a ferendo, in quo victimas, & holocausta ferre consueuerant denominabant Antiqui, & pariter ludos in idolorum honorem, vel ea, quę ratione publicæ lętitiæ, aut Victoriæ, vel alterius secundi euentus, publicis Epulis celebrabant, ferias quoque teste Couar. variar. res. libro quarto, capitulo decimonono, in princ. nuncupabant, illo autem tempore gentiles tenebris animi detenti, superstitiosa quadam religione in falsorum asser torū Deorum veneratione ante veram Seruatoris nostri IESV CHRISTI lucem, ex falsa Diaboli institutione, vt eius officio fungeretur, miris præstigiis vtebantur, dum que præmissis incumbebant, malis vacabant operibus, vt dixit Abb. in rubr. de feriis numero primo. At nos præciosissimo Christi Sanguine redempti, in hoc vno intenti, festa celebramus, vt vero Deo, quem vnum in Trinitate pia mente, & corde, credimus, confitemur, profitemur, prædicamus, & veneramur, verumque cultum internum, & externum exhibemus. Cuius instituti antiquitas a Sacra Scriptura, & Ec-
2 clesiasticis traditionibus, originem habuit. Hinc Sācta Mater nostra Ecclesia, quæ continuo præces pro nobis fundit, quemlibet diem feriam vocauit, vt feria secunda, die lunę, feria tertia die martis, & sic de sequentibus hebdomadæ diebus, Auctore Sancto Hieronimo quęstione quarta, ad Hebidiā, tales autem feriæ non a ferendo, sed a fan-
3 do dicuntur, quia vt habetur Genes. primo, & in Clementina prima, vers. nos itaque, vbi Glosa in verb. feriæ, de relig. & vener. Sanct. quolibet die Deus loquebatur, vnde tam in diuinis, quam in prophanis, fari, qualibet die possumus, sed cum præmissa non sint tractatus nostri scopus, hactenus de illis dictum sit, Nam si plura videre circa præmissa cupias, adeas Mandos. in com. trac. & in commiss. de ferijs, vers. Feria
4 rum hodie, qui viginti duo, & vltra recēset, cuius dicta non repeto, Sed breuiter, tres esse ad propositum nostrum feriarum species colligo, quarum aliæ solemnes dicuntur, aliæ repentinę, aliæ, & tertiæ publicæ, idest
5 pro publica vtilitate, & quiete innentę, quāuis Mandos. loco citato duas tantum esse illarum species, afferat, nempe solemnes, & repentinas, quia verbum solemne, secundum eum, aptum est comprehendere tam eas, quæ in Dei honorem, & Sanctorum sunt, quam illas, quę publicam continent vtilitatem, tamen (pace sua) id nullatenus concedendum credo, quia iste nil commune ha-
6 bent, cum illis ad Dei honorem, Nam in Cōcilio celebrato apud Ephesim, Henrico Imperatore assistente, vt in die Dominico nullum cuiusq; causæ negociū, audeat quis ventiare, statutum fuit, cęteris aūt diebus, sic, sed illa, quę iusta, & honesta sunt, de qbus, in c.

nullus

nullus decimoquinto quæstione quarta, cœpit autem dies Dominicus, a Resurrectione Dominica, vt dixit Sanctus Augustinus in Epist. decimanona ad Ianuariū cuius hæc verba sunt. Dies tamen Dominicus non iudeis, sed Christianis Resurrectione Domini declaratus est, & ex illo cœpit habere festiuitatem suā, sicque non iure Cęsareo, sed diuino, talis diei solemnitas inducta est, quamuis postea illos, & alios propter fœlicissimas martirum, & aliorum sanctorum memoriam in honorem haberi mādatum fuerit,
8 Vnde eo die quo Martires mortē subierunt, eorum vocatur Natiuitas, quia ad vitam, &
9 gloriam Aeternam nascuntur. Itaque a iure pontificio, & a iure cęsareo eorum obseruantia demēdatur, Couar. variar. resolu. lib. quarto, capitulo decimonono, numero septimo, cum add. l. vti in die, C. de ferijs. Multi alii sunt feriati dies in honorē Dei, & Sanctorum, de quibus, in capitulo fi. eod. tit. de fer. & in capitulo primo, de consecrat. distin. quarta, quas refert. Specu. in tit. de fer. §. primo, & istæ sunt, Natiuitas Seruatoris nostri
10 Iesu Christi, cum tribus sequentibus, dies festi Sancti Siluestri, Circumcisionis, Epifaniæ, licet in Rom. Curia in vltima, carcerū Visitatione, ante festum Natiuitatis Domini, & sic etiam ante ebdomadam Sanctā in honorem Paschatis Resurrectionis, feriæ indicantur, in quibus magna Birruariorum lues, pro causis ciuilibus conquiescit, vsque post festum Epiphaniæ, & octauam Paschatis Resurrectionis inclusiuę, omnes dies Dominici, Hebdomadę Sanctæ paschatis Resurrectionis, cum eius octaua, dies rogationum cum tribus sequentibus Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ cum septem diebus ante eius festum, de quo in capitulo placita, 10. quęstione quarta, licet in praxi de præfatis, septem diebus, non seruetur, omnes dies festiui Gloriosissimę Virginis Marię, quamuis Specu. in tit. allegato de fer. §. primo, in prin. inter illos festum Conceptionis nō connumerandum asserat, nisi in aliquo loco propter deuotionē celebrari contingat. Quod nullatenus est concedendum, eo maxime cum contrarium, & Ecclesia sancta Catholica, & Apostolica, & Romana Curia seruent, quia non solum illud Beatissimæ Virginis Matris solutis nostra Autricis, & peccatorum Aduocatæ festum, sed dulcissimū, ac piissimum Nomen venerari debemus, & contra Specu. expresse inuehit. Couar. in 2. par. relect. §. primo, numero secundo, cum multis in tam venerandæ festiuitatis Encomijs, ibi per eum congestis, insuper festū Sanctorū Apostolorum Petri, & Pauli, Sancti Laurentii, Sancti Michaelis Archangeli, omnium Sanctorum, Sancti Martini, Inuentio Sanctę Crucis, & omnes alios dies festos pceptos ab Ecclesia, ac solitos venerari, secundum locorum consuetudinem, Spec. in dicto §. primo, nume. primo, capitulo primo, de ven. & tel. sanct. vbi de octaua ante festum Natiuitatis Domini fit mentio. Sed in vrbe habemus notulam, siue folium dictum, Festa Palatii, & alia festa Capitolinæ Curiæ connumerantur in lib. statut. vrbis, libro quarto, capitulo vigesimoseptimo, de ferijs à tot. summis Pontificibus approbatis, vt etiam dies festi Sancti Paulutii, B. Franceschinæ, Nobilis Romanæ. Et amplectendo relictam telam, nihil supradicti, cum aliis diebus ad mortalium vtilitatem, creatis, commune habent. Quod pluribus modis probatur, & primo, Quia clarum
11 est præfatis ferijs in Dei honorem, per partes etiam de consensu renunciari minime posse, sed bene alijs in hominum vtilitatem, vt dixit Glosa in capitulo finali in verbo propter Vindemias, de fer. l. prima, & l. si feriati, ff. eod. l. & omnes, C. eod. etiam si partes concordes essent, de renunciando in honorem Dei feriatis capitulo pri
12 mo, distinctione tertia, de consecrat. dicto capitulo nullus. Secundo, dies festiui dicuntur solemnes, & religionis causa, & ex iure veteris testamenti diuina pręceptione constituti, ex tertio decalogi præcepto l. Deuteron. capitulo quinto, Exod. capitulo vigesimo, & decimotertio. Ezechiel, capitulo vigesimo, Et quamuis ex supra allegatis capitulis constet, quod Sabatum sanctificaretur, & erat septima dies, in quo Deus ab omni opere, quod patrauerat, quieuit. Tamen nos pro qualibet die Sabathum accipimus. Vnde Sanctus Marcus Euangelista capitulo decimosexto, valde mane vna Sabathorum, & Sanctus Mattheus capitulo vigesimooctauo, ptima die Sabathi quæ nunc Dominica est, Sanctus Lucas capitulo decimooctauo, ieiuno bis in Sabatho, idest in hebdomada Iudęi autem omnes dies festos Sabathum appellabant, vt sensit Chrisostomus in homil. quadragesima, super Matth. & non solum naturali, & diuino iure veteris Testamenti, sed diuino legis Euangelicæ pręcepto, dies festi instituti sunt, Sanctus Thom. prima, secundæ, quæstione centesimaoctaua, articulo primo, & secundo, & idem quolibet quarto, articulo tertio, ideo si nil commune cum alijs diebus habent, in

quibus operibus manualibus incumbitur, merito in honorem dei, & Sanctorum illæ nuncupantur feriæ solemnes, & non aliæ, & id ad cæterarum differētiam, & præeminētiam. Innoc. in d. cap. fin. in principio de fer. qui illas solemnes, & non alias vocat. Tertio omnimode conquiescit in illis iudicis officium, in aliis autem non, quarto per Signaturam aliis derogatur feriis, non autem istis in honorem Dei, sicut inferius dicā, de quo non cadit disputatio, vt ibidē Mandos. vers. singulis diebus, & horis, &c. Cum autem, vt ex præmissis patet, inter se diuersæ sint, non possunt, nec debent, sub eodem nomine cōprehendi, & cum iam ex præmissis de prima solemnium feriarum specie abunde dictū sit, melius erit tres feriarum fore species cōcludere, ita quoque etiam voluit Abb. in ca. conquestus, num. 8. de fer. Repentinas fore
15 secundas dicebam, & illas, quas ob publicā gratulationem Princeps inducit, vt in vrbe, dies creationis, & coronationis summi Pontificis quolibet anno regnantis, & alibi Natalis Principis, vel quando sibi Filii nascuntur, seu ob res prospere gestas, aut in memoriam, & signum victorię, contra inimicos, aliisque similibus casibus bene Principi visis, ideo dictę repentinæ, quia eueniente casu, repente Principis iussu indicuntur, cuius id facere solius est munus, Azo. in sum. C. eod. tit. num. 2. & l. a nullo, eod. tit. neq; istis, vt de alijs supradictis dixi, renunciari potest, Bal. in l. 1. n. 3. C. eod. Io. And. in Clem. sępe, de verb. sign. Spec. in tit. de fer. §. nunc videamus. Illę pariter repentinę dicuntur, quę ob alicuius ciuitatis honorem seruantur, de quibus meminit tex. in l. natalitia earum, C. eod. tit. & quod ille in Summi Pōtificis honorē in dictæ solemnes dici debeāt, dixit Mādos. loco cit. in verbo contrarium seruari vidi, & Bal. in l. si vt proponas, vers. pone Perusini, C. quo. & quan. iud. Nam sicut Deo hono-
16 rem, ita etiā eius vero in terris Vicario, cui potestatem ligandi, & soluendi reliquit, adhibere nostrum pręcipuum munus est, semperque erit, capitulo primo, & capit. Dominus noster 93. distin. Aret. in rub. instit. de except. numero quinto, Alex. in Rub. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. numero decimoquarto, & cum Papa, & Sanctissimus dica-
17 tur, & præsumatur, capitulo Sacrosanctæ, 22. dist. & capitulo primo, vers. quis enim sanctum 40. distinc. merito ferię in eius honorem inductæ appellandæ sunt, Quare be-
18 ne Inclitus S.P.Q.R. de Anno 1598. mense Februarij, quolibet anno celebrandas esse ferias sanxit, ob recuperatam Ciuitatē, statū, & Ducatum Ferrariæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Aliæ, & sic tertitæ publicæ, seu ad hominū vtilitatem a iure communi, vel municipali in Actis iudiciarijs subsistendis, inductæ dicuntur, vt voluit Bal. in l. diuus, nu. 1. ff. eod. tit. & sicut tempore feriarum supranarratarum in Dei honorem a malis operibus vacare debemus, similiter quando feriæ iudiciales durant, a litibus, & controuersijs, itaque, vt dixit. Azo. vbi supra, numero primo, quasi feriæ dicuntur, quia præstant ab aliis, quæ in foro agi consueuerunt, vacatione, & in Actis exercendis ad festiuarum in-
19 star. Nam sicut in festiuis officium iudicis quiescit, ita, & pariter in istis, l. siue pars §. feriæ, C. de dilat. Vnde bene Mandos. loco citato vers. ferias, dicit feriatos dies esse, cessationis ab omni opere, ac iurgiis, & forensibus actibus, vt dixit, Cic. de nat. Deor. Epicurei diem feriatum volunt cessationē torperi. Hinc diem sabathi cessationem, seu requiem dicebant. Leuit. capitulo vigesimotertio, Deuter. capitulo quinto, & hodie proprie hanc tertiam feriarum speciem cessationem, seu vacationem, omnimodam a litibus nuncupamus, quibus durantibus, & patroni causarum, & clientes immu-
20 nes a litibus sunt. Generaliter autem præsupponas, quod omnes dies præter exemptos, siue (vt diximus) exceptos, iuridici esse debent, & ad hoc vt tales sint, satis est
21 exceptos non esse, l. omnes, C. eodem titulo, & ideo feriæ in Curia Romana indicuntur, tam ad absentium, quam præsentium commodum, ad hoc, ne illo tempore tam importuno, & periculoso, ad Curiam accedere teneantur, & isti causas agere minime, nec possint, nec debeant, sanitati consulendo, Specul. vbi supra, §. primo, numero octauo, versiculo, veruntamen dixit. Feriæ autem in hac ter-
22 tia specie messium, & deinde vindemiarum fauore adinuentæ, & introductæ sunt, debentque tam messium, quam vindemiarum feriæ per mensem durare, Paul. de Castro, in dicta lege omnes, numero secundo, & tam messium, quam vindemiarum durantibus ferijs, nemo ad forum ire cogendus est. l. 1. ff. de fer. & ideo litigantium fauore, ne a re rustica tunc retrahantur, inductæ dicuntuur, vt dixit Sum. Pont. in cap. cōquestus, vbi Innoc. numero secundo, de fer. Sed an in locis, in
23 quibus vinum nō recolligitur. Vindemiarum feriæ sint seruandæ, ponit Abb. in dicto cap. conquestus, nume. 24. Et quæstionem distinguendo decidit. Aut inquit vinum

num in illis locis non bibitur,& non adsunt feriæ,vt in Hibernia, & sic seruandę minimè sunt,aut bibitur, sed ibi non recolligitur,& tunc attendendæ, & seruandæ, quia licet non recolligatur,tamen (vt dicto anni tempore,quo vinum alibi vẽditur, opus est, vt ad eum perquirendum detur ocius, & idem dicendum erit, si non recolligatur frumentum,vt ibi Innoc. num.7. & sic videtur ẽt dicendum vbi tardius propter aeris frigiditatem messis fieri cõtingit, quod ad ferias indicendas messium tempus sit expectandum. Immo, & si non essent messes, neque vua. Sed viuerent homines ex castaneis,nihilominus præfatæ feriæ concedendæ essent pro Castaneis, vel similibus ad victum necessarijs quæritandis, Alexand. in d.l.1.num.2.ff.de fer. quæ prosunt, vbi vua recolligitur, vineam, seu alia loca, in quibus recolligitur vinum, non habetibus, Felin. in cap. significauerunt,nu 2.de for.cõp. vt illas hñtib. labore, & auxilio pñti esse pos
24 sint, Et ideo ob necessitatem. Hominum dictę,quia tempore æstiuo,& autumnali ad fructus decerpendos statuuntur, & ad requiem laboris, vt dum circa messes, vel
25 vindemias insudant, quiescant a causis. Vnde hoc respectu,merito æstas, & Autũnus, indulgẽtior anni pars dicitur,quia concedendo mortalibus victui necessaria, hominum infirmitati indulgent. Per Præsi
26 des autem terrarum secundum temporũ varietatem inducuntur, quią citius in vno loco,& in alio tardius fiunt recollectæ,l.preces,ff.eod.l.si in aliqua in princ.ff.de iur.om.
27 iud.Azo. loco citato, num.5. ac per consequens ab ipsis met Præsidibus illis derogatur,cum eius si destruere leges, cuius condere, petente tamen parte, & non alias, in causis particularibus, & quamuis messium, vel vindemiarum tempore sententia ferri non valeat, & si ferratur nullitatis vitio subiacet, sicut si contra absentem lata, foret, quia nemo feriarum tempore comparere tenetur,cap. nulli,15.quæst. 4.c. fi. vbi glo. in verb. propter vindemias, de iudic.cap. fi. de fer. Spec. in §. 2. in princip.eodem titulo,l. 1. & l. si feriatis,ff.eod.l.dies festos, C. de fer. Quamuis processum inualidæ factũ & fabricatum,ob ferias conualidari, & ratificari, ante sententiam per partes possit,sed non post sententiam, vt neque ipsa sententia, Felin. in cap. significasti, num.7. de for. comp.Tamen sententia lata ante ferias,executioni illis durantibus demandari potest, dicto capit. significauerunt,& capit.fin. vbi Doct.de iud. Alexand.cons. 130.num.2.vo

lum.4.cap. sicut,2.quæst.1.cap. Adam,de pœnit. distinct.1.Bart. in l. ait prætor,§. si debitorum,ff.de his quæ in fraud.cred. In causis
30 autem Commissarijs,stilus in Romana Curia se habet, vt terminus pro seruato habeatur,antequam feriæ indicantur,& postea & ipsis indictis, & durantibus, sententia fera-
31 tur,Quia(vt dixi)retrotrahitur sententia ad diem citationis,sub qua tentus fuit, terminus. Sed sic de interloquutoria dicendum non est, vt habetur decis.20. de fer. in nou.
32 Consuetudo autem feriarum propter vindemias, siue messes in Romana Curia admittitur, ne in ea existentes sumptibus, & laboribus,forsan absentes,cum maximo incommodo ab eorum domicilijs, fatigẽtur, Felin. in cap. significauerunt, nume. 10. de iud. Spec. in § 1. versic. penult. de fer. licet id ibidem, Felin. quo ad causas inter Romanos non firmet, quod tamen considerãdum reliquit, & redigendum ad statutorũ,
33 quibus subsunt, dispositionem. Sed earũ loco longiores indicuntur feriæ, vt sequẽt. cap. subiectam. Nec mirum videatur si iuris ordinem transgrediendo, Romana Curia, vice duorum mensium trium interpellato tempore, videlicet,vnũ pro messibus, & alium pro vindemia, separatim a iure assignata,per tres menses, & vltra,forsan illas continuo durare statuat,quia cum in initio vnius mensis cursus pro messibus consideretur, & alter in fine pro vẽdemijs,quia medio tẽpore maximi calores in Vrbe,& mala ad labores aeris adsit intemperies, vt dixit Abb. in cap. si vero, num. 2. de iure iur. ad hoc ne exteri, qui ameno potiuntur Cœlo, eam petendo, & respectiuę relinquendo temporibus, tam arduis, & difficillimis patriam vitæ discrimen incurrant, quod forsan coacti essent facere, si lites eo tempore agerentur, vt maiori expeditione, & satisfactione suis negotijs præsto essent, ac pariter, vt aduocati,celeberrimi, ac subtilissimi Procuratores,vna cum integerrimis Dominis iudicibus, senio, ac longo causarum discutiendarũ tædio affecti, & respirare, & eorum incolumitati consulere valeant, vnde medijs ferijs resipiscunt, & vti in controuersiis litigãtes illis durãtibus fœdus inter se habent, ob id Pontifices summi, qui sanctissime, & accuratissime omnia gerunt, per tale continuum tempus illas durare statuerunt, & voluere, & ideo ex præmissis apparet verum non esse, quod rusticorum fa-
34 uore sint inductæ, Sed ob requiem, laborum inter feruores æstiui caloris, vt dixit, Innoc.in dicto cap. conquestus numero 3.

de

35 de fer. Quomodo autem indicantur, & incipiant sequenti capitulo ponam, illis tamẽ pendentibus, causa possessorij expediri po-
36 test, Achil. decis. vnica, de ferijs. In causis electionum ferias cessare, dixit Innoc. in capitulo, bonę, numero primo, de electio. si abesse procurator, siue aduocatus cōtin-
37 gat, vtrum petenti aliqua dilatio danda, qꝫ sæpè occurrat in Signatura, quando partes supersederi petunt dicta de causa, & distinguit Felin. in capitulo primo, vt lit. non contest. quod aut est breui reuersurus, & debet concedi, sin secus non, sed de alio prouidere debet.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ in Romana Cur. quando incipiant, & finiant.*
2 *Feriarum indicendarum licentia impetratur, ab antiquiori Cardinali assistente Signaturæ gratiæ.*
3 *Feriæ publicantur de mandanto R. P D. Regentis Cancellariæ, obtenta licentia a Papa.*
4 *Signatura coram Papa bis in mense feriarum tẽpore fit.*
5 *Signatura iustitiæ ferijs durantibus, non fit iuxta solitum, sed semel in mense congregatio.*
6 *Rotæ decani, & auditorum laudes.*
7 *Princeps solus potest ferias indicere.*
8 *Ferijs durantibus in quibus iudicis officium conquiescat.*
9 *Iurisdictio contentiosa, quare dicatur, & qualis.*
10 *Feriæ in quibus causis non obstent.*
11 *Ferijs non obstantibus in causis ordinarijs coram Gubernatore A. C. Vicario, & alibi agitur.*
12 *Citatio facta die feriato, pro die non feriato, an valida sit.*
13 *Commissio derogationis feriarum in initio illarum non datur.*
14 *Commissio derogationis feriarum, quando, & in quibus casibus concedenda.*
15 *Commissio derogationis feriarum de ambarum partium consensu conceditur.*
16 *Cautela pro effugienda commissione derogationis feriarum.*
17 *Clausula ferijs in futurum indicendis in commissione necessaria.*
18 *Ferijs accessoriæ, quando derogatum censeatur.*
19 *Clausula ferijs non obstantibus excludit illas in honorem Dei.*
20 *Clausula præterquam in Dei honorem feriatis in commissione derogatione feriarum addenda.*
21 *Feriæ in honorem Dei, quæ sub se comprehendant.*
22 *Feriæ causas ciuiles, & non criminales comprehendunt.*
23 *Captura in causa criminali etiam tempore feriarum fit.*
24 *Pœna corporis afflictiua tempore feriarum in Dei honorem non solet exequi.*
25 *Feriæ connumerantur in tempore dato ad causam committendam.*
26 *Clausulæ omnes in commissione feriarum delendæ sunt, pręter illarum derogatorias.*
27 *Nundinarum deputati possunt nundinarum tempore durantibus ferijs in honorem Dei, etiam procedere, & quare.*
28 *Debitor de fuga suspectus diebus festiuis capi potest.*
29 *Commissio derogatoria feriarum non datur in Rota ordinarię.*
30 *Commissio derogationis feriarum datur, quando Rotę Auditori est causa vti prælato extra Rotam demandata.*
31 *Auditor Rotæ de coauditorum Consilio pronunciare tenetur.*
32 *Auditor Rotæ habet ordinariam iurisdictionem in cognoscendo, & delegatum in pronunciando.*
33 *Decis. Rotæ, an vim legis habeant, & vt lex sint seruandæ.*
34 *Commissio derogatoria feriarum non detur in Curia capitolina.*
35 *Feriæ in concernentibus animæ periculum non obstant.*
36 *Commissio derogationis feriarum non datur in decernendis remissorijs.*
37 *Commissio derogationis feriarum non datur, vt litteræ ad Cancellariam corrigendæ remittuntur.*
38 *Commissio derogationis feriarum non datur ita de facili in causis coram Cardinalibus pendentibus.*

CAP. II.

1 FEriæ autem prefatæ in Romana Curia die 10. Iulij incipiunt, & durant, vsque ad Kal. mensis Octobris, si illa dies talis fuerit puta Lunæ, Mercurij, vel Veneris, quibus ad causas in Sacro Rotæ Auditorio, cōuenire illi RR. PP. DD. solent. Sin autem in prima die dicti mensis, quo possit in Rota cōueniri finiunt, Or-
2 do autẽ in illis indicendis, talis est. Prope existente decima die Iulij in Signatura gratiæ assistente S. D. N. Antiquior ex Cardinalibus Illustriss. ibi assistens, qui hodie est Illustriss. & Reuerendissimus Paulus Cardinalis

nalis ex nobilissima Sfondratorum familia, antiquissimave, nepos Sact. Mem. Gregor. Papæ XIII. Mediolanensis, vir sapientia, experientia, vitæ sanctitate, morum probitate, ac suauitate prędictus, qui introitus a Deo sibi collatis, in Ecclesiarum, vt est illa sollemnis, & famosa Sanctæ Ceciliæ Virginis, & Martiris, & pręfati Monasterij fabrica, in quo infinite virgines, Deo dicate moniales aluntur, ac alijs elemosynis, & locis pijs, magnanime distribuit, cuius in agendo experientia, in negotiando valor, ac in familiaribus sibi inseruientibus, benefaciendo charitas, & amor, omnibus mirabilis est, ac demum fabricas in terris ad Dei honorem, & sacrificia peragenda, & pauperum vtilitatem instrui inuigilat, vt eorum orationibus, & suis meritis, maiorem in vitam æternam, alacrioremve fabricam in cęlis, Deus Opt. Max. qui nulla bona irremunerata relinquit, ei concedat S. D. N. dicit, iam prope indicendi iuxta solitum ferias, terminũ esse, ideo petit a Sanctitate sua, vt illas indici mandet, si placebit, postea habito Sanctissimi assensu, R. P. D. Cancellariæ Re-
3 gens, qui ex sui officij munere Signaturis semper assistit, edictum, quo modo publicentur, deinde proponit, illudq; affigi mandat in Valuis Rotæ Auditorij, Cancellariæ,
4 & alijs locis solitis feriarũ indictionem significans. Et isto tempore Signaturæ corã Sanctissimo Domino Nostro, fieri solitæ semel, & interdum bis in hebdomada, pro Sanctitatis Suæ libito, bis in mense de 15.
5 in 15. dies fiunt. Minus autem durantibus ferijs fit, Signatura iustitię, quolibet die Iouis iuridico, secundum totius anni solilitum. Sed semel tantum in mense, tuncque non Signatura iustitiæ: Sed congregatio Signaturæ iustitiæ, appellatur, quia cum iuxta solitum ordinariè non fiant, ordinario etiam nomine carere debent. Itaque durant feriæ vsque ad proximam diem Calendis Octobris (vt dixi) iuridicam, in quo coadunatis RR. PP.
6 DD. Auditoribus, quorum Decanus est, R. P. D. Hieronymus, Pamphylius, Nob. Rom. Vir. doctissimus summo ingenio, & laude versatus. Cum cæteris aliis exemplarissimis Dominis Auditoribus xij. in totũ numero, qui pro Re Christiana quotidie laborare non cessant coadunatis multis Aduocatis, Procuratoribus, & alijs astantibus vnus ex illis RR. PP. DD. & vltimus, doctissimam, elegantissimamve (vt in omnibus eorum mos est) publice orationem habet, lectisque iuxta stilum Rotalibus constitutionibus, ius reddere incipiunt. Honestum nãq; est, vt Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis, cum Sanctissimo Domino Nostro de hac feriarum indictione verbũ faciat, quia nemo ferias præter Principem, seu absque eius mandato, indicere valet, vnde si absque Principis licentia, vel facultate, quis eas indiceret, nullæ essent, l. a nullo, vbi Paul. de Castr. num. 1. & ibi Bald. C. eo
8 dem titulo. Durantibus, itaq; ferijs, cuiusuis speciei iudicis officium conquiescit, d. l. siue pars, C. de dilat. quod secundum Specul. in §. secundo, in principio de ferijs in-
9 tellige verum in causis contentiosæ iurisdictionis. Tunc autem contentiosa iurisdictio dicitur, quando adest contradictor, cum causæ cognitione, ac partis citatio est adhibenda, l. 1. & l. si, ff & C. & c. si omnes, in titulo de fer. At quando fit actus iudiciarius, qui non dirigitur contra certm, neque certus scitur aduersarius, vt puta, tutores pu-
10 pillis dare, seu curatores minoribus constituere, illosque (iuredictante si opus fuerit) amouere, decreta in alienationibus, siue cõtractibus id requirentia interponere, & in causis alimentorum de futuro præstandorum, mercedis, & similium fauorabilium, vtique ferijs durantibus, & agi, & expediri possunt, Franc. Aret. cons. 97. numero 4. l. eadem ratione vbi glo. in verb. constituatur, ff. de fer. Idque etiam locum habebit in causis spiritualibus, quas pietas, & necessitas audiri suadet, & alijs, quæ morã non requirunt, Felin. in d. cap. conquestus, Azo. vbi supra d. l. eadem ratione, & l. solent, & Bald. in l. actus omnes, nu. 2. & 4. C. de fer. Item si res esset breui peritura tempore, ea namque necessitate vrgente, tolleratur, q alias prohibitum, esset, l. 1. ff. de offic. cons. l. Senat. Consul. §. si quid, ff. de officio Procons. l. 1. §. Sed excipiuntur, vbi glo. in verbo, vrget. ff. de fer. & alia fieri solent, de quibus latè in l. eadem oratione, & in l. solet, ff. eodem Azo. vbi supra, num. 7. Pariter feriata die appellari poterit, & libellus offerri, Felin. in cap. significauerunt, numero decimo de iud. l. 1. vbi glo. C. de fer. glo. in verbo lecta, in cap. appellato de appellat. in sexto,
11 Ferijs, autem non obstantibus in Romana Cur. passim in Tribunali Gubernatoris Auditor. Cam. Vicarij, & alibi, in causis iuxta eorum facultates comprehensis, maxime Audit. Cam. Stante obligatione Camerali, secundum suas amplissimas facultates, passim proceditur, super quo non insisto. Sed

in

in causis Rotalibus, & Commissarius ferię habent omnino locum, & filetur, vt præmisi. Quod verum intellige, in diebus, non in Dei honorem feriatis, vt non contentiosæ iurisdictionis aliquid facere iudices possint, de quibus meminit Specul. in dicto §. secundo, per totum, de fer. & latè Mandos. vbi supra, quæ si videre cupis, ex ipsis prospicito, hic autē silentio, tum quia ibi notantur, prætereunda duxi, tum quia ordinem iudiciarium concernunt, & sic aliena sunt, a proposito themate, vbi de pręsenti commissione concedenda, & eius substantia, tractare intendimus, ac pariter de quæstione illa. An citatio facta die feriato,
12 pro non feriato subsistat, vide Bald. in dicta l. dies festus, numero secundo, & tertio, vbi Paul. de Castr. numero primo, & Bart. in tract. de citat. numero octauo, & nono, Ias. in l. prima, §. nunciatio, numero octauo, versic. in quantum, ff. de nou. oper. nunc. Milis. in suo repert. in verb. feriatis diebus, Abb. in dicto capitulo conquestus, Feder. de Sen. cons. ducentesimo quadragesimoquarto, Castrens. cons. vigesimoquinto, vol. primo, vbi de relatione Nuncij pari modo facta, etiam loquitur, & qui actus in die feriato fieri valeant, tradit Felin. in capitulo significauerunt, columna quarta, cum tribus, colum. sequent. de iudic. Currentibus itaque supra dictis ferijs, multoties Commissio istęc porrigitur, in qua iudici, coram quo causa, ante earum indictionem pendebat, committi, vt ferijs non obstantibus, ad causæ, seu causarum expeditionem
13 procedat, instat. Quæ commissio, si in feriarum initio sumus, ita de facili non conceditur, nam viderentur tunc frustratorie inductæ, vnde propter honorem, & earum recentem indictionem, abstinendum est, a nostræ commissionis con
14 cessione. Sed bene multis elapsis diebus, & tunc quoque non passim in omnibus causis, sed in aliquibus, puta grauı momenti, executiuis, mercedis, alimentorum de futuro, fauorabilibus, & in quibus, ante earum indictionem fuit ceu ad finem processum per iudicem, & similiter in causis, quæ dilationem non patiuntur, vti vinearum, propter instantes vindemias, l. prima, §. fin. & sequen. ff. eodem, & in l. secunda, cum notatis per Bart. ff. de re iudic. & alijs celerem expeditionem requirentibuss, quibus mora esset nociua, relatis per eundem, Bart. in l. qui pro Tribunali, numero quinto, vbi scrib. ff. de re iudicata, ac pariter in causis fauorabilibus, puta euacuationis Domus, earumve pensionum, viduarum, pupillorum, & aliorum, de quibus in dicta l. vnica, C. quand. imper. inter pupil. & viduarum. Depositorum, rei iudicatæ, executionis, obligationis Cameralis, suspitionis fugæ, pœnarum incursione & factæ pacis, Legatorum ad pias causas, in causis rigorosis, in reis Criminum, & delictorum, in quibus differendi iustitiam omnis occasio tolli eebet, l. cum rei, C. de pœn. Bal. in l. obseruandum, C. quor. appell. non recip. nullo pacto feriæ sunt considerandę.
15 Pariter conceditur commissio nostra, quando petitur earum derogatio de consensu partium, ac si de re ageretur, cuius dilapidatio, durantibus ferijs esset periculosa, vt de equo existente pœnes Hospitem, qui expensis consumeretur, & alijs similibus de quibus, Bart. in dicta L qui pro Tribunali, numero quinto.
16 Sed cauti procuratores, quando huiusmodi Commissionem effugere volunt, si adest rescriptum, cuius vigore causa principalis committitur, pariter si erit Commissio appellationis, vel quæuis alia, apponantur in fine illa verba videlicet, ferijs generalibus nuper per Sanctitatem Vestram, indictis, vel in futurum indicendis, minimè obstantibus, quæ verba in futurum indicendis. Sunt necessaria, quia comprænhendunt cujuslibet, Anni quibus durat lis, ferias, alias si ommitterentur, non intelligeretur rescriptum de futuris. Sed tantum de præsentibus, ac inceptis, l. prima, vbi Alexand. numero sexto, & Bart. ff. de fer. Anton. de Butr. in capitulo finali, eodem titulo, quod ratione patet ex eo, quia rescriptum ad futura non trahitur, capitulo finali, vbi glo. in verbo ad futura, de rescript. Bar. in l. prima, §. primo, ff. de fer. Staphyl. de lite iustit. capitulo si commissa, nume-
18 ro septimo. Et tunc non principaliter, sed accessoriæ feriis derogatum erit, quia rescriptum ad alium effectum impetratum fuit, & accessoriæ, commissioni clausula adiecta. Nam quando principaliter impetratur istæc commissio, expeditur de per se sola, nil ue aliud præter feriarum derogationem in ea petitur,
19 Sed aduertas, quod sub clausula ferijs non obstantibus, non comprehendun-

tur

tur feriæ in Dei honorem, nec illis derogatur. Sed solum illæ, in quorum dierum cursu procedi possunt, perinde ac si indictæ minimè forent, l. fin. C. & capitulo finali, de fer. Nam cum istæ sint maiores, & generales indistincta earum exclusio, has vti potentiores, non continet. Sunt autem in maiori honore habẽdę, & cũ omni veneratione, ac reuerentia celebrandę, cap. primo, de ferijs. Nam si secus esset, destraherentur, Homines a diuinorum frequentatione, & esset contra legis præceptum, Sabatha Sanctifices. Cum quibus numerantur, quia similes sunt, aliæ sollemnes supra relatæ. Nam si Notarij luchro, & operi seruili intenti, in scribendo iuramenta extraiudicialia dare, & respectiue, recipere non deberent, & actus voluntariæ iurisdictionis prohibiti reperiuntur exerceri, quanto magis iudicialis? Abb. in dicto capitulo finali, numero decimo septimo, & decimo octa-
20 uo, de fer. Immo, quando ponuntur in Commissione nostra verba, singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, talis clausula non conceditur, nisi addita restrictiua, præterquam in Dei honorem, sed si esset restrictiua ommissa, tamen non compræhenderet ferias in honorem Dei, & Sanctorum, neque creationis, Coronationis Summi Pontificis, & similes maiores, quamuis prima facie, ex vi præfatorum verborum videantur omnes dies generaliter, quodlibetve modo feriatos compræhendi, quod tamẽ ex pręmissis verum non est, & ita de consuetudine seruari in Romana Curia, etiam testatur Mandos. in comm. derog. feriarũ versic. accedat, quod in casu nostro, Paul. de Castr. in l. omnes, numero tertio, C. eodem Felin. in cap. si diligenti, num. 2c. de for. comp. & in dicto cap. conquestus, numero nono, Bart. in l. ne quicquam, §. vbi decretum, versic. de plano, ff. de offic. procur. & in extrau. ad reprimen. in verb. de plano, cap. placita, 16. quęst. 4. l. dies festus, vbi Bart. C. de fer. Maranr. de ordin. iudic. par. 4. distinct. 16. num. 8. Immo si illis partes renunciarent, & stante tali renunciatione, iudex procederet, omnia essent nulla, l. si feriato, vbi glo. in verbo feriatis, ff. de arbitr. Azon. in sum. C. de fer. num. 8. Nam quemadmodum illis durantibus postulare prohibitum est, sicque etiam si illis nõ obstantibus consentirent partes, vt iudex procederet, eas repellere deberet, l. quos
21 prohibet, ff. de post. Quod autem sub nomine sollemniũ feriarum, quæ in Dei (vt dixi) honorem sunt, contineantur etiam illę, in honore creationis, & Coronationis Summi Pontificis, nulli dubium est, vices namque Seruatoris nostri in terris gerit, nec maior Sanctitate sua in toto mundo reperitur, vnde consequens est, vt in eius honorem feriæ præfatæ, dictæ repentinæ, etiam seruentur, & sic neque illis ẽt renunciari valeat, Bald. in l. 1. num. 3. C. de fer. & in l. si vt proponas, C. quo. & quan. iud. Bar. in l. dies festos, in princip. eod. tit. Abb. in dicto cap. conquestus, num. 1. Vnde bene curare debet R. P. D. meus Referendarius signans commissionẽ, ad omnes dubitationes tollendas, ne interdum incautus iudex, vel notarius nullitati in litigantium damnum præbere cãm possint, addere dictam clausulã, si desit, prærerquã in Dei honorẽ feriatis, quamuis propter periculum morę, multoties qualicumque die, ẽt procedi possit, si fuerit feriata, vt dixi Fel. in d. c. si diligenti, num. 14. Ancher. cons. 117. Alexan. in d. l. si fideiussor, §. si satisdatum, ff. qui satisd. cog. & cons. 17. vo-
22 lum. 4. Quod non prosequor, sed restringe præfata procedere, in causis ciuilibus tã tum, & non criminalibus; nam quanto citius, & fauore carceratorum sunt expediẽdæ, vt dixit Imp. in l. properandum, C. de iud. Tam ẽt fauore fisci, cuius ne delicta remaneãt impunita, interest, & vt cito puniantur; nam dum differtur pœnæ inflictio, potest occurrere, vt interim euadat delinquens, & sic pœna illius non sit metus alterius, vt bene habetur in illis carminibus.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderũt peccare mali formidine penæ.

L. publicas, C. de fer. vbi Bart. Bald. & Paul. de Cast. quod pariter declara procedere, quo ad capturam in criminalibus:
23 nam qualibet die fit, & fieri potest, & etiã in illatione torturæ, maximè propter criminis immanitatẽ, vt dixit Boer. dec. 259. num. 8. Bald. in l. 3. de episc. Aud. Bart. in tract. carcerat. colum. 1. versic. Secundo principaliter. Et licet Psalmus, Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore, loquatur generaliter, tamen ob id non sequitur, quod tempore feriarum, sed omni tempore vitę suę, secundũ canonicas, & Euangelicas traditiones, regna cęlestia possit ascendere, & conse-

qui

qui, ob id contra supra relata intelligi nō
24 debet, neque in die Dominico. Hinc videmus corporis afflictiuam sentētiam minimè in talibus dieb⁹ exequi posse, Boer. vbi supra Marant.loc.cit.quæst.12. cum latè congestis,& dum dixi, quod actus iudiciarius tēpore feriarum exerceri nequeat, verum est,tamen appellatio interponitur, ac libellus offertur, siue commissio pro causa appellationis, vel alia committenda, expeditur, l.1. vbi Bart. Bald. Castr. & Doct., C. de fer. & bene ipsis durantibus committitur causa, quia quando lata est sentētia,ipsis non existentibus, & omitta-
25 tur diligentia in causa committenda,transiret in iudicatum: nam in tempore ad cō mittendum causas etiā feriæ, siue repentinæ, siue sollemnes connumerantur, l. siue pars, §. feriæ, C. de delat. Quamuis illis durantibus, causæ postea prosequi nequeant,l.miles,§ sexaginta,ff.ad l.Iul.de a-
26 dult. Vnde benè Curiæ Romanę se consuetudo habet, vt etiam durantibus ferijs commissiones expediantur, & deinde ad causarum prosequutionem illarum finis expectetur,Cauti insuper sint Domini Referendarij, quando expediunt tales commissiones feriarum derogatorias, delere alias clausulas,quas considerarent esse extra talem terminum derogationis illarū, puta si adessent, sub verborum, inuolucro clausulæ auocatoriæ, exequutiuæ, insolitæ, seu similes, nam commissio nostra debet esse tantummodo restricta ad petitam derogationem, in multis autē Ciuitatibus, vbi nundinæ fieri permittuntur. Statuta, seu alia priuilegia adsunt, etiam forsan per Sedem Apostolicam cōfirmata,seu concessa, vt aliqui ex ciuibus ad iustitiam ministrandam, & officiales ille durantibus deputentur, ad summariè procedendum, præcipuè si inibi causæ inter aduenas concurrentes ad eas,tractandę
27 veniunt. Vnde,vt plurimum etiam in diebus feriatis ius redditur, & actus etiam cōtentiosę iurisdictionis ob id contra supranarratorum formam exercentur, & valida sunt,& celebrari possunt, quamuis sint ferię de iure diuino, & de relato Cathalogi pręcepto, Sabbatha Sanctifices, & per ius Pontificium non tolluntur, licet Statutum,siue priuilegia dent normam, vt nulla iuris sollemnitate seruata,procedatur, non obstantibus præfatis ferijs ad Dei honorem, vt per Alexand.in d. l. Miles,ff. de test.milit.Tamen quod procedi posset,& statuta,vel priuilegia,siue consuetudo sufficientes sint, in aliquibus casibus inducere, & signanter in actis factis coram istis officialibus,nundinarum ratione suadetur, & licet ius positiuum non possit ius diuinum tollere, nihilominus ex causa per sæcularem,quoq; Principem inducta, illud interpretari valet, seu etiam per aliam vniuersitatem, & non solum per viam legis, sed etiam consuetudinis. Nam lex diuina præcipit non occidere, tamē in multis lex humana homicidium permittit,lex diuina vult, quod in ore duorū, vel trium stet omne verbum, & sic quod duo sufficiant, testes, capit. omni de test. Tamen hoc in multis casibus lex humana procedere nō vult,l.hac consultiss.C.de testam. cap. Præsul,2.q.4. & tales leges etiam, quo ad forum consentire valent, quatenus fraus cesset,vt per Felin.in cap.1.num.39.& in cap. quæ ad Ecclesiam,nu.4. de constit. Tunc-que (vt præmisi) possunt laici statuere, quando adest materia aliquādo per ius diuinū limitata, & in rebus profanis, in quibus habeant iurisdictionem,accedēte causa rationabili,vt per Fel. in d. cap. Ecclesiarum,num.16.17. & 18. vbi Abb. & in cap. peruenit,in fi. qui fil.sent.leg.cap.tuam de ordin. cogn. Feder. de Sen. cons. 90. Sed in casu proposito necessitatis causa adest, quia in nundinis ex diuersis locis extraneę gētes cōueniūt, vel occasione nouarū, vel antiquarnm litium, ne ad arma deueniatur,& vt malum maius euitetur, & ne ex causa parui momenti,extra locum pręfatum,vbi iam reperiūtur, vnus, alium quęrere debeat, longiorive discrimine litem subire,ob id,licet sit dies festiuus, bonum est ibi officiales, siue Præsides nundinarū adesse, qui lites huiusmodi summariè dirimant,cum ob discessum forensium, diuersas petendo regiones, nec amplius ita de recenti,vel facile, insimul conueniant. Vnde quis,quod suum est, consequi amplius nequeat,& ad lites finiendas summariè, & absque tela iudiciaria vnicuique ius dictis de causis reddant, & sic quando aliquid extra ordinē occurrit, videntur cessare pręfatę ferię,vt in terminis Bald.consil. 166. per tot.volum.5. At sicut in die fe-
28 stiuo potest cap. de fuga suspectus, quia cum periculum sit in mora,processus factus illa die contra eum subsistit, l. fin. vbi glo. in verb. fideiussores, & Bart. num. 1. not. Et scribentes,C. de fer. Bart. in l. Prętor,num.3. C. quom. & quand.iud. Castr.

in l.

in l. Diuus in fi. ff. de fer. Iaſ. in l. vinũ, col. 3. verſic. Quarto iſtud probo, ff. ſi cer. pet. Miliſ. in ſuo repert. in verbo feriatis diebus Fel. & Canon. in cap. fi. de iud. Mar. Soc. in tract. de citat. 19. ita etiam, & iſto caſu, quia extraneus ibi inuentus, nil poſſidet, vti de fuga ſuſpectus cenſet, qñ recedit, fugã, arripit, igitur iſto caſu, cũ res breui peritura ſit, quolibet die, & probatio, & diſcuſſio eſt cõcedenda, Alex. in d. l. diuus. nu. 3. ff. de fer. Tiraq. de vtroq; retract. p. 1. §. 1. glo. 11. nu. 12. Abb. in c. fi. in fi. de fer. Felin. in c. Eccleſia S. Mariç, nu. 3. de conſtit. Præterea occurrunt ẽt inibi cauſæ mercatorũ, q̃ ſummariè decidi debẽt, & expediri, maximè, quia breui ẽt tpe adeſt dictorum officialium iuriſdictio duratura, vnde cũ adſit talis cõſuetudo, longo tempore a tot Summis Pontificibus tollerata, quæ vim ſtatuti, & legis habet, ac ſpecialis priuilegij, l. hoc iure, §. ductus, ff. de acq. quot. eſti. & de hoc vide latè Marãt. de ord. iud. p. 4. diſt. 16. nu. 87. & ſeq. ſeruãda ve-

29 nit, Commiſſio noſtra feriatũ derogatoria in cauſis in Rota pendentibus ordinarie nõ datur, licet interdũ cõcedatur per Signaturã Papæ, qñ ambe partes illã concorditer petunt, vt puta, qñ remãſit tantũmodo dubiũ diſcutiendũ in fine vacantiarũ, tunc illã Sign. Rotç Auditori cauſæ iudici demandare ſolet, vt cũ Dominorũ Coauditorũ voto, cãm indiſcuſſam, in congregatione, qa poſt ferias ita vocatur, quando conueniunt ferijs non obſtantibus aut expediat. Et pari-

30 ter dabitur cõmiſſio, ſi cauſa erit exequutiua, ſeu vni Auditori, vti Prçlato extra Rotã, & abſq; Rotç participatione, commiſſa ſit, vtq; cauſas prçfatas interdũ expedire valeãt, interdũ iuſm relaxatur in eorũ conſtitutionibus contentum, vt latè per Mandoſ. in commiſs. noſtra. Ratio eſt, quare vt in alijs cauſis coram alijs iudicibus ferijs in Rota non derogetur, quia DD. Auditores durãtibus ferijs inſimul conueniunt ordinariæ, vt dixit Galleſ. in tract. de vſu pal. apoſt. & & de Rotç Audit. et auditoribus. Rarò autẽ conueniũt, & rarò tales cõmiſſiones eis dicto tpe diriguntur, ſed qñ id faciunt, eſt ob

31 aliquas emergentes cauſas. Nã ſi ſtantibus præmiſſis, Auditor non poteſt abſq; voto, & coauditorũ conſenſu pronunciare, vt habetur in eorũ cõſtõnibus, de quib. meminit Card. in Clem. Auditor, num. 10. q. 6. de reſcript. quod clarè ex Rotalis ſententiç lectura patet, qñ dicunt per hanc noſtram diffinitiuam ſniam, quam de DD. Coauditorũ conſilio pariter, & aſſenſu ferimus, Ideo ipſis non conuenientibus, ſuperflua eſt com-

32 miſſio. Habent aũt D. Auditores Rotæ iuriſdictionẽ ordinariã in cognoſcẽdo, & procedendo in cauſis. Sed delegatum in ſentẽtiando, Rot. deciſ. 6. de iud. & 13. de offic. deleg. in nouis Veral. deciſ. 267. nu. 2. par. 1. Nã in toto anni circulo, continuç laboribus aliquando in aliqua anni parte eſt requies eis cõcedenda, dum aliis generaliter datur, ad hoc vt deciſiones extẽdere, quç ad publi-

33 cã inſeruiunt vtilitatem, licet legis vim non habeãt, vt dixit Fel. in c. ex parte, n. 49 de reſcript. Sed an ſint probatio authentica tradit Gem. in capitulo neque 9. diſt. & in cap. ſi duob. de reſcript. in 6. Sed (vt dixi ſupra) in iudicando ſunt ab oĩbus ſeruãdæ. Et an tpe feriarum poſſit in Rota petitoriũ ſuſpendi, ac in ſolo poſſeſſorio ꝓcedi, vide deciſ. 2. de cauſ. poſ. & prop. in nou. Tñ cõior eſt ſnĩa, ꝙ in poſſeſſorio ferijs nõ obſtantib. agi poſſit, ꝑ deciſ. Bellam. 665. licet aliqui talẽ deciſionẽ non vſu receptã aſſerant, quod nõ eſt verũ. Sed ꝙ RR. PP. DD. Auditores labores fugiunt, & non ex eo, ꝙ tpe feriarũ procedi poſſent, ꝙ notandũ eſt pro eo, qui habet iudicem amicũ, Achil. deciſ. vnic. de fer. Signatura vero iuſtitiæ nõ conſueuit haſce cõmiſſiones in Rotç cõcedere, dico feriatũ derogatorias, ſed bene, qñ vti Prælato Auditori cauſa eſt demandata Notario ſolito Archiuij Rom. Cur. cauſæ exiſtente, ferijs nõ obſtantibus Auditor iudex procedit, ac etiã in cauſa, in qua (vt dixi) inſimul D. Auditores cõuenirent, vt interdũ facere ſolẽt, & an durãte feriarũ generaliũ tpe cõpulſoriales, in Rot. dari poſſint gñales, vt in alijs iudicij diebus. Vide Io. Paul. deciſ. 4. In alijs aũt cauſis corã Prçlatis vertẽtibus mõ, & forma pfatis danť aliquibus dieb. elapſis ab illarũ indi-

34 ctione. Sed nõ in curia capitolina, qa inibi adſunt ſtatuta ſuꝑ illis diſponẽtia q̃ ſunt ſeruãda, & nil reſcribiť in dicto foro in hoc particulari Feriarũ tpe, oĩa geſta sũt nulla, Vãt.

35 de nullit. ex defectu iuriſdictionis, numero 129. & ſeq. feriæ in periculum animarum concernentibus, non obſtãt, Creſc. de-

36 ciſione prima, numero ſexto, de fer. Commiſſio derogationis feriarum, non datur ſimpliciter in decernendis remiſſorijs, ratio eſt quia, requiruntur Vota Auditorum, qui non coadunantur eo tempore, & ex ſola concluſione in cauſis ferijs nõ dero-

37 gatur. Pariter tempore feriarum, non datur commiſſio, quod Bulle remitãtur ad corrigendum, quia in ſimilibus commiſſionibus ſemper additur clauſula, arbitrio Auditoris, quod debet eſſe cum Votorum, Auditorum quo ad iudicandum

primam discordantiam, si sit talis, quod merito litterę debeant remitti, & sint corrigendæ, quia alias esset læsus honor Rotæ, si remitterentur litterę, in quibus saltim non esset aliqua vrgens ratio corrigendi, seu re-
38 mittendi ad corrigendum. Denegatur pariter commissio derogationis feriarũ in causis coram Illustrissimis Cardinalibus pendẽtibus, nec datur ita de facili, nisi ex vrgentissimis causis.

Com. Vrbis.

BEatissime Pater, pendente lite, & causa inter S. V. oratorem A. ex vna coram R. P. D. B. contra C. reum conuentũ ex altera, causa, & occasione deseruite mercedis, superuenerunt feriæ nuper de S.V. mandato, indictæ, quibus mediantibus ad vlteriora procedi minimè potest verũ quia causa est fauorabilis, nempe ex causa mercedis, & oratoris interest, quanto citius ad eius expeditionem deueniri verum quia causa, est ad sententiam deducta, & illis obstãtibus expediri non potest. Ideo supplicat S. V. orator p̃fatis quatenus eidem R. P.D. B. committere, & mandare dignetur, vt ad causæ, & causarum huiusmodi expeditionẽ ferijs p̃fatis non obstantibus perinde ac, si indictæ non essent iuxta formam aliarum commissionũ in actis præsentatarum, ac cũ facultatibus sibi concessis, iustitia mediante, procedat, procedique mandet, & faciat, ac cum potestate, citandi, & inhibendi, &c. & omnia alia, faciendi, exercendi, & exequendi, quæ in dictis commissionibus continentur quibuscunque in contrarium facientibus minimè obstantibus.

SVMMARIVM.

1 *Fatalium mentio vbi fiat in iure.*
2 *Clausula ob non legitimam in tempore prosequutionem, quare commiss. exequutoriali addatur.*
3 *Commissio prorogationis fatalium, quare diligenter procurari debeat, & nu. 23.*
4 *Fatum pro morte accipitur.*
5 *Fatale lapsum causæ mortem affert.*
6 *Terminus a iure statutus ad causas finiendas, quãdo per partes prorogetur, & num. 9.*
7 *Sententia fatalibus lapsis lata, eodem modo, ac si appellatum non foret, habetur.*
8 *Negligentia in itinere, etiam quo a fatalium lapsum, consideratur.*
10 *Instantia perempta, actor in expensis condemnatur.*
11 *Fatali lapso, iudex amplius nequit in causa pronunciare.*
12 *Causa, siue summaria, siue non, instantiam habet.*
13 *Instantia causæ statuta, vel a iure communi, vel municipali, idem sunt.*
14 *Instantia causæ continua, etiam diebus feriatis currit.*
Declara, vt num. 15.
16 *Sententia lata perempta instantia, non potest in causa appellationis confirmari.*
17 *Instantia causæ durat per annum, & ex causa, biennium.*
18 *Instantia, vt in secundo anno duret, opus est, vt in primo aliquid fiat.*
19 *Biennium, quare detur in Romana Cur. ad finiendam instantiam.*
20 *Processus de partibus, vt plurimum, sunt nulli.*
21 *Instãtia de iure Cæsareo in ciuili causa biennio, & in criminali triennio durat.*
22 *Instantia de iure canonico ast perpetua.*
24 *Clausula attento, quod in prima, quare addatur commiss. prorogat. fatalium.*
25 *Prorogatio primo termino durante, tunc fit.*
26 *Prorogatio si fiat termino lapso, ita dici nequit.*
27 *Commissio prorogat. fatal. quare in Rota non necessaria.*
28 *Fatale lapsum, quando in Rota dicatur.*
29 *Prorogatio fatalium prima fit ad annum, secunda ad sex menses.*
30 *Commiss. prorog. fatal. ante eorum finem petenda, & postea denegatur lapsis illis.*
31 *Fatale labi permittens, appellationi renunciasse videtur.*
32 *Fatalia per decem vices in Rota prorogantur.*
33 *Fatalia a die interpositæ appellationis currere incipiunt.*
34 *Fatalia durante remissoria currunt.*
35 *Commissio sanateria examinis testium lapsis fatalibus, denegatur.*
36 *Prorogatio fatalium facta durante primo termino idem terminus est iurris fictione.*
37 *Commiss. proreg. fatal. vtrique parti communis est.*
38 *Commiss. prorog. fatal. in actis existente, renunciari nequit.*
39 *Commiss. prorogat. Fatal. in actis non præsentata, non dat iurisdictionem.*
40 *Commiss. prorogat. Fatal. non innouat causam, sed primam instantiam extendit.*
41 *Fatalia, an iudice non expediente causam currant.*

Com-

De Cummissione Prorogationis Fatalium.

QVotidie peti hanc prorogationis fatalium commissionem in Ro., Cur. omnibus notum est, vnde, non incõgruum, aliqua de illa subnectere, breuiter tamẽ visum
1 fuit: Summus, Pont. de ipsa meminit in c. de causis, de offi. deleg. vbi, si iudex delegatus, cui certa ad causam finiẽdã dies data sit, eam non expediat, ni prorogetur terminus, iurisdictio expirat, & per consequens, si per
2 prius lata sit snĩa, in iudicatũ transit. Ob id, dum expediuntur cõmissiones executoriales dictæ, de quibus verba alias in cõmissione appellationis feci, additur clausula ob nõ legitimã in tempore prosecutionem in rẽ iudicatam transitũ fecit, ideo diligentes pro
3 curatores, ne tps præfixum labatur, ex pñtis cõmissionis, a iure dato remedio, benefi cio, vtũtur, ne interim terminus, expiret, &
4 vltimum exterminium causæ afferat. Nã sicut factum pro morte accipitur, vt habetur in l. memininus in princ. C. quãd. & quib.
5 quar. pars, lib. 10. Abb. in c. ex ratione, num. 8. de appel. ita pariter innuere vult lapsum fatalis, pro morte causæ, iam illã extinctam
6 declarando. Nec terminus a iure, siue statuto ad causas prosequendas in publica vtilitate fundatus, ad hoc, vt litib. citius sit finis pfixus, iuxta, l. properandum, C. de iudic. per partes prorogari põt, vt Abb. loc. proximè cit. ait. Ant. in c. si diligenti, de for. cõp. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de appel. §. nũc breuiter, vers. istud autem scias, Cassad. decisione nona, numero quinto, de appel. Ias. in l. properandum, limit. 5. C. de iud. Bald. cõ sil. 6. num. 1. par. 3. quod aũt declarat, qñ, & auctoritate, & vtilitate sit ius publicũ, vt in facto nostro, secus autem si esset ius priuatũ, vt ibi Bald. & Alex. in cons. 36. nume. 6. Et
7 7. volum. 2. Habetq; eandem vim sententia lata lapsis fatalibus, perinde, ac si non esset appellatum, Afflict. decis. 73. nu. 2. Quia
8 solum negligentia, et in itinere, vt labantur fatalia, consideratur eodem modo, quo in non appellando, Alex. cons. 19. nu. 3. vol. 1. Guid. Pap. decis. 135. nu. 1. Pręmissa verò nõ
9 procedunt, quando partes sunt concordes, accedente consensu, & decreto iudicis con firmatorio, nam bene tunc prorogari, valent, decis. 2. nu. 3. de dilatio. in nou. Instan-
10 tia itaque perempta, actorem in expensis iudex condemnat, peremptam illam declarando, nam tale eius est officium, l. properã dum, §. illud proculdubio, C. de iud. Alex. cons. 136. nu. 1. & 137. num. 1. volum. 2. & cons. 180. nu. 1. volnm. 6. Anguc. cons. 219. nu. 4. vol. 1. Grau. cous. 223. sub nu. 7. Gram.
11 decis. 91. num. 5. & 6. Itaque, nec ferri tũc potest sententia, & si contingat pronunciari, ipso iure nulla erit, Vãt. de nullit. ex Def. iurisd. num. 116. & Borgn. Caual. decis. 21. num. 10. & seq. viden. & dato etiam, quod iuste iudex pronunciauerit, nihilominus tenetur in sindicatu, Ancher. in cap. vnic. de restit. in integr. Gram. Vot. 31. num. 9. & se-
12 quent. Quelibet autem causa, vel sit summaria, vel executiua, habet instãtiam, sicut ordinaria, vt bene per Ias. in l. properandũ, num. 7. ff. de iud. Castr. cons. 169. num. 5. vo
13 lum. 2. Ro. cons. 174. nu. 1. 4. & 5. Ac eandem efficaciam retinet in omnibus, & per omnia instãtia a iure municipali imposita, quam illa statuta per ius commune, Alex. cons. 142. num. 2. & 3. volum. 3. Tiraq. de re tract. §. 1. glo. 10. num. 79. Rol. a val. cons. 21. num. 7. volu. 3. Curritque continue, tam diebus feriatis, quã non, Ias. in l. contra ma iores, nu. 6. C. de inoffic. test. l. siue pars, C.

de dilat. & id verum est, tam, si quis fuerit
psens,vel absens in loco,in quo prætendit tẽ
pus labi,siue sint dies feriati,vel nõ,siue co-
pia iudicis haberi queat,vel non, vt per glo.
in verbo cõtinuo in clem. vnica de restit. in
integr.vbi Imol. & Card.Bar.ĩ fi. ff. de tẽp.
15 in integ. rest. Quod vero secus est in termi
no dato a iudice,vt puta ad respondendum,
quia si cadit die feriata,erit sequens dies nõ
feriata,Bar. in l.2.num.4.ff.de dilat.Spec.eo
dem tit.§.1.nu.4. versic. Sed pone,Paris.con
sil.107.num.95.& seq.volum.3.Alex.in l.1.
§.nunciatio,nu.25.& nu.30.ff.de nou.oper.
16 nunc.Et adeo dicitur nulla sententia lata
instantia perempta, quod per iudicem ap-
pellationis non põt postea confirmari, sec.
Bald.cons.296. Præmittendum sub num. 3.
& cons.101. nu.vlt.& cons.169. nu.5. vol.3.
Est aũt tunc suspẽsa iudicis iurisdictio, adeo
ꝙ, oĩa acta nulliter facta, reddũtur, c. quam
diuersitatẽ,de concess. præb. Bellam. decis.
263.Vant. de nullit.ex defect.iur. ord. num.
128.Rim.sen. cons.703.nu.18.& seq. vol.4.
Tẽpus itaq; de quo agimus, est vnius anni,
17 & ex causa biennij, Abb.in c.ex ratione,nu.
1.& per tot.de appel, ꝙ verum est in secun
da,& tertia instãtia, secus aũt in prima,quia
in ea est triennij, vt ibi Abb. num. 8. & quã
do impedito in primo anno,in quo causam
appellationis nõ expediuit,secundus,vel ter
tius detur,& qũo probetur impedimentũ,
& an per iuramentũ,tradunt, Abb. & Dec.
in d.c.ex rõne,nu.16.& seq.& Bar.in Auth.
si appellatione,C.de temp.appel. & licet in
terdũ det secundus annus,nihilominus pro
quolibet impedimẽto dari non debet,vt ibi
18 Abb.nu. 12. Sed vt secundũ annũ obtinere
appellatus valeat, necesse erit,vt ĩ primo an
no aliqd faciat,Cassad.dec.6.nu.8.de appel.
Aut ei,qui appellat.C.de tẽp.appel.ca.cũ sit
Romana de appe. Sed qcquid sit de iure, nõ
hẽt locũ in Rom. Cur. quia datur beinniũ,
et sine causa dũmodo aliquid sit actũ infra
annũ Cassad.decis.6.de appel. in fi. Put. dec.
154.num.3.par.2. Ea potissimum rõne, qa
in ea sunt frequentiores causę forensiũ, qui
in primo anno petere curiam non valent,
vel eorũ documenta de lõginquis partibus
exhibere, ac ẽt, quia multitudo causarũ in
ea adest, & ob id,cum tam celeriter ob dili
gentiã, q̃ in eis cognoscendis fit, & ob diffi
cultatẽ processum de partibus, qui vt pluri-
mũ sunt nulli, expediri nequeãt,vt per Cas-
20 sad. alleg.dec 6.nu.8.& decis.Ped.12.nu.5.
21 Vestr.in sua prax.lib.3. c.5. nu.3. Quãuis de
iure Cæsareo instãtia,vel terminus in ciuili
bus triennio,& in criminalibus biennio, fi-
niant,d.l.properandũ,vbi Bar. Bal. & Doct.
C.de iud. Vestr. vbi supra,lib.3.cap.5. nu. 1.
& termino lapso a die cõtestationis litis,in-
stantia finitur.d.l.Properandũ,c.venerabilis
vbi glo. in verbo non obstante,de iud.licet
de iure canonico oĩs instãtia sit perpetua,vt
22 ibidem Vestr.nu.2.c.pen.de iud.Fulg.cons.
188.prop.fin.Milis.in suo repert. in verbo li
tis pendentis, nõ finit in fin. Cassad. deci. 5.
nu.4. vt lit.pend. Sarn. in reg. de Annal. q.
67.nu.3.& q.68. nu.4. ratione aũt quare de
iure canonico instantia, sicut de iure ciuili,
non perit,ponit Abb. in cap.super eo,nu.5.
23 de appel. itaq; antequam tempus labatur,
solertes procuratores porrigãt hanc proro-
gationis Fataliũ cõmissionem, a qua exclu-
dendi nõ veniunt,immo laudandi,quia age
re non negligunt,vt per Bal. in l. petendę,
n 4.C. de tẽp. in integ.rest.pet. Et in cõmis-
sione,ne ad mortis instar,labatur instantia,
iudici, vt quatenus fatalia durent, arbitrio
suo proroget, & sic flatũ causæ tribuat, &
quatenus lapsa sint,nouum terminum præ-
figat,cõmitti petitur,attento ꝙ in prima, Et
24 ideo additur ista clausula attento, ꝙ in pri-
ma,quia (vt dixi) non prorogantur fatalia,
in secunda,& tertia instantia,ob id in prima
porrecta pręsenti commissione recursus ha-
betur ad Principem,petendo iudici deman
dari,vt alium terminum præfigat,idq; eius
arbitrio committitur,vt ꝑ Doct.in l.qui pro
tribunali, ff. de re iud. & infra latè tractabi-
25 mus.Durante autem primo termino, dici
tur prorogatio, alias nõ dicitur prorogatio,
Dec.in cap.de causis, nu.10. de offic. deleg.
quæ vltimo momento competenti fieri va
let, si actus in illo vltimo temporis momẽ-
to, fieri potuerit,sed si finiri erit permissũ,
nõ tenet,& talis prorogatio durante tpe fa-
cta,censetur cũ eisdẽ qualitatibus,& condi-
ctionibus,quibus factus erat actus primus,fi
nito autem tempore non dicitur proroga-
tio, etiam si data esset facultas prorogandi,
26 licet nonnulli tenuerint partium proroga-
tionẽ finito tpe factã,sinon in vim proroga
tionis,saltim, ꝙ in vim nouæ dilationis vale
ret: Impropriè autem tẽpore finito dicitur
prorogatio, q̃ non potest fieri ad maius tẽ-
pus primi termini elapsi, immo ad minus,
nam ad maius tempus est protelatio, & ad
minus renouatio, de quibus omnibus latè
meminit,Gabr. in lib.com.opin. tit. de di-
lat. conclusione prima, secunda, & tertia,
per totum,lib.2. cum ampliationibus, & li
mitationibus, quem si occurrat adeas, vt
27 eatiam dixi infra num. 36. Commissio ista
in Sacro Rotę Auditorio non est necessaria,

quia vigore Innocencianæ constitutionis Reuer. Domini mei Auditores, fatalia pro rogare toties, quoties eis, parte tamen instante, visum fuerit, quia alias iudicis officium non impertitur, valent, etiam absq; partis citatione, seu cum citatione, contra personam minus legitimè factam, vt per Cassad. decis. 7. numero secundo, de appel. Cresc. decisione tertia, de offic. deleg. numero tertio, ad euitandas maximas expensas, quæ fiunt in regestris, quando pluries, & pluries prorogantur fatalia, auctoritate itaque illius constitutionis, vt etiam citius litibus finis esse possit, illis Partibus talis facultas data fuit. Sed quando vigore commissionis ibi peteretur prorogatio, tunc citatio erit necessaria, Cassad. decisione septima, loco proximè citato, numero nono,

28 Fatalia vero in Rota, nisi spatio trium annorum, lapsa non dicuntur, quando post cõmissionem aliquid in causa factum fuit, decisio. 181. numero tertio, parte tertia, diuers. ordinariæ autem secundum Staphyl. de lit. iust. capitulo fatalia, numero primo,

29 prima prorogatio fit ad annum, secunda vero ad sex menses, capitulo cum sit Romana de appellat. petique debet talis prorogatio, ante decursum fatale, alias eo decurso,

30 omnino denegatur. Sed subuenitur alio remedio, nempe restitutionis in integrũ, vt supradixi, Staphyl. vbi supra, numero secundo, & ex quo labi permisit, videtur appellationi renunciasse, adeo quod iam in iu

31 dicatum sententia transiuit. Et tunc iudex instantiam fore desertam, pronunciat, & in expensis partem condemnat, d. l. properandum, l. si preces, vbi Bar. & Doct. cap. quom. & quand. iud. & perempta instantia, actus ẽt perimitur, ac cum eis, ius, & causa ab eis dependentibus, quia non sunt in esse producti, neque separabiles a sua causa, l. cum lite, ff. iud. solut. Put. decis. 426. numero primo, parte secunda, Auth. ei qui, C. de temp. appel. dicto capitulo cum sit Romana, & cap. ex ratione de appel. Clem. sicut appellationũ eod. tit. in Rota vero de

32 stilo prororogantur ad decem vices, & sex menses pro qualibet vice, & sic in totum ad quinque annos, vt per Mãdos. in princ. com. prorog. fatal. Sed hodie nõ conceduntur similes prorogationes, nisi ex causa, & suis tẽporibus, nõ aũt conculcate. Tẽpus autẽ pro

33 sequendi appellationẽ, & fatalia, incipiunt currere a die interpositæ appellationis, non aũt præsentatę commissionis, Put. decis. 56. par. 2. Lãcel. de attẽt. tit. de attẽt. appel. pẽd.

34 nu. 47. Currunt quoq; fatalia durante remissoria, Cassad. decis. 9. de appellat. & ita tenuit Rota de anno 1588. corã R. P. D. Sera-

